



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Codex traditionvm Corbeiensivm**

**Falcke, Johann Friedrich**

**Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752**

Pars Tertia. De Bonis Traditis Tempore Corbeiensis Abbatis Adalharii Ab  
Anno 854 Vsque Ad 877.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36114**

TRADITIONVM CORRENSIVM

PARS TERTIA

RECENSENS NONA QVAE TEMPORE

ABBATIS CORRENSIS

A D A L G A R I I

ECCLESIAE CORRENSIS

REGNANTE

H I L D B R I C O

DE ANNO M D C C X L V

IN VESTIGIIS ET TRADITIONIBUS



TRADITIONVM CORBEIENSIVM

PARS TERTIA,

RECENSENS BONA, QVAE TEMPORE

ABBATIS CORBEIENSIS

ADALGARI

ECCLESIAE CORBEIENSI,

REGNANTE

HLVDOVVICO,

AB ANNO 854 VSQVE AD 877.

FVERVNT OBLATA ET TRADITA.





§. 175.



Commemoratio qualiter placuit inter uenerabilem abbatem adalgerum (l) ex monasterio nouae corbeiae et quendam comitem nomine *Geroldum* (m) ut possessiones suas aliquibus in locis pro utrarumque partium utilitate commutari deberent quod et effecerunt deditque geroldus reuerendo abbati ad monasterium

(l) Warinus abbas Corbeiensis obiit anno 853 et quidem III kal. decembris, id est, De Warino archiepisque Adalgerio abbatibus. 29 nouembris, teste Necrologio ac Chronico vetustissimo et coetaneo, quod latet in Archiuo Corbeiensis. Successit in eius locum *Adalgerus* Abbas, qui, eodem Chronico teste, nostrae abbatae praefuit ab anno 854 usque ad annum 877, germanus Adalgarii archiepiscopi Hamburgensis, sic enim ab auctore Vitae S. Rimberti, scriptore itidem coetaneo, appellatur p. m. 742. Cum igitur codex harum traditionum hoc loco huius *Adalgeri* abbatis primam mentionem faciat, sequitur inde, hanc ac partem aliquam sequentium traditionum ab anno 854 usque ad 877 esse peractam. Hludouicus, Franciae Orientalis rex, supremus abbatae nostrae dominus, demum anno 876. 28 die mensis Augusti vitam cum morte commutauit, eodem Chronico nostro MScto et coetaneo teste. Quare nemo non uidet, easdem traditiones quoque factas esse, Hludouico per Orientalem Franciam regnante. Eam ergo ob causam annorum consignationem ad marginem adpositam iam mutauimus.

(m) De *Geroldo* comite eiusque prosapia iam quidem supra §. 95. 163. et 167. egimus fusius. Intermittere tamen non possumus, quin coarguamus quendam errorem auctoris cuiusdam martyrologii, quod cum praefatione Petri Canisii Provincialis primi Ordinis Societatis Jesu in Germania editum fuit Dilingi anno 1573 in 4. In eo p. 364. *Geroldus* appellatur dux Saxoniae, imperatorio sanguine natus, multiuigisque virtutibus ita ornatus, ut inter reliquos S. Romani Imperii principes, uti sol inter astra, rutilauerit, et ducatu ac liberis relictis sumferit asinum, qui supellestem eius baiulauerit, qua cum in eremum inter montes Hohenschneigen haud procul a Feldkirch secesserit, ibidemque vitam plane angelicam duxerit; in hoc autem eremo tam diu latuerit in occulto, donec per uisum patefactus, qui Geroldo ligna lapides atque aquam adportauerit, ubi ab Otone comite de Jagberg uisitatus, qui illi siluam et magnam agri partem donauerit, in qua monasteriolum S. Geroldi dictum fundauerit. Habuisse autem istum



Ab anno  
85+ vsque  
877. ce-  
gnante  
Hludo-  
uico et

rium supra dictum in pago *Suulbergi* (n) quidquid ibi habuit in siluis campis pratis pascuis aquis aquarumve decursibus seu etiam ceteris omnibus ad eum pertinentibus e contra in recompensatione huius rei dedit uenerabilis abbas *adalgarius* cum consensu fratrum suorum supra dicto comiti in pago *thuringia* (o) in uilla *honesleue* (p) quidquid ibi habuit in siluis campis pratis pascuis et reliquis omnibus ad eam pertinentibus testes huius baddo hripo marcuuard aluuuard maynhard hildiuard et alii XVII.

## §. 176.

Tradidit theodulfus in *heliso* (q) pro anima marchberg et osger mansum medium testes rodger marcuuardus hildiuardus eisulf odulf et alii VIII. tradidit ricdaguf in *bennebus* (r) mansum i. testes qui supra ibi affuerunt.

## §. 177.

istum *S. Geroldum* duos filios Hainricum atque Comonem, indicatus auctor perhibet, quos patris exemplum secutos praedicat, et, relictis patria ac praediis, monasterium *Einsidlen* intrasse refert, ubi secundum regulam *S. Benedicti* in cultu Dei cum patre ita sedulos se praebuerint, ut etiam miracula per eos ediderit Deus, donec tandem *Geroldus* monasterio *Einsidlen* se, monasteriolum uero filiis suis, tradiderit, ipse uero ad monasteriolum reuerterit, in quo *Geroldus* hic animam creatori reddiderit, a filiis suis in eius ecclesiae nauis sepultus. Sed enarrasse ea refutasse est. Quemadmodum enim auctor istius Martyrologii *Geroldum* abbatem *Einsidlensem*, qui anno 1481. vixit, atque a *Bucelino* in Germania *Sacra comes de Saxonia* appellatur, designare non potuit, ita, eodem *Bucelino* teste, caenobium *Heluetiae Einsidlen*, fundatum est anno 934 ab *Euerhardo*, *Conradi I Germaniae Regis* fratre germano. Quomodo itaque *Geroldus* noster, qui anno 876 in nostra *Corbeia* mortuus est, ad monasterium *Einsidlen* secedere potuit? Quin imo plane absurdum dictum est, *Geroldum* in excitato martyrologio appellari ducem *Saxoniae*, cum ex optimis fideque dignissimis documentis constet, tempore *Geroldi* nostri ducatum *Saxoniae orientalis* administrasse *Liudolfum*, filium *Ecberti*, atque auum *Heinrici I, Germaniae regis*.

De pago  
Suilbergi.

(n) De pago *Suulbergi* in comitatu *Dasseliensi* ac *Grubenhagico* Principatu egimus supra §. 167. not. (Q) potiora.

De pago  
Thuringia.

(o) De pago *Thuringia* egimus supra §. 20. not. (F)

De villa  
Honesleua.

(p) Quidquid abbatia nostra in villa *Honesleua* possidebat, tradiderat ei *Wulhardus* quidam, restante §. 17. et 25. Nulla autem alia villa uideretur denotari ac *Hensleben*, locus ducatus *Magdeburgici* ad fluuium *Bodam* inter *Egelen* et *Stasfurt*, quanquam et negare nolumus, intelligi posse vicum *Hoenleben*, non procul ab urbe *Helmstadio* situm. Sin uero *Geroldo* haec bona *Corbeiensia* in pago *Northuringi* utiliora fuerunt ob loci situm, quam bona, in *Suulbergi* pago posita, quae *Geroldus* possedit; sequitur, *Geroldum* hoc tempore probabilissime comitatum suum habuisse in pago *Northuringi*, vel in regione circa eundem. Quam ob rem nominauimus etiam supra (§. 163.) nostrum *Geroldum* auum *Marchionis Geronis*, sperantes, hanc insignem detectionem eruditis non fore ingrattam.

De villa  
Heliso.

(q) *Heliso* villa erat, restante *Registro* nostro *MScto*, in pago *Hessi Saxonico*. Intelligimus ergo, denotari per eam *Helsen* ad fluuium, dictum *die Aar*, in comitatu *Waldeccensi* in praefectura *Arollen* conspicuam.

De villa  
Bennebus et  
marca  
Sturmethi.

(r) *Bennebus* villa collocatur in marca *Sturmethi* ab auctore praestantissimi nostri *Registrari*. Datam ergo occasionem de marca ista differendi arripere placet, imprimis cum nemo hucusque de illa aliquid litteris mandauerit. Primum autem de situ eiusdem marcae dicemus, et deinde de amplissimis bonis, quae abbatia nostra in eadem habet. Marca quid sit, iam supra didicimus. Inducatur per eam terminus scilicet alicuius provinciae maioris, quae haec sine dubio vlllo fuit *Angaria*



garia occidentalis. *Marca* enim *Sturmethi* quondam exstitit inter Geseke, Lippstad et Sufatum oppida. Ad Saxoniam autem atque Angariam pertinuisse eandem *marcam*, patet e diplomatibus nostris, in Historia Corbeiensis edendis, quæ docent *secundum morem Saxonice terre* et *secundum leges Angariorum* quædam ibi peracta esse. Hæc in regione *Herwede* et *Gerade*, instituta Saxonice legis, in usu fuerunt. Hæc in documentis nostris ita describuntur. Natu maximus filiorum sustulit armatam hereditatem patris sui, id est, dextrarium equum et arma. Filia autem natu prouocior obtinuit matris suæ vestes, quibus ornata diebus dominicis æque ac festis tam ad templum, quam ad alia loca, processit. *Marcam Sturmethi* amplam et spatiosam fuisse regionem, quæ aliquot milliaria comprehenderit, manifestum est ex villis, quæ huic *marca* tribuuntur. An vero ipsa vique in comitatum Waldecensem patuerit, præfracte asserere non audemus. Perhibere ita quis posset, et eam ob causam prouocare ad vicum *Sturmbroch* in eodem comitatu situm intra præfecturam Eisenberg. Nam compertum habemus, hunc vicum iam exstitisse eo tempore, quo adhuc Saxonum mos sic ferebatur, ut provincie eorum per pagos diuiderentur. Villæ, quæ in hac *marca* quondam exstitere, secundum fidem diplomatum nostrorum sunt 1) *Bennenbus* villa, hodie dicta *Benninghusen* ad officium Monninghusen, vulgo *das Vits Amt* dictum, relata, 2) *Stokkem*, id est, vicus Stocken prope Geseke, 3) *Æsbiki*, Esbeck haud procul a vico Dedinghusen, 4) *Tbedenichur*, Dedinghusen haud procul a Lippia flumine, 5) *Sturmitbi*, locus et castrum Stormede, a quo tota regio nomen nata fuit, 6) *Bukinauordi*, hodie Böckeruörde vicus situs inter flumina Hasfenbeck et Lippiam, 7) *Wyrun*, Verna, 8) *Errikkerbur*, Eringhausen haud procul a loco Monninghausen, 9) *Herderinghusen*, Herdinghusen non procul ab oppido Geseke, 10) *Langaneka*, Langeneicken inter Eruede et Lippstadium: 11) *Aruuitti*, Eruede in comitatu Arensbergico, quæ villa cum in aliis diplomaticis documentis in pago Westfaloni ponatur, certissimo inde persuadetur indicio, *marcam Sturmethi* terminum fuisse pagorum Angeri et Westfaloni. Hæc autem villa probe discernenda est a villa Eruite, quæ, teste diplomate cæsaris Conradi, supra §. 104. not. (n) adducto fuit ad pagum Angeri et ad comitatum Marwardi illustrandum relata. Sequitur 12) *Gesike*, Geseke, in comitatu Arensbergico, et 13) *Munecbusen*, Monninghusen inter Geseke et Lippstad. Illud vicum eapropter ultimo posuimus loco, quod locus primarius est, ad quem plurima bona Corbeiensia in *marca Sturmethi* spectarunt, et adhuc spectant. Liceat quædam de eo in medium proferre. Vetus villa *Munecbusen* apparet ex nostro Registro seculo XI. confecto. Villæ in antiquitatem maiorem nondum incidimus. Ponamus ergo, originem eiusdem villæ fuisse seculo XI, præfidente Corbeiensibus siue Druthmaro, siue Ruothardo, siue ipso Sarachone, abbatibus Corbeiensibus. Quamuis enim sciamus, eruditissimum et illustrem olim G. S. Treuerum, auctorem splendidissimæ Historiæ de Generosissimis Dominis, de Munchhausen dictis, inscriptæ, vicum nostrum *Munecbusen* inter Geseke et Lippstad situm, existimasse antiquiorem, et p. 3. prouocasse ad diploma regis Arnolphi, ad annum 889 datum et supra §. 167. not. (Q) a nobis allatum, in quo villa quædam *Muchobusun* reperitur, quam ipse nostram fuisse villam *Munecbusen* perhibet; considerare tamen illustris auctor debuisset, villam *Muchobusun* prorsus differre ab hoc vico *Munecbusen* eapropter, quod *Muchobusun* sita erat in pago Huuetigo, testante excitato diplomate regis Arnolphi. Ille enim pagus, vti iam supra demonstraui, in comitatibus Sualenbergico et Pyrmontano obuius erat, et villa *Muchobusun* a *Munecbusen* in ducatu Westfaliæ decem circiter milliaria abfuit, interque desolatas Saxonie nostræ villas est recensenda. Olim vero illa exstitit inter Donop, Harentrup, Wöbbel et Vinsbeck in comitatu Lippiaco; postea autem omnino illam *Munecbusen* dictam fuisse, non abnuo. Locus olim erat curtis, ad curtem Weplede (Wöbbel) spectans, vti ex Registris bonorum abbatiæ Corbeiensis patet. Hisce præmissis, facile concedere possumus, sermonem esse in diplomate Conradi, archiepiscopi Colonienfis, supra §. 133. not. (H) inserto, de *Munchhausen* in *marca Sturmethi*, itemque in bulla Adriani IV papæ ad annum 1154 data, cuius autographum iam in manibus nostris est, cuiusque accuratam copiam inuenis in *Historia Münchhusana* in *Beilage* fol. 3. seq. Sed in diplomate abbatis Corbeiensis Erkenberti ad annum 1120 dato, supra §. 104. not. (u) inserto, per *Munichusen* designari *Munecbusun* in *marca Sturmethi*, id vero concedere non possumus. Credimus enim, in hoc



Ab anno  
834 vsque  
877 re-  
gnante  
Hudo-  
uico et

diplomate exponere abbatem de *Munichusen*, loco, qui situs fuit in comitatu Lip-  
piaco. Denotatur eadem *Muchobusun* villa pagi Huuetigo in diplomate sequenti.  
Placet illud diploma, nunquam antea editum, huic commentationi innectere,  
quia id non solum iura ministerialium egregie illustrat, sed etiam docet, vocabu-  
lum *beneficii* in antiquis membranis per *feudum* esse interpretandum. En ergo  
ipsum diploma, accurate, et vti decet, exhibitum:

\* confra-  
trum.

† modo.

In nomine sc̄e et indiuidue trinitatis. Thetmarus dei gr̄a Corbeieſi,  
abbas notū sc̄e cupim⁹ tam pntib⁹ quā futuris quod de filio ac sensu  
ministr̄ialiū ac sc̄m \* eccl̄ie n̄re Alberto d̄co militi de *lippia* et uxori  
ei⁹ *Gertrudi* curiā n̄rā in *Munichusen* iure officii q̄d vulgo ambergeth  
dicitur porrexim⁹ quando idem officiu uacauit dū *Godescalc⁹* grauib⁹  
iniuriis ex detencione pbende sc̄m eccl̄ie n̄re illat⁹ multoties monit⁹  
respis⁹ e min⁹ curaret. predict⁹ autem *albertus* ad habundantē cautelam  
*albertū* et *wagerum* fr̄es p̄fati *godescalci* et puos iporū ab om̄i impe-  
tione p̄dicti officii q̄d ip̄is quasi hereditario iure \*pete⁹ uidebatur  
cessare amicable p̄mouit p̄mouebit insup ut uxor eius p \*cambiū siue  
quocūq; alio mō † ualuit eccl̄ie n̄re ministr̄ialis efficiatur aliq̄n p̄fate  
curie officio carebit. Adiectum etiam ē ut si p̄fati *A de lippia* sine he-  
redib⁹ forte decedat eius officium p̄d̄m uni de filiis fororis ul fr̄is  
ip̄ius quem ip̄ius amici ad id decreuerint porrigem⁹ et si hui⁹mōi filius  
sine heredib⁹ decesserit deinde alteri filio et nulli amplius de ip̄is si for-  
te plures fuerint porrigem⁹, ita tamē qd ille qui nobis ad accipiendū  
ip̄m officiu fuit representat⁹ sit eccl̄ie n̄re seu p concambiū seu alio de-  
bito modo ministr̄ialis alioquin ip̄o officio carebit. preterea silua p̄tinēs  
p̄d̄e curie que p̄fati *A de lippia* nō iure officialis sed pheodalis b̄nifi-  
cii pri⁹ p̄tinebat sequetur ip̄am curiam ita tū qd siue *Albertus* ip̄e siue  
alius p̄dictorū heredū suorū ip̄am curiā habeat simul habeat siluā cum  
curia, sed siluā iure pheodali quēadmodū prius habebat et curiam iure  
officiali et ita simili modo similiter utrūq; uacet sc̄ilicet silua cū curia  
si a p̄fati *alberto* et a p̄dictis heredib⁹ suis ip̄am curiam uacare \*tingat.  
p̄terea si ip̄ius *alberti* \*tingat uxore tolli de medio uxore libe⁹ \*dicōnis  
ducat quā eccl̄ie n̄re \*fer⁹ in ministr̄ialem ul si lib⁹ \*dicōnis nō fuit  
p \*cambiū siue eccl̄ie n̄re ministr̄ialis. Adiectū insup est ut si sepe d̄c̄s  
*albertus* moueat alicui werram ex seruitiū eccl̄ie n̄re et sine eius au-  
ctoitate et ex hoc ip̄e forsan in redb⁹ ip̄ius curie sic et aliorū bo-  
norū suorū habuit detrimentum nihilomin⁹ consuetā pensionē nobis et  
fratrib⁹ n̄ris de ip̄a curia p̄soluet. Ut autem hoc sc̄m n̄rū firmū et  
stabile p̄maneat nec ueniat in obliuionem p̄ntem paginā tam eccl̄ie n̄re  
quā n̄ri sigilli fecim⁹ appensione \*muniri. Testes hui⁹ rei sunt *Conrad⁹*  
*p̄prior*. *Conrad⁹ p̄p̄tus de Gronyngen*. *Wilhelm⁹ p̄p̄tus de monte*. *Her-*  
*mann⁹ portarius*. *Ludolfus camariarius*. *Tidicus de Munec husen* et to-  
tus conuent⁹ n̄r. Laici *Conrad⁹ de Bouessen*. *Conrad⁹ de Amelungessen* et  
filius eius *Herbold⁹*: *Ludolfus de Erclen*. *Henric⁹ de luthardessen*. *Ger-*  
*bertus de Lutmersen*. *Tobes de Paderburnen*. *Bertold⁹ marscalc⁹*. *Hein-*  
*ric⁹ de Fleffingen*. *Ludolfus dict⁹ burgrau⁹ B̄traic⁹ de Strambem*. *Hein-*  
*ric⁹ de Medrike*. *Wiger⁹ et Albert⁹ fr̄es de Munec husen*. *B̄nhardus*  
*iudex de lippia*. *Heimric⁹ dict⁹ de Herstol*. *Richodo et B̄toldus fr̄es de*  
*Rednic bouen* et alii quā plures. Acta sunt hec anno d̄nce incarnacio-  
nis M. CC. VIII. anno prelationis n̄re III. III. kl. decemb.

\*An *Wigerus* et *Albertus* fratres de *Munichusen*, qui inter testes reperiun-  
tur, iudem fuerint, qui in diplomate ip̄o nominantur *Albertus* et *Wagerus*  
fratresque *Godescalci*, illud in medio relinquimus. Id uero si ira  
esset, probabiliori ratione crederemus, villam *Munehusen*, in comitatu  
Lippiaco sitam, locum originis fuisse Dominorum de *Münchhausen* co-  
gnominatorum, quam vicum *Munchhausen* haud procul a monasterio *Lo-*  
*ekum* olim conspicuum. Hunc enim vicum *Munchhausen*, qui existit pro-  
pe *Lockum*, ante annum 1180, quo tamen iam domini de *Munchhausen* vixe-

re,



re, fuisse in rerum natura, difficile est adfirmatu. Vt autem ad *Munnehuson* vil-  
lam, in *marca Sturmethi* obuiam, tandem redeamus, appellantur bona, illi con-  
tributa, in diplomatibus nostris officium, *das Vtings* seu *Vits Amt*. Ad hoc of-  
ficiu vsque ad hodiernum diem spectant villæ *Stormede*, *Benninghusen*, *Lange-*  
*neicken*, *Eringhusen*, *Verno*, *Ermbsinghusen*, *Bockenuörde*, *Esbeck*, et *Dedingbau-*  
*sen* ac in eisdem LXXVII. homines proprii. Hic numerus accurate concordat  
cum hisce traditionibus, vti infra suo loco annotabimus. Memoratu dignissimum  
esse putamus, harum villarum in his traditionibus quidem iniici mentionis non-  
nihil, villæ autem *Munnehuson* in eisdem fieri mentionem nullam. Cum itaque  
codex traditionum nostrarum anno 1037 terminetur, in Registro autem nostro  
circa annum 1080 locus *Munnehuson* in *marca Sturmethi* inueniatur, colligere ex  
eo licet, circa medium seculi XI. locum *Munnehuson* in eadem marca primordia  
cepisse. Ipse locus eapropter *Munnehuson* dictus fuit, quia monachi quidam,  
duo vel tres, e nostra Corbeia secedentes, illum incoluerunt, qui scilicet seruos  
et colonos in eadem regione, ad abbatiam Corbeiensensem respicientes, in officio  
continerent eorumque salutis instar presbyterorum prouiderent. Hinc locus ipse  
dudum *præpositura* saluatur, ac monachi ibi commorantes appellantur *præpositi*,  
qui, quicquid ex frumento, pecore ac lacticiis præter necessariam supererat su-  
stentationem, olim deseri curabant ad monasterium Corbeiensem. Quamdiu autem  
res ibidem manserint eo in statu, ad liquidum perducere non licet. Mutata au-  
tem rerum facies videtur ibidem, cum res Germaniæ nostræ publica propter  
varios bellorum tumultus intestinos incideret in statum turbulentum, quo Cor-  
beiensis nostri fuerunt coacti, vt bona, ad *Munnehusen* spectantia, in feudum  
darent dominis de *Stormede*. His extinctis, domini, de *Hörde* dicti, illud of-  
ficiu acceperunt in feudum, vti sequentes memoratu dignissima et nunquam antea  
editæ nemini non approbant litteræ:

Uniuersis p̄sencia visuris et auditoris. ego *Frederic⁹* dict⁹ de *Hörde*  
famul⁹ notū esse cupio quod uenerabilis dñs me⁹ *Henric⁹* abbas  
Corbeien. ecclie mihi et meis veris ac legitimis heredib⁹ fauorabilit⁹  
et benigne concedendo porrexit officium in *Monninghusen* cum omni-  
b⁹ iurib⁹ redditib⁹ et bonis atinentib⁹. que disc⁹ miles ac dñs *Al-*  
*br⁹ de Stormede* ab ecclia Corbeienfi quondā habuit. iure p̄hodali.  
In cui⁹ rei testimoniū ego *F⁹deric⁹ de Hörde* pro me et meis lib⁹is  
ac heredib⁹ uenēr. dñō meo et ecclie sue p̄fate dedi has meas patentes  
Pras sigillo meo munitas cui⁹ facti testes fue⁹ dñi *Hmann⁹* et *Bn-*  
*hard⁹ de Buren*. *F⁹deric⁹* et *Godescalc⁹ de Padberg*. *Erenfrid⁹ de Bre-*  
*denol*. *Temme de Honrade*. *Raueno de Papenheim*. *Johs* et *Hmann⁹*  
*fr̄s dñi de Driborg*. *Albr⁹ de Amelungessen* aliiq. quam plures fide  
digni. Datū et actū in ciuitate colonienfi in domo p̄pos. ad scos ap̄los  
anno dñi M. CC. XCH. vi. kal. iunii eo tempore quo *Adolfus* eli-  
gebatur in regem romanorum.

Sigillum vid. Tab. III.  
num. 3.

His dictis nihil amplius addimus, quam hoc vnicum, Dominos, de *Hörde* co-  
gnominatos, idem officium in *Munnehusen* accipere feudi instar ab ecclesia Cor-  
beienfi vsque in hodiernum diem. Reliqua autem bona, sita in *marca Sturmethi*  
et ad ecclesiam Corbeiensensem spectantia, aliis dominis data sunt in beneficium  
seu feudum. Ita Domini, dicti de *Bremens*, infeudati sunt manso, dicto *Stok-*  
*manshoue*, in *Stokkem* villa prope locum *Gesecke* sito; illi de *Haken* duobus  
mansis sunt præmuniti, ad villam *Thebenichus* conspicuis, vnoque manso, iuxta  
*Stormede* sito: illi de *Erkernichus* vno manso, sito in *Stormede*: illi, a *Pletten-*  
*berch* adpellati, decima per rus villæ *Bodecke*: illi de *Scheyde* ornari solent feu-  
do vnus mansi, ad villam *Bodecke* siti; illi de *Tilia* dicti, manso *to der Linden*  
in terminis villæ *Boderike* visendo: illi, a *Lippia* nominati, curia, in *Herdering-*  
*bus* conspicua prope locum *Gesecke*: item illi, de *Erwerdesen* cognominati, qua-  
tuor mansi in *Moynekebus* et *Ederyngebus*, de quibus plura dicturi sumus in  
clien-



Ab anno  
854 vsque  
877 re-  
gnante  
Hludo-  
uico et

## §. 177.

Tradidit *hrodgerus comes* (f) pro anima patris sui theodgeri quiddam habuit in *mayngotesbusun* (t) et in *boffesburium* (u) testes *marcbodo comes* (v) giki adalhard hildi bodo et alii VIII.

## §. 178.

Tradiderunt duo fratres landuard et helmrid pro anima fratris sui alurid quiddam habuerunt in *hetrungun* (w) hoc tamen pacto si mulier eius ibidem

clientela Corbeiensi, solent tanquam feudo instrui. Illud hinc tantum adiicimus, *Ricdagum*, qui mansum, ad villam *Bennebus* positum, tradidit, videri fuisse *Ricdagum* pronepotem *Widekindi M.* et filium *Buniconis I.*, de quo egimus supra §. 104. not. (††).

De comite  
Hrodgero.

(f) *Hrodgerus comes* fuit filius *Theodgeri*. De utroque iam supra §. 104. not. (n) egimus atque ex villis ipsis, *Theodgerum* comitem fuisse filium *Brunonis* Angariorum ducis, collegimus. Id vero neminem negaturum esse speramus, siquidem villam *Mayngotesbusun* ac *Boffesburium* ad alium dominum, quam ad potentissimum castrum *Brunonisburgi* possessorem, spectare vix poterunt.

De villa  
Mayngotes-  
busun.

(t) *Mayngotesbusun* villa erat, restante nostro Registro, sita in pago *Auga*. Nulla ergo alia villa intelligitur, atque vicus *Meingosen*, adiacens ad radices montis *Brunenberg*, in quo famosissimum castrum *Brunonis* existit. Cum igitur iam supra §. 103. not. (E) demonstraerimus, bona, in pago *Auga* posita, ad posteros ducis *Ecberti* relata fuisse: atque eam ob causam ipsum *Ecbertum* ducem pro filio *Brunonis* ducis habuerimus, *Theodgerum comitem* pro fratre ducis *Ecberti* quoque reputare libuit. Sperauimus, nos id iure optimo fecisse.

De villa  
Boffes-  
burium.

(u) *Boffesburium* praeterea in nostro Registro inseritur pago *Auga*, atque appellatur hodie *Boffeborn*, in antiquis autem membranarum, et adhuc anno 1573 scribitur *Boffzebarn*. Situs eiusdem villae sic comparatus est, ut in eodem monte, in quo *Brunonisburgum* fuit, circiter mille passuum a *Brunonisburgo* septentrionem versus conspiciatur. *Brunonisburgum* eminet inter duas villas, *Mayngotesbusun* et *Boffesburium*: illa in valle; haec vero in alto monte, qui paullo tamen depressior est ipso *Brunonisburgo*. Quis autem sanae mentis crederet, potuisse hominem ex aliena gente haec bona possidere praeter dominum *Brunonisburgi* et praeter cognatos, ab eo pullulantes? Id ipsum ex nomine ipsius villae *Boffesburium* concludimus, quod nihil aliud, quam fontem cuiusdam *Bouonis*, significat. Quodsi igitur in familia *Ecbertina* seu *Luidolfina* nomen *Bouonis* obuium est, ut in fratre *Luidolfi* ducis eoque comite *Beuone* vidimus; probabilissime quidam e progenitoribus *Ecberti* ac *Brunonis*, ducum, nomine gauisus est *Bouonis*, a quo villam *Boffesburium* et *Boffesbus*, de qua posteriori vide §. 124. not. (h) nomina accepere. Id porro hic monere statuimus, nos nolle cum eo in arenam descendere, qui *Boffesburium* maluerit interpretari per casam seu tugurium, siquidem dialecto antiqua Saxonica casa et receptaculum perforatum adpellatur *ein Buer*, hodie *ein Bauer*, quam per fontem *Bouonis*. Nobis enim id perinde gratum erit, licet id certum sit, in villa *Boffesburium* reperiri fontem limpidissima praeditum aqua, ex qua hodie coquitur iucundissima cereuisia. Haec aqua olim sine vilo dubio vsui erat possessoribus castrum *Brunonisburgi* et in deliciis.

De comite  
Marcbodone.

(v) De *Marcbodone comite* vide supra §. 106. not. (A). Ibi eum, quantum coniectura augurati sumus, pro satore dominorum *de Artzen*, *de Rumesbottelen*, et *de Oynhusen* venditauiimus. Probe vero haec concordant cum quadam traditione Corbeiensi, qua asseritur, in villa *Furstenauia* intra diocesim Corbeiensem ad radices montis *Köterberge* sita, quondam fuisse comites quosdam, in antiquissimis veteris Saxoniae nostrae dynastis relatos.

De villa  
Hetrun-  
gun et  
pagis  
Westfala,  
Borustra,  
Ruricgao,  
Dreini.

(w) *Hetrungun* villa ponitur in Registro nostro intra pagum *Westfalon*. Hac determinatione nobis occasio datur, in situm tam pagi, quam villae huius, inquirendi. Ut autem ordine procedamus, iterum monere e re fuerit, *Saxoniam* omnem, quae seculo potissimum VIII. inter *Rhenum*, *Visurgim* atque *Albim* coërebat, in tres



tres populos diuisam fuisse, in *Ossalor* scilicet, *Angarior*, ac *Westfalor*. Hoc iam gubernante ante §. 152. not. (q) ex *Widkindi* nostri *Annalibus* demonstrauius; His *Caroli M. leges*, quas *capitularia* vocant, in præfens addimus, quas illustrissimus *Corbeiam* *Adal-* princeps *Paderbornensis*, *Ferdinandus a Furstenberg*, in monumentis *Paderbornensibus* e *Bibliotheca Vaticana* in lucem produxit. In earum exordio p. m. 305. hæc exstant verba: *Anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi DCCXCVII. et XXI. ac XXII. regnante domno Carolo præcellentissimo rege conuenientibus in unum Aquis palatio in eius obsequio venerabilibus episcopis et abbatibus seu illustribus viris comitibus V. kal. nouemb. simulque congregatis SAXONIBVS de diuersis pagis tam de WESTPHALAHIS et ANGRARIIS, quam de OSTPHALAHIS, omnes unanimiter consenserunt et aptificauerunt, ut de illis capitulis, pro quibus Franci, si regis bannum transgressi sunt, solidos LX. componunt, similiter Saxones soluent, si alicubi contra ipsos bannos fecerint.* His consentit Poëta Saxo, quem alii *Paderbornensem*, alii vero, et quidem rectius, *Corbeiensem* censent, quique res gestas *Caroli M. imperatoris*, regnante cæsare *Arnolfo*, versibus conscripsit. Horum partem aliquam e *Tomo I. Script. Rer. Brunuic. Leibn. p. 121.* non pigebit huc transcripsisse. En illam:

*Quæ (Saxonum gens) nec rege fuit saltem sociata sub vno,  
ut se militia pariter defenderet vsu,  
sed variis diuisa modis plebs omnis, habebat  
quot pagos tot pene duces, velut vnus artus  
corporis in diuersa forent hinc inde reuulsi.  
Sed generalis habet populos diuiso tenor,  
insignita quibus Saxoniam floruit olim.  
Nomina nunc remanent, virtus antiqua recessit.  
Denique WESTFALOS vocitant IN PARTE manentes  
OCCIDVA, quorum non longe terminus anne  
a Rbeno distat. Regionem solis ad ortum  
inhabitans OSTERLINGI, quos nomine quidam  
OSTVALOS alio vocitant, confinia quorum  
insessant coniuncta suis gens perfida Sclau.  
Inter prædictos media regione morantur  
ANGARII, populus Saxonum tertius. Horum  
patria, Francorum terris sociatur ab austro,  
oceanoque eadem contingitur ab aquilone.  
Hanc igitur Carolus statuit sibi subdere gentem.*

Hicce ex dictis rite ponderatis emendari poterit locus, in *Actis S. Ludgeri* *Tom. I. S. R. B. Leibnit. p. 91.* obuius. Si enim ibi legitur, regem *Karolum* virum *Dei Lutgerum* pastorem constituisse in *orientali* parte *Saxonum*, cuius parochiæ sedes sit principalis in loco *Mimigerneford*; sine vilo dubio legendus est locus ita: *Karolus eundem virum Dei Lutgerum pastorem in OCCIDENTALI parte Saxonum constituit, cuius parochiæ sedes est principalis in pago Sudergoe in loco, cuius vocabulum est Mimigerneford.* Cum autem his verbis *Mimigerneford*, oppidum *Munster* in *Westfalia*, vti constat inter omnes antiquitatum scrutatores, designatum sit; id porro ex verbis iisdem elucet, *Westfaliam* fuisse in *occidentali* *Saxonum* parte, et sub se comprehendisse *pagum Sudergoe* aliosque pagos, vti infra videbimus. Quemadmodum vero supra docuimus, *orientalem* regionem seu *Ossfaliam* interdum quoque appellari *pagum Ossalon*, summa voce pagi pro tractu generali, omnem *Ossfaliam* complexo; ita quoque *pagus Westfalon* aliquando ponitur pro generali pago, totam *occidentalem* regionem *Saxonie* comprehendente. Si ergo diplomata indicant mentionem de *pago Westfalonum*, tunc sollicitè dispiciendum est, an pagus generalis, an pagus specialis, per *Westfaliam* intelligatur. Vocabulum ducatus interdum sumi pro pago generali, comitatus vero vocem pro pago speciali, supra §. 133. et §. 163. ex diplomate imperatoris *Hludouici* didicimus. Sine dubio igitur vilo per *ducatum Westfalonum* in diplomate regis *Hludouici*, supra §. 168. inserto, indicatur tota *occidentalis regio Saxonie*, in qua pagi speciales *Grainga* et *Hrecuuiti* sese contingebant. Vnde statim concludimus, *Adamum Bremensem* in *Historia* Lib. I. vera neutiquam prædicasse, sic narrantem: *quartus ex magnis Saxo.*



Ab anno  
854 vsque  
877 re-  
gnante  
Hudo-  
uico et

Saxonia fluminibus est *Emisa*, qui *Westvalor* a reliquis illius provinciae dirimit populis, isque oritur in saltu *Paderburnensi*, currit autem per medios *Fresorum* terminos in oceanum *Britannicum*. Cum enim pagus *Hrecviti* in comitatu *Tecklenburgico* et aliqua parte episcopatus *Osnabrugensis* obuius fuerit et quidem cis *Emisam* fluium; flumen *Emisa* terminus pagi generalis *Westfalorum* essenon potuit. Atque id eo certius esse arbitramur, quod ab auctore *Vita Reginae Mathildis T. I. S. R. B. Leibn. p. 193, venerabilis Witikindus* appellatur *gloriosus dux in occidentali regione*. Duxisse autem *Widekindum* contra *Carolum M.* tantum *Saxones*, trans *Emisam* habitantes, nemo, quantum scimus, adhuc asseruit, putamusque, nos supra sepius in alia omnia iuisse. *Occidentalis regionis* limites si exacte designare atque curate circumscribere iuar, ut constat, quomodo *Westfalorum* respublica ab *Angaria* fuerit diuisa, tum omnino omnes pagos, trans *Wiseram* sitos, ob oculos nobis ponere debemus, id ponderaturi, quinam plane prorsus ad *Angariam* referantur, et in quibus lex *Angaria* fuerit in vsu. Vnde patet, eosdem pagos ad *Angariam occidentalem* spectasse. Adhuc id certum est, hosce pagos *Auga, Nitbega, Hessi Saxonicum, Itergo, Almunga, Patherga, Westiga, Thadmali, Huuctigo, Tiliti*, atque *Enterigawi*, ad *Angariam occidentalem* referendos esse. Quum porro *Poeta* noster, ante adductus, *Angariam* *Hassis* coniungat, ab aquilone autem ad oceanum protendat; *Angarios* ipsos toto illo *Vifurgis* tractu per *Hoianum, Diepholtanum, Detmenhorstianum* atque *Oldenburgicum* comitatus ad mare vsque sese diffudisse oportet. Omnes ergo pagi in eadem *Vifurgis* ripa ad *Angariam* fuerunt relati. In *marca Sturmethi* terminum fuisse *Angariae* ac pagi *Westphalon*, patet ex villa *Ermete*, quae in *Registro* nostro nominatur *Arwitte*, ac intra *marcam Sturmethi* collocatur; teste *Vita Meinwerci Tom. I. S. R. B. Leibn. p. 554*. Eo igitur in pago tractus maior *Westfalorum* erat. Hanc differentiam nullo modo inuicem conciliare possumus, nisi statuamus, *Angariam* conterminasse *Westfaliam* in eadem regione. Id ipsum *marca* nostra *Sturmethi* indicat, ut iam ante §. 176. significauimus. Intellegitur ergo ob hanc rationem semper vnus idemque vicus. Non procul a *Rheno* limites *Westfaliae* fuisse, patet non solum e verbis *Poetae* *Saxonis* ante excitatis, sed etiam e villa *Herbette*, in pago *Westphalen* sita et in comitatu *Herimanni* conspicua, quam *caesar Henricus II. monasterio Kaufungo* anno 1020 tradidit, quamque *Fridericus comes*, (de *Isenberg*) qui factionem *sceleratam* peregit occidendo *Colonensem archiepiscopum* (*Engelbertum*), tenuit in feudo de manu *abbatis in Kaufungo*, testantibus diplomatis in *Kuchenbeckeri Analect. Hass. coll. I. p. 74. seqq.* et per quam intelligimus *Herven*, locum ducatus montium intra praefecturam *Windeck*. Quamuis autem statuere non audeamus, *Westfalorum* ipsam *Rheni* ripam attigisse, quippe quam *Franci* cum munimentis suis tenuisse videntur; *Boructuarii* tamen a *Saxonibus* vel victi vel vltro in vnam cum *Westfalis* rempublicam coaluisse videntur. Hinc pagum *Boroetra* pagis *Westphalicis* annumerare liber. Hunc pagum a *Brucleris* veteris *Germaniae* populis, quos *Sulpitius Alexander* apud *Gregorium Turonensem Lib. II. cap. IX. Rheni ripa proximor* appellat, nomen accepisse, probabile est. Nomen terrae haesit ex solo, etsi mutatis habitatoribus. *Gregorius III* pontifex nominat eos in epistola quadam *Bortharor*, alii vero *Boructuarior*, quos habitasse arbitramur in aliqua parte ducatus *Bergensis*, vbi villae *Brucken, Broick* et locus *Brouck* reliquiae *Bruclerorum* esse videntur. Villae, quae huic pago tribuuntur, sunt:

1) Villa *Porricbeci*, quae erat in pago *Boroetra*, *Chartulario Werthinensite* *Tom. I. S. R. Brunf. Leibniti p. 117*. Haec villa nulla videtur alia fuisse, nisi *Poderbach* vicus, in archiepiscopatu *Colonensi* quatuor milliaria ab vrbe *Bonna* situs.

2) Existit, eodem *Chartulario* teste l. c. p. 110, in pago *Borterga* villa *Castorp*, quam habemus pro vico *Kreistorp*, in ducatu *Montium* sub praefectura *Lulstorf* duo circiter milliaria sito ab vrbe *Bonna* versus aquilonem.

3) Erant anno 862. in pagis *Dreini* et *Boroetra* et in comitatibus *Burchardi* et *Warini* villae *Seliheim* et *Stockheim*, teste quodam diplomate *Ludouiciano*. De villa *Seliheim*, in pago *Dreini* sita, infra quaedam diximus; *Stockheim* autem est locus *Stockheim* in ducatu *Bergensi*, sub praefectura *Lulstorfensi*. In *Registro MScto Bonorum* abbatiae *Werthinensis* hic pagus appellatur *Boroetra*, eidemque tribuuntur

4) *Holt-*



- 4) *Holtbem*  
5) *Hamarichi* et  
6) *Mulinaufun*.

gubernante  
Corbeiam  
Adalgario.

*Holtbem* esse poterit *Helden* in Montium ducatu eiusque praefectura Solingenfi, duo milliaria distans ab vrbe Duffeldorf versus orientem. *Hamarichi* est *Herchen* sub praefectura Blanckenberg, vel *Harnrad* sub praefectura Steinbach in eodem ducatu Montensi; *Mulinaufun* autem videtur *Mulboven*, locus praefectura Lulstorfensis, non procul a vico Kreistorp conspicuus. Si diis placeret, adnumerare his locis vellemus

7) villas *Velsenberg* et 8) *Ratingen*, quarum auctor Vita S. Swiberti Tom. II. S. R. Brunf. Leibn. p. 235. et p. 336. mentionem iniecit, easque prouinciae Boruictuariorum tribuit. *Ratingen* enim esse poterit *Raetgen* locus, in comitatu Homberg situs, quatuor milliaria disiunctus ab vrbe Bonna versus orientem, et *Velsenberg* erit Volberg, in ducatu Montium locus sub praefectura Porze, duo milliaria, et quod excurrit, situs ab vrbe Colonia versus orientem. Cum autem Vita S. Swiberti referatur inter scripta supposititia, nihil definimus. Inter haec euidenter patet e dictis, pagum *Boroetra* non existisse circa oppidum Borken, in Monasteriensis episcopatu situm, sed in ducatu Montium esse locandum, eundemque fuisse conterminum pago Loginacowe versus orientem, ad quem scilicet villa Altinchirichan spectauit, quae est Aldenkirchen in terminis comitatus Hachenberg in Coloniensi archiepiscopatu; versus Aquilonem autem pagus *Boroetra* contiguus erat pago Rurichowe, quem in aliqua parte ducatus Cluensis, atque in aliqua parte ducatus Montensis reperiendum esse, demonstrabimus infra §. 229. Quodsi vltra progredimur, deprehendimus Lippiam flumen, ad quod pagum *Dreini* fuisse, habemus compertum. Ad Westfalorum pagos eum spectasse, ex verbis Poetae Saxonis discimus, qui ad annum 784. Tom. I. S. R. B. Leibn. p. 133. ita canit:

Filius interea regis (Caroli,) qui par genitori  
indole mentis erat, tum nomine dictus eodem,  
cum patriis exercitibus, quos ipse regebat  
in Westfalorum pago cognomine *Dreini*  
eiusdem populi turbas ad bella paratas  
offendens, statim certamine vicis equestri.

Ad Lippiam flumen autem pagum *Dreini* situm fuisse, ex Actis Idæ ducissae Tom. I. S. R. B. Leibn. p. 172. seq. patet, e quibus haec adducimus verba: *Ad illum locum, qui Saxonica lingua HIRUTFELD nuncupatur, qui est in pago DREINI in LUPIAE fluminis ripa, nonnulla illustris viri Ecberti pradia respiciebant, ubi Deo dilecta matrona Ida frequentibus commorari et semper recentibus in Dei cultu laboribus intentissime consueuerat insudare.* Hic autem locus *Hirutfeld* est *Hirtfeld* ad Lippiam fluuium, intra terras episcopatus Monasteriensis. Locus nunc dicitur *Hertzfeld*, situs in praefectura Stromberg, insignis Gograviatu, ad quem parochiae duae, vulgo *Kirspele* adpellatae, referuntur. In proximo est villa *Hoveftadt*, in qua dicitur commoratus *Egbertus*. *Hirutfeldi* a. 830. obiit *Berengarius* sanctus, qui cum Carolo Magno ac *Eberto* in Westfaliam venerat. Sepulti sunt ibi *Ebertus* eiusque vxor *Ida*. *Stangenfollius Annal. Westphal.* L. II, p. 104. 127. Vide *Ioannis Hobbellingi Beschreibung der gantzen Stifis Münster*, Dortmund 1742, 8, p. 25. ac *Appendicem III Ioannis Diderici de Steinen* p. 330. seq. *Hirutfeldi* proceres imperii Germanici coierunt a. 1024, 8. Sept. 1027. 14, Sept. teste *Vita Meinweri* p. 557, 559, ed. Leibn. *Christianus Iunckerus* posuit pagum *Dreini*, *Dragim*, *Dreini*, *Driene*, *Draigni* ad villam Ducatus Cluensis *Dreuenich* seu *Dreuenack* versus Westfaliam, p. 115. *Introd. ad Geogr. medii aevi*. Videtur fluuius *Lippe* seu *Lupia* olim vocatus fuisse *Drene*. In hac regione porro reperiebatur *Lisborn* abbatia, quae eodem in pago *Dreini* quoque olim existit. Anno enim 1019 *Heinricus imperator Thiedericus Mimigarnesfordensis ecclesiae episcopo concessit et confirmauit abbatiam Lisborn in pago Dreini in comitatu Herimanni comitis, quam antea Mimigarnesfordensis ecclesia habere videbatur etsi sine scripto, interuentu ac petitione Cunigunde imperatricis aliorumque fidelium scilicet Euerhardi Bauenbergensis, Meinweri Patherbrumensis, Adelbaldi Traiectensis episcoporum, ducisque Godesfridi*, teste *Vita Meinweri* p. 547. *Conf. Schatenii Hist. Westfal.* L. IX, p. 603. L. X, p. 641. Villam *Selibem* in eodem pago *Dreini* existisse, iam



Ab anno  
854 vsque  
877 re-  
gnante  
Hludo-  
uico et


ante indicauimus ex diplomate Hludouici regis ad annum 862. Intelligimus autem per eandem villam locum *Sellem*, in episcopatu Monasteriensi inter Cappenberg monasterium et Halteren situm. Hic porro pagus *Dreini* fuisse idem videtur, qui Tom. I. Leibn. p. 110. appellatur *Dreginni*, vbi villa *Werina* huic pago tribuitur, quæ probabilissime est vrbs *Werne*, sita ad Lippiam haud procul a monasterio Cappenberg. In præfectura Episcopatus Monasteriensis *Werne* vnicum exstat oppidum *Werne*, cui locus inter proceres est prouinciales. Præfectura complectitur parochias tredecim. In præfectura conspicuum est monasterium ordinis præmonstratensis, quod Godefridus et Otto fratres Cappenbergici, Comites, 1122 instituerunt in loco Cappenberg, nonnisi nobiles episcopus genuinos tenens. Conf. Hobbelingum p. 31. seq. Monasterium id nullius episcopi obedientiæ est obnoxium, vulgo dictum *Gotteshaus*. Conf. I. D. de Steinen l. c. p. 333, seq. Sic iterum descendimus in marcam *Sturmethi*, et simul in pagum contiguum *Westfalon*, ex quo paululum defleximus, penetramus. Pagum enim *Westfalon* conterminum fuisse pago *Dreini*, probat diploma cesareum Heinrici IV. in quo ad annum 1059 Immodo episcopo Paderbrunnensi prædium, *Puningun* dictum, cum tribus vorawere *Sumerfeldi*, *Botefeldorp* et *Calinbiki*, situm in pagis *Westfalon* et *Treini* in comitatibus Bernhardi ducis, Rotgeri et Bernhardi comitum, in proprium dedit ac tradidit. Quæ villæ in *Westfalia* ducatu reperuntur. Atque, in eius ducatus maiori parte *specialem pagum Westfalon* existisse, arbitramur. Id ipsum comprobant villæ, quæ huic pago tribuuntur. Ante vero quam eas adducimus, monendum est, pagum *specialem Westfalon* ad similitudinem pagi *Falbon*, in orientali regione situm, dictum esse videri. Quemadmodum enim iam ante docuimus, omnem orientalem Saxoniam interdum appellari *Astfabla* seu *Ostfablen*, in ea autem *specialem* quandam pagum reperiuntur fuisse inter Brunsvigam et Hildesiam vrbes, qui dictus fuerit *Falben*: ita tota occidentalis regio quidem pagi *Westfalon* nomine solet venire. Speciatim vero pagus *Westfalon* appellabatur regio, quæ intra et circa comitatum Arensbergicum visitur. Huic prouinciæ nomen ducatus *Westfalia* hæsit, quamuis ante Heinrici Leonis, ducis Saxonie, tempora sub ducatu *Westfalia* appellatione omnes, relati ad antiquam *Westfaliam* pagi, sint comprehensi. Id enim facile e diplomatibus demonstrari posset, si res probatione indigeret. In *Registro MScto Bonorum Abbatie Corbeiensis* deprehendimus primo villam *Storobur* in pago *Westfalon*, per quam intelligimus designari *Storinghusen* vicum, ad Ruram in ducatu *Westfalia* situm haud procul a Fursenberg vico. Deinde eidem pago tribuitur locus *Kestiki*, vicus *Kestelick*, inter Padberg, Brilon, Ruden et Rigelstein, eodem in ducatu, in terminis pagi Itegowæ situs. Villam *Eruette* in pago *Westfalon* poni, iam ante vidimus. Et quamuis eadem villa quoque in marca *Sturmethi* ponatur, pagus tamen *Westfalon* nullam aliam ob causam adiiicitur, nisi vt indicetur, eadem in regione pagum quandam *Westfalon* quondam existisse. Porro in eodem pago inueniebatur villa *Hetrungun*. Indicatur procul dubio *Herderingen*, vbi celebratissimi domini Barones de Fursenberg palatium atque alia iura habent. Tum erat in pago *Saxonico Westfala*, et in comitatu Herimanni comitis, curtis nominata *Triburi*, quam cesar Heinricus abbatie in Patherbrunnon, vulgo dictæ *Abdinghov*, donauit, vti sequentes approbant litteræ, quas e *MScto* adiungere licebit.

**Q** In nomine seq et indiuidue trinitatis. Heinricus diuina fauente clementia romanorum imperator augustus. Si eterna et semper benigna accipere desideramus temporalia et transitoria pro dei amore deuote erogare debemus. Quapropter nouerint omnes Xpi fideles presentes scilicet atq. futuri qualiter nos pro redemptione anime nre ac dilectissime coniugis nre chunigunde et per interuentum ac indefessum seruitium uener. epi meginuuarci quandam nri iuris curtem *triburi* nominatam in pago *Saxonico uestfala* sitam in comitatu *herimanni comitis* cum omnibus appendiciis seruis et ancillis liberis quoq. cum tali seruitio et censu qualem nobis soluebant et agebant molendinis piscationibus uenationibus siluis pascuis pratis et omnibus utensilibus ad eundem locum pertinentibus ad abbatiam in patherbrunnon a pdicto epo



ēpō meginuuarco inchoatam et stabilitam ad ecclesiam ab eodem in honore dñi saluatoris et omnium scōrum dedicatam donauimus. ea scilicet ratione. vt monachi sub regula sc̄i benedicti inibi deo seruientes deinceps liberam de eadem curte habeant potestatem utendi mutandi et ad communem vsū illorum quidquid exinde liberit tractandi. Et vt hec nra auctoritas stabilis et inconuulsa omni permaneat quo hoc p̄ceptum inde conscriptum impressione sigilli nri iussimus insigniri propriaq; manu confirmauimus.

gubernante  
Corbeiam  
Adalgario.



Gunthariuf cancellariuf ad uicem erkanbaldi archicappellani recognoui.

data XII. kal. martii indictione III. anno dominice incarnat. MXX. anno uero domni Heinrici sc̄di regnantis XVIII imperii autem VI. actum colonie feliciter amen.

Per villam *Triburi* designari credimus vicum *Dreuer*, situm haud procul a *Beleke* in ducatu *Westfalia*. Probe autem hanc villam *Triburi* discernere oportet a villa regia *Triburi*, quae palatium regium erat, in *Francia* intra pagum *Rinichgoue* et in comitatu ducis *Cononis* situm anno 985. In diplomatibus caesareis ob crebros imperii conuentus ibidem habitos id palatium est celebratissimum, hodie dictum *Trebur*, situm intra terras *Landgrauiarum Hasso-Darmstadiensis* in satrapia *Russelheim* inter *Darmstad* et *Moguntiam* oppida.

In pago *Westfalon*, et in comitatu *Bernhardi* comitis, erat porro anno 1023 praedium *Hobunsle*, testante diplomate quodam *Heinrici Romanorum imperatoris Augusti*. Querimus merito, vbinam illud situm fuerit. Id autem docere nos possunt chartae collegii *Bustorfiani*, in suburbio *Paderbornensis* ciuitatis, a *Meinwero Paderbornensi* episcopo anno 1036 instituti, e quibus patet, villam *Hobunsle* ad parochiam canonicorum, in eo collegio viuentium, referri. Quod si autem ad *Alme* fluuium existitisse pagum *Almunga*, et circa urbem *Paderbornam* vsque ad vicum *Thulen* pagum *Patherga* fuisse, et hos pagos ad *Angariam* spectasse, iam ante docuimus; pagus *Westfalon* ab oppido *Erwitte* et *Bockenvörde* vsque in comitatum *Ritbergensem* patuit et in regione inter *Lippiam*, *Amisiam*, *Vurlam*, *Glennam*que amnes collocandus est. Haec autem est illa regio, in qua, vno vico *Delbrugge* excepto, incolae dispersis longe lateque villis et tuguriis habitant, industrii, robusti et laboris patientes, ideoque ad militiam aptissimi. In eo natales suos habuit *Iohannes comes de Spürcke*, humili quidem inter rusticos ortu, sed militari et supra natalium sortem praecelsa indole, qui per omnes militiae gradus prouectus demum supremus exercitus caesarei dux *Hungariam* perdomuit, belli fulmen ex agro, vii etiam *Iohannes comes de Werth* fuit terrae filius, postea vocatus ad exercitus ducendos hostesque fatigandos. Fuerunt autem in eadem regione *marca Aspithara*, *Hildelinbuson*, *Rengithinbuson* et *Thurnisbora*, quae procul dubio totam *Angariam* et pagos *Patherga* et *Westfala* a pago *Westfalon* hac in regione diuiserunt. Pagum enim *Sudergo* circa ciuitatem *Monasteriensem* conterminum fuisse pago *Patherga*, illa ad urbem *Paderbornam* villa *Hobunsle* non permittit. Eodem in pago *Westfalon* eodemque in comitatu *Bernhardi* situm donauit anno 1023 *Heinricus imperator ecclesiae Paderbornensi* praedium *Steini*, quod *Nic. Schatenius* in *Annal. Paderbornenf.* Tom. I. p. 451. oppidum *Steinheimb* fuisse perhibet. Eam opinionem assensu nostro comprobare minime possumus. Quemadmodum enim iam supra ne-



Ab anno  
854 usque  
877 re-  
gnante  
Hludo-  
uico et

ibidem uellet habitare ipsam quamdiu uiueret haberet fin autem et post excessum eius ad reliquias scōrum martirum stephani atque uiti pertineat iure hereditario testef ico thiadrid marcuuarduf adaluuarduf.

## §. 179.

Tradidit tatto in *hetlogun* (x) mansum unum cum mancipiis duobus eruli et alffuit testef aluric friteric hemmic adulf runger uerin ailger.

## §. 180.

Tradidit *haduui* in *rimbeke* (y) mansos III. cum familiis in *fran-*

gauimus, circa oppidum Steinheim pagum *Wessalon* existisse, sed pagum generalem *Angeri* et pagum specialem *Huuetigo*: ita obseruandum est, in episcopatu Paderbornensi esse iam dictum oppidum *Steinheim ad Emmeram*, distans unum milliare circiter ab acidulis Pyrmontanis, olim in comitatu Sualenbergico situm. Exstat aliud *Steinheim* haud procul a *Lichtenau* oppido, unum milliare circiter ab vrbe Paderborna omnino distante. Neque hunc vicum hic intelligere licet, quia haec villa, si ipsa anno 1023 iam existisset, pago *Patbergo* fuisset contributa. *Heribrumun* enim villa, ut iam supra §. 30. uidimus, in pago *Patbergo* posita erat, quae longius abest ab vrbe Paderborna, quam vicus *Steinheim*. Tum uero per *Steini* designari nequit locus *Steenbusen*, in eodem episcopatu Paderbornensi situs inter *Geseke* et *Buren*. Marca enim *Sturmetbi*, quae, ut supra docuimus, terminus *Angaria* et *Westfalia* erat, illud non permittit. *Steinem* ergo vicus, dictus *dorp Steinem*, cuius tertiam partem domini de *Schilder* in feudo tenent ab ecclesia Paderbornensi, melius uillae *Steini* consonare in pago *Wessalon* uidetur. Hanc in regione, in qua *Hoenfili* reperiebatur, existisse, probabile est. Sin uero mauis per pagum *Wessalon* significari pagum generalem *Wessalon*, nobis id perinde gratum erit. Vocabulum enim *Wessalon* interdum sumi pro pago generali, negari nequit. Atque id ipsum probat diploma imperatoris *Heinrici IV*, quo ad annum 1085 *Liemaro Hammaburgensi* archiepiscopo *abbatiam Fredena*, in pago, *Wessalo* dicto, et in comitatu *Gerhardi* comitis sitam, concessit, quae sine ullo dubio est *Vreden*, monasterium sanctimonialium virginum in diocesi *Monasteriensis*, inter urbem *Monasterium*, et inter *Borckelo* in confinio comitatus *Zutphanensis* situm. De eo conferendus est *Ioannes Hobbelling* in *Beschreibung des gantzen Stift Müntsters* p. 40, et *I. D. de Steinen* in *Appendice tertia* p. 338. In hac porro regione, ut postea docebimus, situs erat pagus specialis *Scopingo*. Hanc sententiam denique confirmant uillae *Wyenerwald*, *Ballana*, *Muchuris*, *Gheuetum*, *Laarun* et *Heribrunno*, quippe quae aequae uiscbantur in pago *Wessalo*. De hisce alio tempore acturi sumus, illud tantum addentes, *Heribrunno* uillam uideri esse *Herbirum* ad fluuium *Emisam*, in inferiori episcopatu *Monasteriensis* sitam.

De villa  
Hetlo-  
gun.

De villa  
Rimbeke  
et Hadu-  
wi abba-  
tis Wari-  
ni sorore.

(x) *Hetlogun* villa sita fuerit oportet in episcopatu *Osnabrugensi*, indice nostro *Registrō*. De villa pluribus exponemus in *Historia* nostra *Corbeiensis*.

(y) *Rimbeke* villa in nostro *Registrō* inuenitur posita intra pagum *Hessi*. Vnde rectissime concludimus, hanc esse eandem uillam, quae supra §. 92. appellabatur *Rimbechi*. Ipsa hodie uocatur *Rimbeke*, iacetque inter *Warborg* oppidum et monasterium *Hardehufen*, seu, ut accuratius situm indicemus, inter *Narden* et *Scherue*, vicos episcopatus *Paderbornensis*. Cum igitur comes *Amalungus* in eadem uilla §. 92. quaedam donauisset, quem fuisse maritum *Hadwy*, ex §. 125 et 149. patet, indubie *Haduwi*, quae hoc testante §. tres mansos donauit ad *Rimbeke* sitos, soror *Luidolfi* ducis, et filia *Ecberti* ducis fuit, genitrix quippe celebratissimae familiae ducalis *Billinganae*. De hac egimus §. 104. not. (w). Ut autem constet, ad quosnam haec bona, in *Rimbeke* posita, peruenerint, producemus litteras *Henrici*, nobilis domini de *Homborg* et abbatibus *Corbeiensis*, quarum haec est summa:

Nos



*frankonbus* (z) mansum unum testef alfric baddo had luithard mynhard adulf.

gubernante  
Corbeiam  
Adalgario.

## §. 181.

Tradidit maynhard mansum unum cum familia uuilling in *hemmenthorpe* (A) testef bodo baddo bern odo syni et alii tref.

## §. 182.

Tradidit odo pro anima uolcmari quidquid habuit in *hiddebus* (B) testef ailharduf uolkeri liefman folcuerc liudbrand.

## §. 183.

Nos *Henricus* dei grā Corbeiē. ecclie abbas tenore pntium protestamur. quod cum bone memorie dñs *Rabanus iunior de Papenbem* miles a nobis bona sua pheodalia reciperet int' cet'ā bona decimā in *Rimbeke* nominatim recepit. postmodū cum pscript' dñs *Rabanus* suum testamentū cōficeret. pscriptam decimā in *Rimbeke* ad pbendā fratrum donauit ppositure nre Corbeiē. ecclie. Quam donationem ratam tenentes et gratā. auctoritate nra confirmam' et eiusdem decime ppetatē. q̄ spectabat ad nos. eidem ppositure liberaliter tribuim' in his scriptis. Ut igitur hec res inconuulsa pmaneat et ppetue commendetur memorie. pntem paginā nro sigillo iussim' sigillari. Datum Corbeie anno dñi M. CC. nonagesimo quinto VII. kal. septembris.

His autem litteris adiungimus tabulas abbatis ac conuentus in *Hardehusen* Paderbornensis diocesis, sic habentes :

Nos frater *Johēs* dñs abbas et totus conuentus in *Hersuidehus* uniuersis pntibus et futuris cupim' esse notū quod in recognitione pprietatis quorūdam bonorū suorū in *Rimbeke* que bona *Arnoldi* dñi *Hukere* quondā fuerant. nobisq. nroq. monas'io per uen. viros dñm *Heinricū* abbatē totumq. conuentū ecclie *Corbeyē*. donatorū liberaliter. custodi ipsi' ecclie *Corbeyē*. tres libras cere ad luminaria bti *Viri* soluere tenebimur. et in festo purificationis bte virginis sine difficultate uel tradicione annis singulis et ppetuo pfoluem'. In cui' rei robur et euidentia pntem cartam dedim' sigillatā. Datū anno dñi M. CC. XC. nono quinto idus Januarii.

(z) *Franconbus* villa erat in pago *Hessi* sita. Olim existit ea in terris episcopatus Paderbornensis haud procul ab *Hardehusano* monasterio, quod in adducta aliisque *Franconbus* membranis nominatur *Hersuithehusen*. Bona autem *Corbeiensia*, ad *Franconbus* sita, ab abbatibus *Corbeiensibus* postea tradita sunt pposituræ seu abbatiæ *Eresburgensi* in Monte *Martis*, hodie dicto *Stadberge*, a qua illa, consentiente ecclie *Corbeiensi*, comparauit *Bernhardus* episcopus *Paderbornensis*, qui eadem denique anno 1155 *Hersuithehusano* dedit monasterio.

(A) De villa *Hemmenthorpe* confer §. 226. dicenda.

De villa  
Hemmenthorpe.

(B) *Hiddebus* villa erat, restante *Registro* nostro antiquissimo, in pago *Logne*. Procul dubio itaque intelligitur designata *Heltensen* sita intra pfecturam *Hardessen* principatus *Göttingensis*, quæ in aliis membranibus scribitur *Hiddinhuson* et *Heddenhusen*. Nomen eandem villam accepisse a quodam *Hiddi*, probabile est; ad quam vero familiam idem *Hiddi* referendus sit, ignoratur. Illud verisimile est, inter progenitores ducis *Ostfolorum Hessi* existisse quosdam, qui nomen illud ipsum amauerint, a quibus nomen *Hiddi* in familiam *Ecbertinam* seu *Luidolfinam* fluxisse videtur, ut in stemmate *Brunoniano* vidimus ante §. 104. An vero

De villa  
Hiddebus.



Ab anno  
854 vsque  
877 re-  
gnante  
Hudo-  
uico et

§. 183.

Tradidit bodo mansum cum familia liafuuard in *hattrungen* (C) testef maynuuard baddo bern et ceteri supra scripti.

§. 184.

Tradidit euric pro anima suuale quidquid habuit in *blouuanscote* (D) testef uolger bernhard adahuuard pumy.

§. 185.

Tradidit bodo quidquid habuit in *listungen* (E) pro anima sua testef . . . . .  
tradidit bernuuard mansum unum in *bilanuelde* (F) cum adiacente filua item medium in *thyduuytesbus* (G) testef hugo folcbert hrodred odo et alii VIII.

§. 186.

vero *Hidderbus* a progenitore quodam Hessi ducis possessa fit, vix Oedipus diuinando assequi poterit.

De villa  
Hatrun-  
gen.

(C) *Hattrungen* villa in nostro Registro non reperitur. Nescimus ergo, quem vicum designare debeamus. Quantum coniectura auguramur, intelligitur vel Hattingen in comitatu Marcano, vel villa Hetrungen, quam supra §. 178. in pago Westfalon deprehendimus. Videtur abbatia nostra tempore abbatis Sarachonis non amplius in possessione fuisse istius mansi, quem Bodo in villa Hattrungen tradidit. Nihil ergo definimus.

De villa  
Blowan-  
scote.

(D) *Blowanfcote* villa ponitur in nostro Registro *intra pagum Braghanto*, quem amplissimum et spatiosum pagum fuisse, e villis patet, quæ aliis in documentis huic pago tribuuntur. Et cum in eo pago exstiterint *Tornacum* (Tournay ad Scaldim fluiuium) et *Ganda* (Gent ad idem flumen,) quæ vrbes hodie in Flandriæ comitatu inueniuntur, pagus *Braghanto* ampliorem regionem comprehendisse videtur, quam ducatum Brabantie. De villa *Blowanfcote* differemus *infra* §. 229, vbi plura de *Braghanto* et *Rienfi* pago inuenies.

De villa  
Listun-  
gen.

(E) De villa *Listungen* vide §. 186.

De villa  
Bilanuel-  
de.

(F. G) *Bilanuelde* villa tribuitur *pago Westfago* in Registro nostro sæpissime laudato. Eum pagum probe discernere debemus a pago Huuergico, conspicuo in comitatibus Pymontano et Sualenbergico, de quo egimus supra §. 3. not. (e) et infra plura dicemus. Sicut pagi *Westfago* indicant duæ abbatie, quæ nominantur *Hersfordia* et *Sceldice*, quarum illa in nostris documentis, hæc vero in diplomate cæsaris Heinrici II ad annum 1019, quod in Nic. Schatenii *Annal. Paderb.* T. I. p. 433. exstat, in eodem pago positæ inueniuntur. Quodsi autem eadem abbatie sunt *Hersford* et *Schilsche*, in comitatu Rauensbergico reperiundæ, sine vilo dubio pagus *Westfago* in comitatu Rauensbergico olim exstitit. Eandem sententiam egregie confirmat villa *Bilanuelde*, quæ indubie est oppidum *Bilefeld*, eodem in comitatu Rauensbergico visi solitum, quibus *Vita Meinweri* episcopi Paderb. T. I. S. R. B. Leibn. f. 530. villam *Haspan* addit. Villa *Haspan* videtur esse *Hepen*, intra præfecturam Sparenberg et in eodem comitatu sita; *Thyduyresbus* autem, quæ, teste Sarachone, in eodem erat pago Westfago, probabiliter erit vicus *Dussen* seu *Dissen*, iter vnus horæ circiter situs a castro Rauensberg, ad Osnabrugensem vero episcopatum spectans. Ecclesia in *Hepen* olim mater erat ecclesiæ in *Bileuelde*, vti probant sequentes litteræ Bernhardi episcopi Paderbornensis:

Bernhard⁹ dī grā Paderbornensis epūs dilecto focero suo comiti Ludowico salutem et dilectionis constantiam. Sciat constanter dilectio nra quod nos cum dilecto nro dno Ottone Custode Paderbornensi in eo uenim⁹, quod quilibet in habitatorum *Bileuelde* mansum ad quem familia ptinet habentem, plebano de *Hepen* annis singulis in die omnium



omnium scōrum obulum dabit pro exemptione capelle *Bileulde* que gubernante *Corbeiam* Adalgario. ratione matricis ad eccliam *Hepen* pertinebat quousq. dicto plebano de *Hepen* condigna recompensatio statuatur. Quapropter dictam capellam *Bileulde* a matrice eius ecclie publicam liberam et exemtam saluo iure diecesani et archidiaconi loci. uobis dantes liberam potestatem in eadem capella psonam idoneam ratione patronat<sup>9</sup> statuendi et eam ad collationem sp̄itualium loci archidiacono p̄sentandi. Datum Paderborne anno dñi M. CC. XXX. VI. pontificat<sup>9</sup> n̄ri anno VIII.

Post hæc, scilicet anno 1293, Otto comes de Rauensberge atque Hadwiga comitissa fundarunt *Bilefeldia* collegium canonicorum, parochiali aede B. virginis Mariæ in collegium mutata, restantibus litteris sequentibus, quas e membrana vna cum litteris Paderbornensis episcopi Ottonis addimus:

Nos Otto comes et *Zadwigis* comitissa de *Rauensberge* capitulo et canonicis ecclie bte marie *Bileuldensis* paderb. dieces. tam vite p̄sentis commoda quam future. bone rei operam dare et p̄sentis vite habere subsidium et eterne retributionis p̄mium enitimur expectare. quapropter pro remedio animarum n̄rarum vobis et ecclie v̄re. quam nos de cōsensu reuerē. patris ac dñi n̄ri *Otonis* paderbur̄n. ep̄i in honorem dei et memoriā scē marie p̄dcē. et b̄ti *Georgii* martyris fundam<sup>9</sup>. ac possessionib<sup>9</sup> seu prediis tam rusticis quā urbanis nec non seruis agricolis et colonis v̄ris immunitatem ac libertatē cōcedim<sup>9</sup> ab omni exactione tā rerum quā seruitii temporalis. volentes ut p̄dcā ecclia v̄ra domus et curie v̄re infra immunitatem claustrī v̄ri cōstitute ac familia v̄ra domestica ea immunitate seu libertate vel priuilegiis gaudeant quib<sup>9</sup> alie ecclie collegiate dom<sup>9</sup> et curie nec non familie canonicorum de iure gaudere noscuntur. vobis nihilomin<sup>9</sup> specialiter cōcedendo quod imunes sitis ab omib<sup>9</sup> cōtributionib<sup>9</sup> vigiliis vel custodiis et defensionib<sup>9</sup> a ciuib<sup>9</sup> vel oppidanis seu aliis in p̄dcō oppido *Bileuld* cōmoratib<sup>9</sup> cōmuniter faciendis. Ut autem p̄bendas cōpetētes sortiri possitis ecclias parochiales eiusdē oppidi tā noui quā veteris. in quib<sup>9</sup> ius patronat<sup>9</sup> habem<sup>9</sup>. de cōsensu eiusdē reuerē. patris et dñi ep̄i Paderb. et capituli duxim<sup>9</sup> cōcedendas. nobis tamen iure patronat<sup>9</sup> in collatione p̄bendarū per omnia reseruato. ceterū in electione decani thesaurarii et scholastici nihil iuris nobis vel heredib<sup>9</sup> n̄ris reseruam<sup>9</sup> sed liberaliter capitulo et canonicis cōmittim<sup>9</sup> memoratis. recognoscim<sup>9</sup> insuper quod nec nos nec heredes n̄ri aliquam aduocaciam habem<sup>9</sup> in bonis dēe ecclie v̄re nec possim<sup>9</sup> aliquaten<sup>9</sup> vendicare. preterea dam<sup>9</sup> vobis et cuiilibet v̄rū ius et cōmunē usū in pratis lignis et pascuis cōmunib<sup>9</sup> sicut alii in *Bileulde* morantes oppido noscuntur habere. ceterum in eadē ecclia duodecim p̄bendas de dēi patris ac dñi ep̄i et capituli paderb. p̄dcī cōsensu taliter ordinam<sup>9</sup> ut quatuor ex illis sint sacerdotes quatuor diaconales et quatuor subdiaconales. ita ut nulli canonicorū fruct<sup>9</sup> p̄bende ministrantur donec promot<sup>9</sup> ad sc̄m ordinē fuerit quē debita sibi p̄benda requirit nisi per decanū et capitulū aliter fuerit ordinatū nec alii quā residenti personaliter nisi in negotio ecclie vel causa studii de licencia capituli quēquā abesse cōtingat. p̄dcām vero cōcessionē et ordinationē de cōsensu et voluntate honorabilis viri dñi *Ludouici* p̄positi sc̄i *Johannis* ecclie in *Osnaburg* esse et processisse p̄ntib<sup>9</sup> protestamur. et nos *Zermann<sup>9</sup>* p̄posit<sup>9</sup> *Tungrensis* Otto canonic<sup>9</sup> *Osnaburgensis* *Ludouic<sup>9</sup>* et *Bernhard<sup>9</sup>* fratres p̄dcōrum comitis et comitisse filii heredesq. legitimi supradcām cōcessionē et ordinationē per omnia ratā et gratā et firmā tenebim<sup>9</sup> et tenem<sup>9</sup> et in testimoniū et certitudinē pleniorē p̄sens cedula sigillis videlicet comitis et comitisse p̄dcōrum et venerabilium virorum dñi *Ludouici* et *Zermann* supradcōrum cōmunitur. datum et actum anno dñi M. CC. nonagesimo r̄cio. II. id. iunii.



Ab anno  
854 vsque  
877 re-  
gnante  
Hludo-  
uico et

Hanc fundationem Otto episcopus Paderbornensis eodem anno hęc comprauit litteris:

Otto dei grā Pad'burnēn ecclie ep̄c. uniuersis ad quos p̄tes littere puenerint salutem in eo qui est omniū vera salus, cum nihil sit quod lumine clariore prefulgeat quam in viro nobili recta fides et nihil sit quod ita nequeat occasui subiacere quam vera religio, nam cum utraq. rectorem vite vel luminis respiciant recte et tenebras respuunt et nesciunt resectui subiacere, quamobrem fidem et deuotionem ac religiositatem *nobilis viri dñi Ottonis comitis in Rauensberge affinis* n̄rī deuotissime comendantes ex eo quod ut religio et diuini numinis cultus augetur in *nouo oppido Bilevelde* domini sui districti n̄rī diecesis collegiatam eccliam canonicorum seculariū de parochiali ecclia eiusdem noui oppidi fundare et eandē suis reb⁹ dotare ad honorē omnipotentis dei et gloriosi genetricis ei⁹ virginis bte marie intendit, nos eidem comiti cupientes cooperari, quaten⁹ bonorum operum ei⁹ efficiam⁹ participes, ut quemadmodum pia deuotione concepit proficiat et eccliam eandem collegiatā de parochiali fundet et dolet de reb⁹ suis ut dictum est et de fructib⁹ prouentib⁹ obuencionib⁹ et oblacionib⁹ eccliarum veteris et noui oppidorum in *Bileuelde*, ita quod huiusmodi fructus prouent⁹ obuencionis et oblaciones inter canonicos ipsi⁹ ecclie collegiate diuidantur equaliter et distribuuntur, eidem nobili viro de cōsensu et beneuola uoluntate *Thiderici de Bilsene p̄positi Germani de Sumichusen decani* et toti⁹ capituli ecclie n̄rē plenā cōcedim⁹ facultatē, volentes, ut postquam indicta ecclia in oppido memorato cōuent⁹ canonicorum secularium fuit institut⁹ eadem ecclia et p̄sone ipsius ecclie ac familia eorundem nec non bona eorundē mobilia et imobilia omnib⁹ libertatib⁹ et immunitatib⁹ et cōmodis quib⁹ ecclie iure gaudere debent et p̄cipue, quib⁹ ecclia sc̄i petri n̄rē ciuitatis paderbūrn̄ gaudet, in p̄sonis reb⁹ et familiis gaudeat et gaudere debet indiscusse, item volum⁹ et cōcedim⁹ ut postquam dicta ecclia collegiata fundata fuit et p̄sone institute ad eandem, uidelicet duodecim vel plures in ipsa prima institutione et postmodum in subsequenti⁹ institutionib⁹ siue prouisionib⁹ ius institutionis siue patronat⁹ dictus nobilis vir *comes in Rauensberge* habeat et idem ius institutionis siue patronat⁹ ipsius dñi comitis transeat in heredes, item volum⁹ et cōcedim⁹ ut reddit⁹ prouent⁹ obuencionis et oblaciones omnes ac omnia iura spiritalia et temporalia dicte ecclie in *Bilevelde* apud dictos canonicos eiusdem ecclie integraliter maneant, contribucionib⁹ auctoritate diecesani faciendis nec non procuracionib⁹ et omnib⁹ iurib⁹ archidiaconi loci saluis, ita tamen ut diaconus ex eorundem canonicorum electione et n̄rā siue successorū n̄rōrum cōfirmacione canonice ordinetur, et ut dict⁹ decan⁹ ad regendā parochiam ab archidiacono loci curā recipiat animarum, et occasione recepcionis huiusmodi cure idem decan⁹ tenebitur dicto archidiacono plenam seruare obedienciam et ad exaccionem omnium mandatorum, ipsius sicut tenebatur sacerdos qui in omnib⁹ annis retroactis rector exstitit seu prouisor, si quis autem huiusmodi cōcessiones n̄ras quas deliberato cōsilio decreuim⁹ p̄petuo ualituras infringere aut temere violare vel etiam maliciose impedire presumpserit, indignacionem omnipotentis dei et b̄torum ap̄lorum ei⁹ petri et pauli nec non excomunicacionis sentenciam quam in tales ex nunc et ex tunc in his scriptis ferim⁹ se nouerit incurrisse, in hui⁹ rei testimoniu⁹ presens scriptum n̄ro et capituli n̄ri sigillis exstitit sigillatum. Et nos p̄posit⁹ decan⁹ et capitulū p̄dcti in signum cōsensūs n̄ri sigillū n̄rum apponi fecimus huic scripto. Datum anno domini M. CC. nonagesimo tercio . . . . .

Sigilla uide in Tabula III.  
num. 4. et 5.

Otto



Commemoratio traditionis quam tradidit Bodo in *lystungen* (H) quid  
 quid gubernante  
 Corbeiam  
 Adalgario.

*Otto*, Paderbornensis episcopus, cuius hic exhibuimus sigillum, comes erat de Ritberg, testantibus litteris eiusdem ad annum 1297, quod ipsum et eius approbat contra sigillum, in quo aquila Ritbergica conspicitur. Errat igitur Cyr. Spangenberg in *Adel-Spiegel* T. II. f. 317. perhibens, in signe Ritbergenium comitum fuisse leonem aureum sine corona in campo rubro. Cum autem *Otto* episcopus *Otonem* comitem de Rauensberg appelleret suum affinem, sequitur eo ipso, *Hadwigam* uxorem dicti *Otonis* fuisse natam comitissam de Ritberg, et *Conradi* episcopi Osnabrugensis sororem, quippe qui in aliis litteris ad annum 1279 frater appellatur episcopi Paderbornensis *Otonis*.

Idem Paderbornensis episcopus *Otto* testatur anno 1292, *Henricum de Homborg* auunculum suum ex *Gisela* sorore sua tum defuncta natum litem mouisse *Amelungenbornensibus* monachis super possessione curiæ *Dickhof*, et ei renunciaſſe suo monitu una cum fratre *Bodone*. Testes erant comes *Otto* de Buren consanguineus episcopi, dominus *Stephanus* de Valckenberg, *Albertus* senior de *Amelungen*, *Raueno* de *Papenberg* miles. Datum in oppido eius *Saltcoten* anno 1292, in die *Tiburtii* et *Valeriani* martyrum.

Anno 1296 consensit *Henricus* de *Homborg* donande curiæ *Dickhof* cum molendino adiacenti, a patre *Iohanne* donatis cum nobis *Amelungenbornensi*. Testes erant comes *Hermannus* de *Woldenberge* socer *Henrici*, patruus *Bodo* de *Homborg*, *Henricus* de *Lutbardeſſen*, miles, *Conradus* de *Lutbardeſſen*, *Arnoldus* de *Hauerſuorde*, *Bruno* de *Rodenberge*, *Ernestus* de *Emmeren*, *Iohannes* de *Rode*, *Hermannus* *Bock*, famuli, frater *Iohannes* de *Rivo*. Datum IV. kal. septembris.

Posthæc *Otto* Rauensbergicus comes cum *Frederico* decano *Bileueldensi* atque aliis protestatur, *Bodonem* filium *Iohannis* nobilis domini de *Homborg* contulisse monasterio *Amelungenbornensi* curiam eandem, dictam *Dickhof*, una cum molendino per litteras sequentes, quas e membrana adiungere iuuabit:

Nos *Otto* comes de *Rauensberge*, *Fredericus* decanus ecclie scē marie *Bileueldensis* iudex et consules opidi dicti *Bileueldensis*, uniuersis ad quos presens scriptum puenit, notū facim⁹ euidenter in his scriptis, protestantes, quod *Bodo* fili⁹ *Iohannis* nobilis viri de *Homborg* induct⁹ precib⁹ uenerabilis patris ac dñi nri *Otonis* Paderburnensis ep̄i ac aliorum suorum amicorum curiam quandam dictam *dickhof* una cum quodam suo molendino cum proprietate et libertate et omni iure ecclie scē marie et conuentui in *Amelungenborne* contulit liberaliter et corā nobis resignauit pro salute *Gisle* bte memorie sue matris promittens se donationem huiusmodi sicuti pater ipsius p̄dict⁹ ipsā fecerat ratā et gratā ppetuo habiturum nihilq⁹ iuris sibi in curia ante dēā et omnib⁹ eidem atinentib⁹ penit⁹ reseruauit. Acta sunt hec coram iudicio presentib⁹ dño *henrico* *Top* et *Reinberto* de *Busche* militibus, *Bernbarde* et *Euerbarde* fratrib⁹ dictis *Top*, *Bernbarde* dicto *Valcke* famulis, *Eberto* dicto *Swarte* tunc temporis existente iudice in *Bileuelde* atque aliis, datum anno M. CC. LXXXVI. feria secunda post *Nicomedis* martyris.

(H) *Lystungen* villa in nostro Registro posita reperitur in pago *Himmerfeldan*, qui De villa olim existit in præfectura *Zierenberg* in *Hassia* Landgrauatu, et contiguus fuit *Lystungo* Saxonico *Hessi*, ut iam supra uidimus. Est autem villa *Lystungen* vicus *gen. Listingen* in præfectura *Zierenberg*, videturque *Bodo*, qui, quidquid in eadem villa habuit, abbatiæ nostræ tradidit, ad familiam *Ebertinam* spectasse, licet connexionem illius cum eadem gente accurate ostendere nequeamus. Si enim *Bodo* idem est dominus, qui infra §. 242. quatuor mansos donat in villis *Medriki* et *Huxori*, quarum altera in pago *Hessi*, altera vero in *Auga* erat, probabilissimum erit, *Bodonem* nostrum ad stemma *Brunonianum* pertinuisse. Cum vero inter coheredes ducis *Ostfalorum* *Hessi* non inueniatur *Bodo* iste, is *Brunonis*



Ab anno 854 vsque 877 regnante Hludouico et quid ibi habuit ad reliquias sc̄orum martyrum stephani atque uiti testes hrannuard fidag dendi tiadmer uigmer et alii XVII.

Ab anno 854 vsque 877 regnante Hludouico et

## §. 187.

Tradidit merefuit et filia eius siburg in *osdageshusen* (I) quidquid habuerunt testes isger *billing* (K) buni adaldach et alii XV.

## §. 188.

Tradidit *fritheric* in *derlingi* (L) in uilla *lauuingi* colonum unum testes had uolcbertus abbo odo et alii tres.

## §. 189.

nonis ducis nepos ex fratre fuisse videtur. Hæc autem obseruatio facit ad confirmandam sententiam nostram, quam supra §. 106. de *Bodikone*, *Saxonum rege*, protulimus. Cum enim *Bodo* et *Bodiko* vnum idemque nomen sit, quod nemo facile negabit, *Bodiko*, *dux Saxonum*, plane effectus esse non videtur. Inter progenitores Brunonis ac *Widkindi* ducum potius existisse eum, verisimilimum erit, quia olim illustribus familiis in maximis erat deliciis, et id curæ erat, ut nomina progenitorum suorum omni modo conseruarent. Obseruatu dignum præterea esse putamus, quod in *Vita Meinweri* episcopi Paderb. T. I. S. R. B. Leibn. p. 535. ille, qui mansum vnum in *marca Lifsungun* cum omnibus rebus ad eum attinentibus circa annum 1020 ecclesiæ dedit Paderbornensi, *Æthelhardus* appellatur. Quemadmodum vero *marca* illa *Lifsungun* in regione villæ nostræ *Lifsungen* existisse videtur, quippe quæ terminus Angariæ occidentalis in eadem regione esse potuit: ita *Æthelhardus* ille videtur fortasse nostri *Bodonis* pronepos esse. Id probabiliter facit ad corroborandam nostram coniecturam. Auguramur enim, fuisse inter progenitores Brunonis ducis ducem quandam Saxonum *Æthelhardum*, de quo egimus supra §. 161. Quamuis enim facile demus, hoc tantum niti coniectura nostra, indicandum tamen esse illud, arbitrari sumus, sperantes, doctis quibusdam id coniecturæ non ingraturum fore, ac tempore futuro documenta quædam in lucem proditura esse, quibus hæc ipsa coniectura in maiorem lucem euehatur.

De villa Osdageshusen.

(I) *Osdageshus* villa erat, testante nostro Registro, in pago *Suilbergi*. In membranæ aliis scribitur eadem modo *Osdageshusen*, modo *Odeshus*, modo *Odesen*, et tandem *Odassen*. Reperitur villa isthæc hodie in ducatu Grubenhagenensi sub præfectura *Rotenkirchen*. Ipsa vero olim erat pars comitatus *Dasseliensis*, in quo pagum *Suilbergi* existisse, iam supra §. 167. demonstrauimus. *Merefuit* igitur eiusque filia *Siburg* *Northeimensibus* seu *Dasseliensibus* comitibus, quorum vna eademque origo fuit, annumerandæ videntur. Fuisse autem *Meresuitam* stirpis *Brunonianæ*, in nostra *Historia Corbeiensi* e quadam membrana, quam olim e manibus bibliopecti *Pilgers* in vrbe *Huxaria* extorsimus, probabilissimum reddemus; e qua apparebit, *Luitbardum*, episcopum *Paderbornensem* tertium, qui *Badurado* e vita mortalium sublato anno 860 successit, fuisse huius *Meresuitæ* filium. Hic *Luitbardus* cum sorore sua *Waldburg* splendendum *Herisense* virginum sacrarum monasterium in episcopatu *Paderbornensi* condidit, atque e bonis paternis dotauit. Vnde colligi poterit, cuiusnam fuerit familiæ illa *Dei ancilla* in eodem monasterio *Herisi* constituta, quæ episcopi *Luitbarði neptis* appellatur, et ad quam *Rimbertus* monachus *Corbeiensis* et archiepiscopus *Hamburgensis* epistolam, bonæ frugis plenam, scripsit, quæ existat in *Vita Rimberti* p. m. 747 seqq.

De Billing.

(K) *Billing* an filius *Bennithi* comitis, et nepos *Amalungi*, fatis familiæ ducalis *Billinganæ*, fuerit, dilquirant alii.

De origine familiarum Sommerfchenburgicæ, Supplinburgicæ, Walbecensis atque Anhaltinæ.

(L) *Pagum Derlingi* existisse in ducatu *Brunsvicensi*, et quidem in præfecturis *Campan*, *Königslutter*, *Supplinburg*, *Schöningen*, *Hessen* et *Wolffenbuttel*, iam supra §. 15. indicauimus. Eadem in regione, et quidem inter *Born*, *Rotenkampe* atque *Vhri* vicus, et oppidum *Königslutter*, inuenitur vicus *Lauingen*, quem per *Lauuingi* villam designari rectissime statuitur. Colonus autem, quem tradidit *fritheric* cum aliis bonis *Corbeiensibus*, in pago *Derlingi* olim conspicuus, anno 888 *Otoni* comiti, patri *Heinrici* auepiscopi, aduocato abbatie nostræ, a *Bouone* abbate traditus est, testante autographo diplomate serenissimi regis *Arnolfi*



nolli supra §. 163 producto. Quis vero iste *Fritberic* fuerit, qui colonum gubernante Corbeiam Adalgario. hunc dedit, ex nobis quis quærere posset. Huic respondemus, probabilissime illum ad progenitores comitum palatinorum Saxoniae nostrae referri. Siue enim bona, quae tradidit, siue nomen eius respicimus, unde non vanum in genealogica mediæ ævi re argumentum desumitur, indicia inde elucent; ex eo descendisse *Fridericos* palatinos, inferendos domui *Sommerschenburgicae*. Atque ut hanc nostram sententiam probabilem reddamus, præmittenda sunt quædam de comitatu *Sommerschenburgico*, quem ab arce *Sommerschenburgica*, in ducatu Magdeburgico obuia, nomen accepisse, fatentur omnes. Reperitur vero eadem arx in edito colle ad latus nemoris frondosi atque opaci, vno milliari sita ab vrbe Helmstadio inter Marienborn monasterium, Belstorf, Wefensleben, Sommersdorf, atque oppidum Schönningen situm in ducatu Brunsvicensi. Amplam possedisse ditionem comites *Sommerschenburgicos* in Campen, Königslutter et Schenningen, nec non in Wefelingen atque aliis in eadem regione obuiis præfecturis, ex diplomatibus patet. Paulo post indicabimus, eosdem cum comitibus *Walboccensibus*, *Schaumburgicis*, *Supplingenburgicis* atque *Anhaltinis* ex vno eodemque germine descendisse. Sator horum comitum hucusque in obscuro latuit. Eundem autem ex his traditionibus nostris eruere possumus, consideraturi ea, quæ referuntur de dominis illis, qui abbatiae Corbeiensis bona quædam in eadem regione donarunt.

Primus, qui ante annum 826 quædam in pago Derlingi tradidit, est *comes Ricbertus* §. 15. quem sequitur §. 24. *marscalcus Tiadde*, quem excipit §. 29. *Odo comes*, cuius loco *Cumbro* in villa Sundstede in eodem pago Derlingo quædam donauit. Hunc sequitur §. 57. *Abbie*, quædam tradens. *Tiaddonem* ante annum 834 vitam cum morte commutasse, adfirmare haud licet. Quamuis enim ex §. 74 demonstrandum sit, eundem *Tiaddonem* in eodem pago Derlingo in villa Lianbeke bona quædam tradenda curasse. Hisce tamen traditis ille superstes fuisse non videtur, quia in nostris traditionibus nomen eius non amplius inuenitur, neque id inter coheredes ducis Ostfalorum *Hessi* §. 104. 111. et 121. apparet, nisi perhibere velis, quod et nobis probabile videtur, eundem latere §. 104. sub *Edone*, littera D. et T. vti videtur, vetustate detrita. *Tiadoni* enim, nomen idem esse ac *Tedo*, *Dedo*, *Dedico* et *Dodico*, quod contractum est ex *Theodorico*, harum rerum gnari facile nobis dabunt et concedent. Sine filiis eum esse mortuum, ex §. 24. patet. Confer diploma regis *Arnolli*, ante §. 163. adductum. Cur enim *Tiadde* §. 24. bona sua ea lege tradiderit, ut tota traditio bonorum in *Dallengebudli* et *Boclo* irrita foret, si filios habuisse, non video rationem. Ex diplomate vero *Arnolli* apparet, abbatiam Corbeiensem in villa *Dallangibudli* anno 888 bona ista possedisse. Quam ob rationem *Tiaddonem* nostrum sine prole decessisse oportet. *Odonem* vero comitem anno 834 superstitem fuisse, ex hereditate ducis Ostfalorum *Hessi* apparet, siquidem inter coheredes eius idem numeratur. Tamen *Odo comes*, *Tiadde marscalcus*, *Abbi*, *Cumbro* et *Ricbertus comes*, fratres fuisse videntur. Id enim conclusimus ex bonis, in vno eodemque tractu sitis, atque ex hereditate ducis *Hessi*, quam hi domini simul adiere, vti ex §. 104. apparet.

Omnibus hisce rite consideratis, horum patrem fuisse statuimus *Albionem*, Sator eaque qui se cum *Widekindo*, *Brunone* atque *Hessi* ducibus, *Carolo M.* in bello Saxonum *Albionico* fortiter opposuit, et, transgressis *Brunone* ac *Hessi* ad partes *Caroli Magni*, procul dubio dux Ostfalorum creatus fuit. Quamuis enim sciamus, *Alb. Kranztium* in *Saxonia* lib. II. cap. 23. perhibuisse, *Albionem* principem fuisse in *Nordalbingia* seu *Holfatia*, quod etiam *P. Lambecio* aliisque placuisse videtur; sunt tamen quædam argumenta, quæ nos impediunt, quo minus in eorum sententiam eamus. Scriptores enim coætanei de isto principatu *Albionis* in *Nordalbingia* nihil sciunt. Referunt modo *Annales Rerum Francorum* p. 153. anno 785. *latitasse Widekindum* et *Albionem* in *Transalbiana* Saxonum regione, *cladibus acceptis a Carolo superioribus annis*, *Carolumque eis primo per Saxones, ut omnia perfidia ad suam fidem venire non ambigerent, suadere coepisse; cum vero illi regis se fidei permittere dubitassent, tandem eos accepta a rege, quam optauissent, impunitatis sponsione, atque impetratis, quos sibi dari deprecati essent, obsidibus, quos eis Amaluninus vnus aulicorum a rege missus adduxisset, cum eodem ad regis presentiam in Attinaco villa venisse, atque ibi baptizatos esse.* Quibus verbis *Eginhardus* neque *Widekindo* neque *Albioni* principatum in *Nordalbingia* adscripsit. Atque



Ab anno  
854 usque  
877 re-  
gnante  
Hludo-  
uico et

hanc fuisse Eginhardi sententiam, probamus porro e verbis Poëtae Saxonis nostri, quæ integra adducere volumus e Tom. I. S. R. B. Leibn. p. 133. seq.

*Publicus in Padarbrunnon (anno 785) conuentus habetur.*

*Quo rex insignis solenni more peracto*

*In pagum quendam, vocitat quem barbara lingua*

*Bardango, celeri studuit se tramite ferre.*

*Tunc ubi compererat, Widekindum, iam memoratum,*

*ABBONEMQUE simul, QUI DE MAIORIBUS EIUS*

*GENTIS ERANT, memores scelerum latitare suorum*

*Finibus in patriis, quos sepeferat ad borealem*

*Albia lata plagam iuxta consinia terre.*

*Danorum, mittens propriis de ciuibus ipsi*

*Legator, hortatur eos, quo scelerem tandem*

*Colla sibi, fideique sua se credere vellent,*

*Commisi veniam, nec non et premia spondens.*

Quibus e verbis elicimus id enunciari, quo persuademur, *Albionis* patriam non fuisse trans, sed eis Albi. Si enim *Albio* in patria sua tunc temporis latitasset, nullo modo sibi persuaderi passus esset, ut Caroli fidei se permetteret. Transalbani enim Saxones tum temporis credebant, Albi fluium esse aptum ad arcendum Carolum a patria ipsorum. Probabilissimum ergo est, *Albionem* æque ac *Widekindum*, pulsos fugatosque a propriis laribus, in Nordalbingia commoratos esse.

Albionis  
filii

1) Abbo  
II.

Dignissimum autem notatu esse putamus, Poëtam Saxonem in verbis adductis appellasse *Albionem* utique *ABBONEM*, quod vel eius genuinum nomen fuit, vel concedendum est, *Abbonis* nomen idem denotare, quod *Albio*; *Albonis* nomen vero contractum esse ex *Adelberto* seu *Alberto*. Iam autem verisimillimum est, *Abbonem* istum uni filiorum suorum nomen suum dedisse. Cum ergo quendam *Abbonem* in pago *Derlingo* bona quædam possedisse deprehendamus, ut iam supra §. 104. not. (f) demonstrauimus, *Abbonem* istum pro filio *Albionis* principis habere libet. Eruditos nobis calculum suum adiecturos, speramus. Quemadmodum enim ex verbis *Annalistarum* Saxonis p. 155. apparet, *Albionem* anno 785 in finibus patriæ suæ, quam *Albis* fluius diuidebat a Nordalbingia, latitasse: ita *Albionis* patria esse debuit vel in pago *Bardengo*, vel in pagis *Norththuringi*, *Darlingo*, *Belkischem* et *Sueuon*. Pagus autem *Bardengo* *Albionis* patria esse non potuit, quia iam supra §. 104 demonstrauimus, progenitores familie *Billingane* in eum dominatos esse. Reliquum ergo erit, ut statuamus, *Albionem* fuisse principem in pagis *Sueuon*, *Belkischem* et *Norththuringi*, atque in ea pagi *Darlingi* parte, quæ veterem *Marchiam* attingit, in qua filia latissima *Dromling* conspicitur, quamque terram siluestrem germanice *das Holtz-Land* appellant.

2) Oddo  
comes.  
3) Cumbro.  
4) Riebertus.  
5) Tiaddo.

Porro autem in eadem regione non solum *Abbonem*, *Oddonem comitem*, *Cumbro- nem*, *Riebertum comitem*, sed etiam *Tiaddonem* marescalcum deprehendimus, quorum nomina crebro repetita in genealogia comitum de *Walbeck*, *Sommer- schenburg*, *Supplinburg* atque *Anhalt* inuenimus. Quamuis enim quis perhibere posset, hos dominos bona illa ex hereditate ducis *Ostfulorum Hessi* accepisse, quia §. 104. *Abbo*, *Oddo*, *Cumbro* et *Riebertus* inter coheredes ducis *Hessi* apparent, cui non contradicimus; nullo tamen modo statui posse censuimus, marescalcum *Tiaddonem* bona sibi tradita in villis *Dallangibudli* et *Boelo* possedisse ex hereditate ista, cum demonstrari nequeat, ducem *Adalricum* in terminis ducatus *Lunenburgici* ad *Aleram* fluium aliquid possedisse iuris, quia iam supra vidimus, eundem ducem bona sua hereditaria tenuisse in pago *Derlingi* circa *Affenburgum* et ad *Quacram*, atque in pagis contiguis *Salgo*, *Fallon*, *Ambergo*, *Gudingo*, et *Eleithi*, qui pagi magnam ducatus *Brunswicensis* atque episcopatus *Hildesheimensis* partem constituunt.

Oddonis  
com. filii

1) Frit-  
thericus.  
2) Abbo  
III.  
3) Odo.

Quinam ex his, quos non sine aliqua probabilitatis specie filios *Albionis* appellamus, familiam propagauerint, in obscuro positum est. Quantum vero e nominum similitudine, atque ex bonis traditis conclusimus, *Oddonis comitis* filii fuere *Fritthericus*, *Abbo* atque *Odo*. *Fritthericus* est ille, qui in hoc §. nostro 188. in præfectura *Königslutter* in villa *Lauingen* quædam donauit, quæ a villa *Sun- sted*



sed intra eandem præfecturam obuia, in qua *Odo comes*, §. 29. testante, quæ-guber-  
dam tradiderat, non procul abest, cumque *Abbo* atque *Odo* inter testes appare-  
ant, illi *Fritberici* fratres videntur fuisse, a patruis probabiliter appellati. Corbe-  
nante  
iam Adal-  
gatio.

*Abbo*, quem tertium appellamus, verisimillime ille est, qui §. 260. quædam  
tradidit sita ad villam *Sinestorpe* in pago *Derlingi*, quæ villa *Seinstorpe* sita est in-  
tra præfecturam *Campen*, vix vnum milliare distans ab oppido *Königslutter* in  
*Brunsvicensis* ducatus Principatu *Wolferbuttelano*.

Eius, quem memorauimus, *Fritberici* filios fuisse *Dodiconem* ac *Luitbarium II*,  
est probabilissimum. *Dodico* enim, a propatruo verisimiliter ita dictus, testante  
§. 395, quædam tradidit, intra pagum *Derlingi* in villa *Leri* sita, pro matre sua  
*Wendilgarde* ac fratre suo *Luitbario*. Villa *Leri* est *Lere*, in præfectura *Campen*  
ad fluvium posita, dictum *die Schunter*. Huius *Dodiconis* frater appellatur *Lui-  
tharius*. Id patet e *Chronico* nostro *Corbetensi MS<sup>to</sup>* et cœtaneo, *Dodiconem*  
hæc bona tradidisse post annum 929. Mortem enim illius *Luitbarii* Corbeiensis  
nostri in *Annales* quoque suos retulerunt hunc in modum: *Anno DCCCCXXVIII.*  
*indict. II. II. non. sept. feria VI. pugnam esse factam validam iuxta flumen dictum*  
*Albia contra Sclavos, atque in ea de paganis CXX. M. de nostris vero duos duces*  
*Luitbarios prostratos, quosdam vulneratos atque alios prostratos esse.* Huius pugne  
adhæc meminere *Widekindus* noster, ac *Ditmarus* episcopus *Merseburgensis*,  
ille *Annal.* Lib. I. p. 640, hic vero in *Chronico* T. I. *Leibn.* p. 326, vbi *Ditmarus*  
hos *Luitbarios* nominat *suos abavos, milites optimos et genere clarissimos, decus et*  
*solamen patriæ.* E quibus verbis collegimus, alterum *Luitbarium* fuisse ex pro-  
genie comitum de *Walbeck*, alterum vero ex familia comitum *Stadensium* pro-  
genitum. Hoc infra clarius elucebit, et est omnino bene notandum contra virum  
quendam doctissimum, qui cum *Alberto* *Stadensi* perhibet, *Ditmari* episcopi  
*Merseburgensis* abavum maternum fuisse *Henricum*. Inprimis autem dignum  
notatu censemus, hos *Luitbarios* a *Corbeiensibus* nostris appellari *duces*, quod  
contra illos probe observandum est, qui, ante *Hermannum* *Billingum* *Saxoniam*  
nostram vltos habuisse *duces*, negant. Fortassis alter erat *Saxonum* orientalium,  
atque alter *Saxonum* occidentalium dux, *Heinrico* *aucepe* in *Romanorum* regem  
electo. Illud autem ex *Chronico* nostro laudato fit certissimum, optimo iure  
nominasse *Ditmarum* abavum suum *Luitbarium* genere clarissimum. Si enim is  
erat pronepos *Albionis* principis, vti e superioribus patet, illustrissimum ille sa-  
torem habuit.

Arbitramur autem, hunc *Luitbarium* *ducem* in sua gente non fuisse primum,  
qui nomen illud gesserit, sed alium quendam senioreni huic stemmati præterea  
adscribendum esse, vti patet e *Tradit.* nostris §. 231. et 317. Vltimo enim loco  
idem *Luitbarius* pro filio suo *Volmaro*, postea abbate *Corbeienfi*, in villa *Rede-  
nestorpe* eaque pagi *Hardego* donavit vnam familiam cum XXXVI iugeribus.  
Hæc villa vicus est *Rodersdorf*, haud procul a vico *Wegeleben* in principatu  
*Halberstadenfi* situs, vnum milliare distans a monasterio nostro *Groninga*, ea-  
dem in regione sito. Verisimile autem nobis videtur, hunc *Luitbarium* esse  
eundem, qui §. 231 nominatur *Luithard*, atque propinquus *Beuonis* eiusque  
uxoris *Folelog* vocatur, quorum ille filius *Ecberti* ducis, hæc vero neptis *Wid-  
kindi* M. fuit. Vnde concludimus, *Luitbarii* uxorem fuisse stirpis *Brunoniane*  
et filiam *Luidolfi* ducis, *Endam*. Probabilissime autem eiusdem *Luitbarii* filius  
fuit ille *Rotgerus*, qui pro patre suo *Luitbario* et pro fratre suo *Ottone*, a patruo  
ita dicto, in pago *Hardego* ad villam *Coxstidi*, quæ vicus *Cochsted* est iuxta sal-  
rum *Hakel*, haud procul ab vrbe *Gröninge*, quædam *Corbeia* donavit, testan-  
te §. 358.

*Luitbarius* itaque secundus nomen accepit a patruo suo *Luitbario I*. Huius *Luitbarii*  
filios fuisse *Luitbarium III*, *Abelberonem*, *Theodoricum* ac *Esiconem* nemo negare II. liberi  
poterit. Horum posteros iam ordine recensimus.

*Luitbarium III* filium fuisse *Luitbarii II* ac satorem comitum *Walbeccen-* <sup>1) *Luitba-*</sup>  
sium, ex *Ditmaro* patet. Nominat enim ille p. 386. hunc *Luitbarium* avum <sup>rius III.</sup>  
suum paternum et monasterii *Wallibizi*, (hodie dicti *Walbeck*) constructorem, <sup>cuius filii</sup>  
eiusque uxorem nuncupat *Mechtildem*, quæ filia comitis *Brunonis* erat. <sup>erant.</sup>

Habuit autem *Luitbarius III* primum filium abbatem *Corbeiensem* *Tiadma-  
rum*, qui, testante *Chronico* nostro *MS<sup>pto</sup>*, regimen abbatiæ nostræ anno 983  
suscepit.



Ab anno  
854 vsq[ue]  
877 re-  
gnante  
Hudo-  
uico et

a) Tiad-  
marus  
abb.  
Corb.

b) Lui-  
tharius  
IV.

Luitbarii  
IV. filius  
Wirinba-  
rius.

fusepit, atque anno 1001 mortuus est. Eius fit mentio in his traditionibus §. 411, quo *Liudbarius* pro filio *Tiadmaro* XLIII iugera donat iuxta villam *Rothem* sita in pago *Derlingo*. Quae villa est vel vicus *Rauthen* haud procul ab vrbe *Brunswiga*, qui in litteris feudalibus antiquis et recentioribus scribitur *Rothem by Brunswic*, vel *Rade* in praefectura *Knefebeck*, vel *Rethem* in praefectura *Gifhorn*, vel *Rode* in praefectura *Fallersleben*. Dedit hae bona *Luidbarium*, cum filium suum *Tiadmarum* S. Vito patrono *Corbeiensium* offerret, negari non potest. Receprus est ille *Tiadmarus*, vti membranae nostrae ostendunt, in monasterium sub abbate *Corbeienti* *Luidolfo*, cuius antecessor erat *Gerbernus*, a. 966. *Gerberni* fit mentio in his traditionibus §. 400. Eo vero iam tempore *Luitbarius III* adhuc in viuis erat, quippe qui demum anno 982, non anno 964, vti *Dominus* ab *Eccard* in *Histor. Geneal.* p. 275 perhibet, neque anno 986 vti *D. Gebhardi* in *Marchion. Aquilonal.* p. 20. putauit, vitam cum morte commutauit, quemadmodum ex *Ditmaro* conclusimus. En argumenta nostra. Refert enim ille p. 395 seq. animam *Ludgerda*, quae *Wirinbario marchioni* erat nupta et consanguinea *Ditmari*, vti infra videbimus, *Wolmerstidi* (hodie *Wolmirstedt* in ducatu *Magdeburgico*) id. *Novembris* ad sponsi caelestis thalamum transisse, quod, vti ex *Ditmaro* patet, factum esse debuit anno 1008 non anno 1012, vti laudatus *Gebhardi* l. c. censet: Pagina enim 385 *Heinricus* rex natale domini celebrauit *Palithi*, proximum natale iterum celebrauit *Polithi* p. 388, et rursus p. 390. festiua iucunditate celebrauit natale domini *Palithi*, quibus anni 1006. 1007 et 1008. adscribendi sunt, vti ex *Annalista Saxone*, ex *Annal. Hildesb.* p. 722. ac e diplomatibus luculentissime patet. Mortua ergo est *Ludgerda* anno 1008. *Corpus eius ad Wallibizi* deferebatur, vti *Ditmarus* l. c. pergit, et iuxta monasterium in aquilonari parte, vbi *Luitberdus pater XXVI annos* requiescebat, deponeretur, et a viro suimet *Wirinbario ineffabiliter* deferebatur. *Luitberdus* iste, qui iam *XXVI annos* requiescebat, sine vilo dubio est *Luitbarius III*, fundator monasterii *Walbeccensis*. *Luitbarius enim IV* is esse non potuit, quippe qui *Colonie* fuit sepultus. *Luitbarius* quoque *II* intelligi nequit, quia ille ante foundationem monasterii *Walbeccensis* anno 929 mortuus erat. *Luitbarius III* ergo anno 982 ex hominum vita demigrauit. *Lotharius* ergo in *Necrologio Fuldensi*, ad quod *Eccardus* l. c. prouocat, alius esse debuit. Apparet autem ex dictis primo, *Luitbarium III* vixisse *LIII annos* mortuo patre, deinde coniugem eius nouem annos fuisse viduam, quam anno 991 migraffe ad *Christum*, ex *Ditmaro* p. 381 colligi potest, et denique, *Luitbarium III* non processisse viuendo vsque ad annum 983, quo filius eius *Tiadmarus* in regimen *Corbeiensis ecclesie* electus fuit, quem ex domo *Walbeccensis* fuisse ex *Chronico nostro Corbeienti* apparet. Quia enim in eo comites *Heinricus* et *Sigifridus* atque *Vdo*, quorum illi anno 994 capti et hic a piratis trucidatus dicuntur, *abbatis nostri fratris fratres* appellatur, nullum potest remanere dubium, quin *abbas noster Thiadmarus* fuerit germanus *SIGEFRIIDI* comitis de *Walbeck*, cuius vxor erat *Kunigunda*, e comitibus de *Stade* oriunda.

Secundus filius *Luitbarii III* erat *Luitbarius IV*. Illum enim patrum suum appellat *Ditmarus* episcopus *Merf.* p. 351, referens, eundem *Cunigunda*, matri *Ditmari*, multa intulisse damna, et, quamuis hereditas *Luitbarii III* aequaliter cum *Ditmari* episcopi fratribus *Luitbario IV* contigisset, omnibus tamen bonis eos priuare contendisse. Inprimis autem *Ditmarus* p. 365 annotauit, eundem *Luitbarium IV* cum auunculo suo *Ricberto* anno 1002. occulte ad *Bauenberg* (*Bamberg*) profectum esse, ibidemque *Heinrico*, duci *Bauariae*, consilium dedisse, vt militem quendam ad regni primates, qui tunc in *Werlu* conuenerant, mitteret, quod et *Heinricus* fecit. Missus ergo eius, omnibus in vnum collectis, legationem suam aperuit, auxiliantibusque *Heinrico domino suo* ad regnum plurima bona promisit, cui mox a maxima multitudine vox vna respondit: *Heinricum Christi adiutorio et iure hereditario regnaturum, se paratos ad omnia, quae sibi vnquam scirent esse voluntaria, quod etiam dextris manibus eleuatis confirmarunt*. Eodem tempore *Ekkihardus* marchio (*orientalis seu Misnensis*) animabatur ad regnum obinendum. *Noster vero Luitbarius* ei maxime obstitit. Huius dissidii causa erat denegata sponsa, quae filia erat dicti marchionis *Ekkihardi Luidgerda*, quam *Luitbarius* comes filio suo *Wirinbario* expetierat, sed non obtinuerat. Et quamquam *Wirinbarius* eandem *Luidgardam* vi rapuerat, reddere tamen eandem paullo post debuit, nec prius rediit ea ad *Wirinbarium*, quam post tristem occasum dicti mar-  
chio-



chionis Ekkihardi, vti refert Ditmarus p. 356, 358 et p. 396. Fuit autem gubernante Corbeiam Adalgario. idem *Luitbarius IV* marchio (septentrionalis), vti a Ditmaro p. 356, 358 aliisque locis appellatur. Erat illius marchionatus sedes in veteri Marchia (Brandenburgica). Et quemadmodum idem marchio, teste Ditmaro p. 350, ex claustra Thuringiae septentrionalis (Northuringiae pagi) prosapia editus, cum vir factus esset, etatem superare virtutibus nitebatur, ita quoque Ottoni II caesari perquam carus erat. Huius Ottonis auxilio ipse *Godilam*, in occidentali regione natam, cum licentia Wirdunensis praefulis Wigfridi, consobrini eius, sibi in coniugem desponsauit et acquisiuit. Haec ei peperit tertio et decimo aetatis suae anno primogenitum patris sui, nomine insignitum *Wirinbarii*. Ipse vero *Luitbarius marchio*, eodem Ditmaro p. 396 teste, anno 1002 in occidente infirmitatem nactus, et portione paulina inebriatus, ex improviso obiit octauo Kalend. Febr. sepultus Colonia; vidua vero eius *Godila*, filio suo *Wirinbario* beneficium patris et marcam, cum ducentorum, precio talentorum, acquisiuit, permanens vidua IV annos, et tunc consanguineo suimet Herimanno (fortasse praedicti marchionis Ekkihardi filio) nupsit, nil curans impositam ecclesiasticam ab Arnulpho praefule censuram. Huius *Wirinbarii* vxor erat, vti iam ex dictis patet, *Luidgerda*, filia Ekkihardi, quam ipse anno 1008 amisit, vti iam supra ostendimus. Atque ideo Annalista Saxoni non assentimur, qui mortem eius in annum 1012. retulit. Haec vero mortua, aliam nomine *Reinbildam* ex Bichlingi (Beichlingen) rapuit. Hanc vero ob rem vitam atque omnia perdidit, vti latius refert Ditmarus episcopus p. 401 seq.

Iam queritur, annon *Wirinbarius* filium vel filios reliquerit? Eruditi quidam id adfirmant. Perhibent enim, eius fuisse filios *Adolfum*, ac *Brunonem*, episcopum Mindensem. Quemadmodum vero nos iam supra §. 104. Brunonem progenitoribus comitum Northheimensium ac Dasselienium restituimus, ita *Adolfus* eius filius, ac sator comitum *Schaumburgicorum* esse potuit, quamquam testimonio scriptorum coetaneorum desint, de quo vide infra §. 360.

Hicse ergo non immorabimur, pergentes potius ad fratrem *Luitbarii IV*, c) *Sigefridum* comitem, patrem Ditmari episcopi Merseburgensis, quem Ditmarus p. 351 anno 991 Id. Martii debitum persoluisse naturae, refert. Eodem loco matrem suam appellat *Cunegundam*, quam anno circiter 995 tertia id. April. in ciuitate *Germersleua* (quam intra pagum Northuringi poni nouimus in diplomatibus, quaeque olim ad patrimonium comitum Sommersechenburgicorum spectauit, et hodie *Germersleben* dicitur) mortuam esse, ex Ditmaro p. 356 colligi potest. Eandem *Cunegundam* ex progenie comitum Stadenium genitam fuisse, negari nequit. Erat enim neptis Luitbarii ducis anno 929. occisi, filia Henrici, atque soror Henrici marchionis, Vdonis ac Sigefridi, quos Ditmarus p. 352 suos auunculos vocat, atque, eos anno 994 captos, Vdonem vero a piratis decollatum esse, refert. Id ipsum *Tiadmarus*, Corbeiensis abbas, de his fratrie suae fratribus in membranam Chronici nostri Corbeiensis referri iussit. Fuisse autem hos fratres, Henricum, Vdonem ac Sigefridum, e progenitoribus comitum Stadenium, non solum patet e verbis Annalistsae Saxonis, supra §. 104 adductis, sed etiam ex *Helmoldi Chronica Slauorum* Tom. II. Leibn. p. 551, qui refert, peruenisse istos piratas *Stadium*, quod fuerit opportuna statio nauium, per Albim descendentium. Quo rumore comperto, comites Sigefridum ceterosque nobiles, ad quos prouincia tutela pertinuerit, venisse obuiam barbaris, factaque pugna vehementissima, comites ambos ceterosque nobiles vinctos et catenatos ad naues perductos esse, Sigefridum comitem vero, auxilio cuiusdam piscatoris, noctu profugisse et captiuitatem euasisse, idem memoriae prodidit.

Hicse autem omissis *Tiadmarum* abbatem Corbeiensis habuisse oportuit sororem quandam nomine *Eilan*, vxorem Bertholdi marchionis Franconiae aduersus Bohemos, matremque Henrici marchionis atque auiam Ottonis marchionis et ducis Sueviae. Quibus vero recensendis iam non immoramur, cum iam eos illustris Dominus de Eccard e chartis et scriptoribus coetaneis in lucem produxerit in *praefatione ad Histor. Geneal.* p. 15. seqq.

Progredimur ergo ad liberos *Sigefridi comitis filii Luitbarii III*, qui sunt *Ditmarus episcopus Merseburgensis*, antea praepositus Walbeccensis, vti ipse attestatur in Chronico p. 387, vbi quoque retulit, se fratrem suum *Willigsum* ecclesiae Walbeccensi, quam ipse haecenus rexerit, praeposuisse. Tertius *Sigefridi* filius erat *Bruno*, a *Thiadmaro* abbate patruo suo in monasterium Corbeiensis receptus.

R r

Sigefridi liberi  
a) Ditmarus episc.  
Merseb.  
b) Willigsum  
c) Bruno.



Ab anno  
854 vsq[ue]  
877. re-  
gnante  
Hludo-  
uico et

d) Sige-  
fridus e-  
pisc. Mo-  
naster.

e) Fride-  
ricus.  
f) Hein-  
ricus.

g) Athel-  
bero  
com. Pa-  
lri. Lo-  
tharii II  
filius.

Athelbe-  
ronis C.P.  
liberi.

ceptus. Ideo prædicat eum Ditmarus episcopus fratrem suum p. 362 et *seruum altaris nouæ Corbeie*. Creatum eundem esse episcopum Verdensem, Corbeien- ses nostri annotarunt. Quartus comitis *Sigefridi* filius erat *Sigefridus*, tempore *Tiadmari* abbatis Corbeiensis omnino scholaris Corbeiensis, testantibus Annal. MSptis in archiuo Corbeiensis obuiis, et postea monachus atque Abbas monasterii S. Iohannis iuxta Magdeburgum, cui Ditmarus episcopus Chronicon suum dedicauit, quemque fratrem suum appellat p. 323, 352, 390, 392, 409. Hic anno 1020 erat episcopus Monasteriensis, testibus Annalibus excitatis.

Quintus *Sigefridi* comitis filius erat *Fridericus*, quem fratrem habuisse *Heinricum*, ex Ditmaro intelligitur. *Heinricum* enim appellat Ditmarus p. 327, 388 et 402. fratrem suum et comitem. De nullo alio *Heinrico* sermonem esse p. 429, nisi de nostro, adparet ex villa *Tundersleue*, in qua suum prædium comes *Heinricus*, prospere mercedis æternæ causa, ex consensu fratris sui *FridERICI* dicauit S. Laurentio (Schöningæ) cui monasterio præerat *Brigida*, Ditmari episcopi neptis, id testantis p. 325. Hanc easpropter *Heinrici* comitis filiam appellare libet. *Tundersleue* autem indubie est *Tundersleben* in ducatu Magdeburgico intra præfecturam *Aluensleben*. Vnde non sine veritatis specie colligimus, eundem *Heinricum* progenitorem fuisse *comitem ac dominum, dictorum de Aluensleben*, quorum in genealogicis nomina, *Heinrici* et *FridERICI*, sæpius alternant, quod longe probabilius erit, quam si cum recentioribus Historicis perhibemus, *Buffonem* quendam natione *Frisium* condidisse castrum *Aluensleben*, ac ab *Aluone* patre suo id *Aluensleben* appellasse. Quod in nugis recensendum esse, ex momentis supra deductis, patet. *Heinricum* vero patris sui *Sigefridi* comitatum de *Waldbike* obtinuisse, et *Fridericum* præfecturam *Magdeburgi* administrasse, retulit *Annalista Saxo* p. 367.

Sed iam tandem aliquando reuertendum est ad reliquam *Luitbarii II et ducis* posteritatem, ad quam referendos esse censemus *Athelberonem comitem palatinum Saxonie*, *Theodoricum* atque *Esiconem comitem*, factores comitum *Sommerschenburgicorum*, et *Supplinburgicorum*, nec non principum *Anhaltinorum*, *Marchionum Brandenburgicorum* atque *ducum Saxoniorum*, quorum vera origo hæctenus latuit in occulto et abstruso.

*Athelbero* fuit auus maternus *S. Bernwardi* episcopi Hildesheimensis et comes palatinus Saxonie, vti iam supra §. 104 not. (W) e *Vita S. Bernwardi* T. I. S. R. B. *Leibnit* p. 441. demonstrauimus, dictitantes, errare illos, qui *S. Bernwardum* comitem *Sommerschenburgicum* fuisse putarunt, l. e. affirmantes, *S. Bernwardum* potius ad familiam *Olesburgicam*, e stirpe *Billingana* oriundam, esse referendum. Spectasse autem hunc *Athelberonem* ad familiam *Sommerschenburgicam* et nomen et bona possessa egregie confirmant. Nomen enim *Athelberonis* idem esse ac *Alberti* seu *Adelberti*, nemo negare poterit. Cum vero diminutiuum nomen *Adelberti* sit *Albio* seu *Abbo*; nostro comiti palatino a propatruo suo id nomen *Athelberonis* inditum esse videtur. Adscripsimus ergo eum merito familie illustrissime *Albionis*, inprimis cum e *vita S. Bernwardi* p. 442. pateat, *Athelberonem* nostrum filium habuisse *Folcmarum*, appellatum episcopum *Traiectensem*. Fuit eius nominis filius *Luitbario primo*, iam supra vidimus. Ex bonis *Athelberonis* præterea patet, nulli alii familie adscribendum esse illum, nisi stirpi, a nobis hucusque descriptæ. Bona enim, quæ *S. Bernwardus* anno 1022 monasterio S. Michaelis in Hildesheim tribuit in pagis *Deringo*, *Belschem* et *Northuringon* sita, sine vlllo dubio ex hereditate matris suæ nactus fuit, indicant, auum eius maternum spectasse ad gentem *Sommerschenburgicam*. Iisdem enim in regionibus domini, a nobis hæctenus recensiti, bona sua possedere. Vitam cum morte commutasse *Athelberonem* nostrum anno 977. conclusimus e *Vita S. Bernwardi* p. 443. seq. vbi refertur, *Athelberone* mortuo *S. Bernwardum* se contulisse ad palatium, in ministerium videlicet *Otonis III* imperatoris, qui eo tempore adhuc erat septennis puer. Cum itaque iam supra §. 104. indicauerimus, *Otonem III* natum esse anno 970, comes palatinus *Athelbero* anno 977. citra controuersiam mortuus fuit. *Berno* ergo comes, testante *Necrologio Fuldensi*, anno 982. e vita discessit. Hic ille comes palatinus Saxonie *Berno*, qui anno 973. floruit, esse non potuit; nisi statuendum est, vno tempore duos fuisse palatinos comites in nostra Saxonie, quod aliis perferendum relinquimus. *Athelberonem* vero vtriusque sexus prole felicissime abundasse, Tangma-



Tangmarus in *Vita S. Bernwardi* p. 442. memoria prodidit. Palatinatum autem eius accepisse Theodoricum patrem episcopi Bernwardi, iam supra §. 104. not. (w) ostendimus. Theodoricus ergo iste nostri *Athelberonis*, aui materni Bernwardi, filius esse non potuit. Cum vero ille iam anno 995 decesserit, vti supra §. 104. not. (w) ex Annalista Saxone significauimus, apud Ditmarum autem p. 352. rursus quidam *Fridericus comes palatinus* occurrat et appelletur, *Fridericum* istum pro filio *Athelberonis* habere volumus, quo defuncto palatinatus ad familiam Olesburgicam peruenit, vti iam supra l. c. didicimus.

Adiungimus autem *Folcmaro episcopo* ac *Friderico palatino Reginholdum* atque *Adelberin*, eosque filios *Athelberonis* palatini fuisse, credimus. Tradiderunt enim hi ambo fratres, testante §. 470, bona quaedam, sita in pago Derlingi in villa desolata Sipestorpe, olim haud procul ab vrbe Helmstadio obuia, et vix vnum milliare distante a castro Sommerchenburgico, a quo palatini comites Saxonie e domo Sommerchenburgica nomen accepere. Quam ob causam, hunc *Adelberinum* seu *Adelbertum* filium *Athelberonis* palatini, ac patrem *Friderici comitis palatini Saxonie* fuisse, statuimus. Floruisse hunc *Adelbertum* circa annum 1030, ex traditionibus nostris patet. Et cum ab omnibus *Adelbertus* quidam pater *Friderici comitis palatini de Sommerchenburg* statuatur, eundem nostrum *Adelberinum* fuisse, probabilissimum erit. Nomen enim illi a patre fuisse inditum videtur. Bona eius haud procul a castro Sommerchenburg fuerunt sita. Vnde huic opinioni accedit momentum. Paulus Langius in *Chronico Citicensi* T. I. S. R. Germ. Pistorii nominat illum *Adelbertum* cognomine Seveke seu *cribrum paruum*, quod nomen eum accepisse perhibent a castro Sevekenborg, quod ipse construxerit in montibus Harzicis. Refert idem, eius fuisse coniugem *Udam* seu *Odam*, comitis Friderici e domo Gozezensi filiam. Hoc ipsum approbatur ex Appendice Chronici Montis sereni, vbi p. 202. seq. legitur: *Genuit (Dedo) ex ea (Oda) Dedonem iuniorum, qui in pueritia per posteriora confossus interiit, et duas filias, quarum vna Adelheidis nupsit Ernesto marchioni de Bauaria, genuitque ei Luppoldum marchionem; altera Agnes nupsit Friderico comiti, peperitque ei tres filios, Adelbertum archiepiscopum (Hamburgensem) Dedonem et Fridericum palatinos comites et filiam ODAM, quam ADELBERTVS quidam NOBILIS, COGNOMINATVS SEVERE DE SYMMERSCHENBURG, accepit uxorem, et genuit ex ea FRIDERICVM comitem palatinum sentorem.* Friderico isti palatino, Dedonis atque Adelberti fratri, fuit filius Fridericus, cui nomen fuit Comitis palatini de Putelendorf. Hic est occisus anno 1085. Ante hunc ergo annum *Fridericus de Sumerseburg* palatinatum Saxonie obtinere non potuit. Paulus Langius ergo in Chronico laudato confudit Fridericum, e domo Gozezensi natum, cum Friderico, e domo Sommerchenburgica exorto, quam primum ita scripsit: *interea (anno 1078) dux Otto et Fridericus palatinus de Sumerseburg diuersis in partibus acriter pugnantem, non antea cessauerunt, quam Henricum cum omnibus suis ad fugam coegerunt.* Ne ergo confusio oriatur inter palatinos comites, Fridericos appellatos e domo Gozezensi, et inter comites palatinos Fridericos, e stirpe Sommerchenburgica progenitos, tabulam sequentem adiungemus:

TAB. I.  
Dedo comes in Wymar.  
vxor eius Oda.

Dedo, in pueritia confossus.	Adelheidis, vxor Ernesti marchionis Bauariae.	Agnes, vxor Friderici comitis e domo Gozezensi † 1020.
	Luppoldus marchio.	Adelbertus archiep. Hamburgensis 1045-1072.
	Dedo com. Palatin. † 1050.	Fridericus comes palatinus Saxon. † 1088. v. Tab. 2.

Fridericus comes palatinus cognominatus de Putelendorf. vxor eius Adelheidis, filia marchionis Udonis Stadenfis, quae, eo anno 1078. occiso, nupsit Ludouico comiti Thuringie, et Friderico peperit Fridericum, Ludouico vero Ludouicum, Henricum, Hermannum atque alios.

Fridericus posthumus, educatus a Ludouico de Wipera, capitur 1112. redimitur 1114. iam est mortuus an. 1129. vx. eius Agnesa.

Henricus Fridericus canonicus Magdeburgensis. reliquit uenens. gnat; redit ad sacerdotium, relicta vxore.

Rr 2

TAB. II.



Ab anno  
854 vique  
877 re-  
gnante  
Hludo-  
uico et

## T A B. II.

Oda vxor Adelberti e domo  
Sommerfchenburgica.

Fridericus, comes Palatinus Saxonie, de  
Sommerfchenburg. senior. † 1120. vxor  
eius Mechtildis.

Adelheid vxor Gozwini com. de Heinsberg.	Juditha, vxor Ludouici com. de Aldenhu- sen.	Agnes vxor Conradi mar- chionis de Brandenb.	Fridericus iunior comes Palat. de Sommer- fchenburg † 1162. vxor Ludhardis, filia Ru- dolfi march. Brandenburg. Stadenfis.
Philippus archi- episcopus Colo- nienfis 1077. 1190.	Godefridus comes de Heinsberg.	Adelbertus comes Palatin. 1147. 1164. † 1178. vxor eius Liutgard Henne- bergica † 1220.	Adelheid abbatissa Quedlin- burgensis, quæ bona Som- merfchenburgica, mortuo fratre, vendidit Wichmanno archiepiscopo Magdeburgen- fi, contradicente Heinrico Leone.

De Friderico IV, e domo Gozecefi nato, loquitur auctor Historiæ de Land-  
grauis Thuringiæ in Eccardi *Histor. Geneal.* p. 366, appellans cum fratrem vte-  
rinum Hermannii filii Ludouici saltatoris et nepotis Ludouici barbati his verbis:  
*Anno MCXII, Hermannus Ludouici comitis filius et Fridericus palatinus, frater  
illius vterinus, in castello Tucher obsidentur, et VIII. idus Junii deditioi se cui-  
dam officiali regis Hogero tradentes, captiuu abducli, sub potestate regis in vincula  
degraduntur. Sed Fridericus post annos duos resoluatur. Hermannus duobus et  
plus in carcere transactis, in castello Hamersfeyn in vinculis moritur tertio idus iunij.*  
Quæ hic auctor refert de redemptione Friderici, anno 1114 facta, ea confirman-  
tur litteris Reinhardi episcopi Halberstadenfis in C. Franc. Paulini *Historia vir-  
ginum collegii Visbeccensis* p. 51. seqq. vbi tamen minus accurate illæ exponuntur  
de Friderico iuniore, comite palatino Sommerfchenburgico, qui quidem in aliis  
litteris anno 1129 inter testes reperitur; sermo autem est de Friderico posthu-  
mo, ad domum Gozeceensem referendo in eisdem tabulis, quas huc maioris per-  
spicuitatis gratia e MScto integras transferimus. En illas :

**C** In nomine sc̄e et indiuidue trinitatis. Lotharius diuina fauente cle-  
mentia tertius Romanorum rex. notum facimus omnibus, quod *Fridericus palatinus comes de Saxonia* cum consensu *Agnetis uxoris sue* et  
*Friderici filii sui* vendidit Geuehardo de lochtene hereditatem suam  
videlicet totam curtem *abbenrod* dictam, in pago *hartingo* sitam, in du-  
catu *Heinrici ducis*. cum omnibus attinentiis agris siluis pratibus piscibus  
aquis aquarumq; decursibus viuis & inuis exitibus & redditibus adhuc  
questitis & futuris temporibus inquirendis cum omni utilitate ex-  
inde quouis modo percipienda. hac interposita ratione. ut predictus  
Geuehardus in posterum liberam & plenam de bonis istis statuendi uen-  
dendi commutandi donandi uel successoribus suis relinquendi  
& quidquid ipsis placuerit de iis faciendi habeant facultatem.  
postquam igitur preterlapso tempore predictus *Fridericus palatinus* de-  
functus est. *Agnes uxor sua* & *Fridericus filius suus* in nra presentia  
hanc emtionem & concessionem predicto Geuehardo recognouerunt &  
eam cum consensu *Hludouici de Wipera*, sub cuius mundiburdio erant  
constituti. confirmarunt. nos uero exigente illud iusticia nra, beneuo-  
lencia propter fidele seruitium eius & multorum intercessionem fide-  
lium nrorum illud auctoritate regia nra stabiluimus & confirmauimus.  
Ut igitur nemo in posterum & sempiternis temporibus factum illud im-  
mutare audeat siue presumat conuellere. hanc litteram conscribi & si-  
gillo nro confirmari iussimus. Huius rei testes sunt archiepiscopi *mogunti-  
nus Adalbertus*. *Adalbertus Bremensis*. *Northbertus magdeburgensis*.  
*Conradus Salzeburgensis*. *episcopi Bertoldus Hildeneshemensis*. *Sigwardus  
mindensis*. *Ecbertus monasteriensis*. *Bernardus Patherbrunnensis*. *Udo  
citizensis*. *Meingotus merseburgensis*. de laicis FRIDERICVS  
PALA-



PALATINVS COMES DE SVMERESCHENBORG. *Hermannus land-* guber-  
*grauus. Conradus marchio. Albertus marchio. comites. Sifridus de Hom-* nante  
*borg. Udo. bludouicus. Conradus de Plotzke. Burcardus de luchow.* Corbe-  
*Burcardus de werdera. Adelbertus de wernigerode. Liudolfus de valk-* iam Adal-  
*kensteine. Henricus de welipa. Widekindus de sualenberg. Burcardus* gario.  
*de Counradesberge. Wernerus de velthem. Marquardus de orden. Con-*  
*radus de Ekstede. Gero de stekelenberge. Ekhardus de wegeleue. Wer-*  
*nerus de queensede. Hermannus & Otto milonif. de ministerialibus &*  
*seruis Liudolfus de dalem. willeruf. odalricus. luderuf. volwarduf.*  
*Theodorici ambo de dingelstede. Arnoldus de anderbike. Thidericus de*  
*hessenem. Gerhardus & alii plures qui hoc audiuerunt & uiderunt.*

Signum domni Lotharii tertii Romanorum regis inuicissimi. Dhiet-  
 marus regis notarius uice Adelberti archicancellarii recognoui. Data  
 id. iunii anno incarnationis dñice M. C. XXVIII. indict. VII. anno  
 uero regni Lotharii tertii Romanorum regis III. actum Goslarie in dei  
 nomine amen.

Plura de his comitibus palatinis Sommerschenburgicis addere nolumus, cum  
 illa iam inueniantur in Henr. Meibomii *Chronico Marienthalensi* Tom. III. S. R.  
 G. f. 247. seqq. ex quo ea repetit Frider. Lucæ in *Fürstensabl* p. 458. seqq. id  
 unicum tantum adiacentes, Fridericum comitem palatinum fuisse anno 1120  
 aduocatum monasterii Scheningensis, testantibus litteris episcopi Reinhardi, quas  
 exhibuimus infra in *Addendis* num. 8. atque e diplomate archiepiscopi Magde-  
 burgenfis Wichmanni ad annum 1191, quod Poly. Leyserus in *Observatiis di-*  
*plomatico-historicis de Lantinc, iure Germanorum* §. 2. produxit, patescere, *Adel-*  
*bertum*, comitem palatinum, fuisse filium *Friderici* Palatini, ubi etiam *Friderici*  
 iunioris vxor appellatur *Liuthardis*.

Pergimus ergo ad comitis palatini *Athelberonis* iam supra nominatos fratres <sup>3) Theo-</sup>  
*Theodoricum* atque *Elconem*. *Theodoricus* est probabilissime is, qui anno 966 in <sup>doricus</sup>  
 pagis Derlingo et Northuringo bona quædam ecclesie Magdeburgensi donauit, <sup>filius Lo-</sup>  
 quæque Mamaconi comiti iterum in feudum concedebantur, approbante cæsare <sup>tharii II.</sup>  
 Ottonē, testibus litteris sequentibus, quas e MScto adiungimus.

**C**In nomine sanctæ et indiuiduæ trinitatis. Otto diuina fauente cle-  
 mentia imperator augustus. Nouerit omnium fidelium nr̄orum tam  
 præsentium quam et futurorum industria qualiter nos ob interuentum  
 dilectæ coniugis nr̄æ adelheidis filiiq; nr̄i romanorum regis scilicet or-  
 tonis nec non *theodorici comitis nr̄i* fidelis cuidam nr̄o fideli mamaconi  
 tradidimus quiddam predii uel hereditatis monasterio fratribusq; in  
 magdeburg deo sc̄oq; mauritio die noctuq; famulantibus pertinere ui-  
 debatur. prædicto mamaconi donauimus in pagis *derlingen* et *northu-*  
*ringen* in comitatu ipsius mamaconis quem ipsi in beneficium concessi-  
 mus in locis subscriptis uidelicet in *uelthem* in *hessenheim* in *arnoldest-*  
*heim* in *bernberdestorpe* in *cugelinge* in *echeim* in *sehusen* in *drogenleue*  
 in *habaldestleue* in *ualdorp* quod *theodoricus comes* pro remedio animæ  
 suæ monasterio prædicto tradere uidebatur. excepto semisse. cum  
 omnibus appendiciis et utilitatibus tam in mancipiis quam in aedificiis  
 curtilibus terris cultis et incultis uiuis et inuiuis exitibus et redditibus præ-  
 tatis piscuis siluis aquis aquarumue decursibus molendinis piscationibus  
 mobilibus et immobilibus questis et inquirendis et cum omni integritate  
 seu quiddam cuiuscunq; utilitatis inueniri possit prædicto nr̄o fi-  
 deli mamaconi tradidimus donauimus et confirmauimus ut liberam ha-  
 beat potestatem tenendi donandi uendendi commutandi uel quiddam  
 sibi libuerit exinde faciendi. Et ut præsens hoc præceptum nr̄i tem-  
 poribus firmiter habeatur futurisq; uerius credatur et inconuulsum per-  
 maneat cartam hanc conscribi et anuli nr̄i impressione signari iussimus  
 quam et manu propria firmauimus.

Rr 3

Signum



Ab anno  
854 vsque  
877 re-  
gnante  
Hudo-  
uico et

Signum domni ottonis magni et inuictissimi imperatoris augusti.  
Liudulfus cancellarius ad uicem uuilhelmi archicancellarii recognoui  
et *fff.*

data VIII. kl. maii anno dominicae incarnat. DCCCC. LXVI. in-  
dict. VIII. anno regni domni ottonis XXXI. imperii autem V. actum  
quidelingeburg in dō feliciter amen.

Villae, quas tenuit *Theodoricus* comes, in hoc diplomate erunt 1) *Veltheim*,  
*Veltheim vor dem Valsein* sub praefectura Horenburg in principatu Halbersta-  
densi, 2) *Hessenheim*, Hessen sub praefectura Hessen in ducatu Brunsvicensi,  
3) *Arnaldesheim* Arlesheim villa desolata, olim apud Hefnem seu Hessen obuia,  
vbi liber feudalis MSctus Alberti episcopi Halberstadenfis ad annum 1311 resta-  
tur, 4) *Bernberdesorpe*, Bernstorf iter dimidiae horae a palatio regio Werla in  
eiusdem ducatus praefectura Ierxheimensi, 5) *Cugelinge*, Kubbelingen, distans  
vix mille passuum ab oppido Scheppensted, 6) *Echeim*, forte Hachen, vicus  
vnum milliare ab vrbe Wolfenbittel, atque vnum milliare ab oppido praedi-  
cto, 7) *Schusen*, si ad pagum Northuringen referenda, est Schusen in ducatu  
Magdeburgico, 8) *Drogenleue*, si ad pagum Northuringen spectauit, est Dreyle-  
ben in Magdeburgico ducatu. Quia autem in libro feudali Alberti, iam supra  
laudato, reperiuntur maior et minor villa Drenleue, atque haud procul ab op-  
pido Osterwick et Deersheim in episcopatu Halberstadenfis inuenitur *der Droven-  
tborn*, coniectura auguramur, olim in eadem regione villas Drenleue existisse.  
Ita vero *Drogenleue* villa ad pagum Derlingi esset referenda. Eodem referuntur.  
9) *Habaldesleue*, Hallensleuen in ducatu Magdeburgico ad fluium Othram, et  
10) *Valdorp*, villa desolata, ad idem flumen olim conspicua.

Hunc situm locorum si nobis ante oculos ponimus, neminem posse negare  
censemus, *Theodoricum*, qui in eisdem locis bona tradidit, ad familiam haec-  
tenus descriptam esse referendum, eundemque fuisse, quem in traditionibus no-  
stris deprehendimus. Ex his enim patet, *Thiadricum* fuisse fratrem *Athelbero-  
ni*, *Esici* et *Luitbarii*. *Thiadricus* enim in eis frater appellatur *Athelberoni*,  
*Athelbero* frater *Asici* atque *Asic* frater *Luitbarii*. Primo enim donant *Thiadricus*  
atque *Ailbernus* fratres in villa Nianthorpe intra pagum Hardego mansum  
unum, XXIV iugera, et duos iurnales, restante §. 385. Tradunt deinde §. 396  
*Asic* atque *Ailbern* fratres in villa Astieieshus in pago Northuringen bona quaedam  
monasterio nostro, et denique tradit comes *Asic* pro anima fratris sui *Lui-  
tharii* unum mansum et II familias in villa Eccanhus in pago Derlingo; *Thia-  
dricus* vero comes largitus est bona quaedam, in eodem pago Derlingo sita in  
villa Lauingi, restante §. 425. Ex his discimus, *Ailbernum* seu *Adelbertum*,  
*Thiadricum*, *Luitbarium*, atque *Asiconem* fratres, possedisse bona in pagis Har-  
dego, Northuringi ac Derlingo. Nemini autem dubium id afferat, quod *Ail-  
bernus*, quem pro comite palatino *Athelberone* habemus, in traditionibus no-  
stris non appelletur palatinus comes. Eodem enim tempore, quo bona sua  
tradidit, comes palatinus nondum esse potuit, sed *Berno* seu *Sifridus* palatinatus  
praerat. Cum autem *Thiadricus* comes in eadem villa, in qua olim *Frithericus*  
quaedam tradiderat, bona largitus sit, euidentissimum fieri censemus, *Thia-  
dricum* fuisse nepotem *Fritherici*, ac pronepotem comitis *Oddonis*. Filii enim et  
nepotes sunt ex more heredes paternorum atque aitorum bonorum.

Putamus autem, *Asiconem* ac *Thiadricum* comites eodem tempore bona sua  
tradidisse, quo se in monasterio Corbeiensi duci *Heinrico*, qui regnum sibi sub  
specie tutelae *Ottonis III* anno 984 vindicare et arripere volebat, conciliare ten-  
tabant, de qua subiectione iam supra §. 104. e chronico nostro MSpto egimus,  
quam etiam *Ditmarus* p. 347 seq. his recenset verbis: *Prasatus dux* (Bauario-  
rum *Heinricus*) *cum Poppone venerabili episcopo — et cum Ekberto comite uni-  
oculo Agrippinam veniens, regem patronus legalis de Warino, ut praedixi archiprae-  
sule* (Colonienfi) *suscepit, eiusdemque auxilium cum omnibus, quos ad sui gratiam  
conuertere poterat, firmiter est adeptus. Dispositis autem, ut sibi placuit, curis,  
dux ad CORBEIAM cum eis venit, ibique THIEDRICVM et ESICONEM*

COMI-



COMITES ac CONFRADES nudis pedibus veniam postulantibus dedignatur suscipere. Quod hi egre ferentes abierunt, cognatos suimet amicos a ducis ministerio toto mentis nisu amovere studentes. Refert post hæc Ditmarus, Heinricum ducem Magdeburgi palmarum festum, ac Quidilingiburgi proximum pascha festiuis gaudiis peregrisse, atque ibidem illum a suis regem appellatum esse; illos autem, qui iam palam contra ducem conspirabant, atque ad civitatem Hesseburg seu Assenburg conveniebant, his verbis recenset: *Ex oriente hi comites cum Bernharde duce et Thiedrico marchione, Ekkihard, Bio, Esico, Bernwardus comes et clericus, Sifritus eiusque filius Fridericus et Ciazio confratres: comprouincialium Thiedricus et Sibert confratres, Hoico, Ekkihard et Bezico germani, Brunig et sui, militesque S. Martini iussu archiepiscopi Willigisi, quibus adhibebat occidentalium maxima multitudo.* Quinam ex his illi cognati fuerint, quos Thiedricus a ducis Heinrici ministerio alienavit, diuinatu facile erit. *Bernhardus* scilicet dux est filius Hermanni Billingi, *Thiedricus marchio* est Theodoricus marchio septentrionalis, *Ekkihardus* marchio est filius Guntheri marchionis orientalis, qui Suanchildim sororem ducis Bernhardi in matrimonio habuit, *Bio* est comes Merseburgensis, cuius comitatus, teste auctore Appendicis ad Chronicon Montis Sereni p. 201 inter Wiperam et Salam et Saltam et Willebeke fluuios erat situs, *Bernwardus* est comes et clericus S. Bernwardus postea episcopus Hildesheimensis, *Sifritus* erit vel ipsius Dithmari pater, vel frater *Brunonis* comitis Arneburgensis. Si credatur designari pater Dithmari episcopi, *Fridericus* et *Ciazio* fuerunt fratres eiusdem. *Thiedricus* videtur pater S. Bernwardi fuisse et palatinus comes, cui Sibert frater fuit, de quibus supra egimus §. 104. not. (w). *Bezico* probabiliter est *Bozo*, vel eius cognominis filius, qui in traditionibus nostris §. 396 *Athelberonis* comitis palatini proximus nominatur.

gubernante Corbeiam Adalgario.

Nulli autem id dubitationem afferat, quod Ditmarus in verbis allatis *Thiedricum* atque *Esiconem* tantum nominat *confratres*, non germanos. In nostro enim Chronico MSpto appellantur illi fratres, ipseque Ditmarus p. 336 eandem vocem usurpans *Otonem* imperatorem et *Brunonem* archiepiscopum Coloniensem *confratres* appellat, qui tamen germani erant. Ex quo momento non inepte colligas, hoc loco Ditmarum per *confratres* intellexisse germanos fratres.

An *Thiadricus* comes, frater *Esiconis*, *Luitbarii* atque *Athelberonis*, filios procreauerit, nemo quidem veterum literis prodidit, probabilissime autem ille Thidericus proauus fuit *Lotharii* imperatoris, cuius pater *Saxo* et *comes de Supelingeborch* appellatur. Quamuis enim sciamus, recentiores historicos asseruisse, *Lotharium* caesarem e domo Querfurtensi originem traxisse, cogitauimus tamen, hanc eorum sententiam, utpote nullo testimonio coetanei scriptoris adprobata, in dubium vocandam esse. Non enim vidimus, quomodo comites Querfurtenses ad possessionem bonorum, circa castrum Supplinburg et oppidum Königslutter litorum, peruenierint, cum hactenus demonstrauerimus, alios dominos eadem in regione bona sua hereditaria possedisse. Patrem *Lotharii* caesaris *Geuehardum* appellatum esse *comitem de Supelingeborch*, discimus e Chronico vet. ducum Brunsvicensium et Lunenburg. Tom. II. Leibn. p. 16. Nonne ex ea denominatione colligendum est, castrum Supelingeborch ad bona auita istius *Geuehardi* referendum esse? Ille *Geuehardus* comes a Brunone in *Historia belli Saxonici* Tom. I. S. R. G. Freheri p. 191 vnus ex summis principibus Saxonum nuncupatur, qui anno 1075 id. iunii in praelio circa Nechilltedi cecidit. Appellandusne fuisset dominus Querfurtensis vnus e principibus summis?

Sed quis pater erit comitis *Geuehardi*, quaeris, quem diximus patrem caesaris *Lotharii*? Respondemus, matrem *Geuehardi* indicatam esse per Chronographum Saxonem, qui ad an. 1009. p. 221. scripsit: *Ida genuit Geuehardum comitem patrem Lotharii imperatoris.* Quis vero pater *Geuehardi* fuerit, in disceptationem venire solet. Dominum illum fuisse eum, qui in tractu arcis Supplinburgicae bona hereditaria possedit, quilibet facillime perspicere poterit. Cum autem *Ida* fuerit filia *Geuehardi*, nati e domo Querfurtensi, *Ida* comitatum Supplinburgicum marito suo dotis loco asserre non potuit: patrem enim *Idae Geuehardum* possedisse comitatum Supplinburgicum, demonstrare nemo audebit. Neque

Theodoricus filius Luidgerus comes eius caesaris Lotharii Saxonis.

caesar



Ab anno  
854 usque  
877 re-  
gnante  
Hudo-  
uico et

cæsar *Lotharius* eundem comitatum per *Rikenzam* obtinere potuit. Quamvis enim *Rikenza* heres fuerit Brunonianæ domus, nullo tamen modo comprobabis, domum Brunonianam tenuisse Supplinburgicum comitatum. Confidimus etiam, demonstrari non posse, Ottonem Sueviæ ducem comitatum Supplinburgicum habuisse. Quamvis itaque Albericus in Chronico P. II. p. 68. scripserit: *Lotharium ducem Saxonia et imperatorem descendisse de linea Ottonis Sueviæ ducti filii Mathildis sororis cæsaris Ottonis III.*, falso tamen hæc dixisse Albericus videtur. Pater enim e supra deductis argumentis, neque Mathildis maritum, comitem palatinum Ehrenfridum, neque ipsam Mathildem comitatum possedisse Supplinburgicum. Scriptor præterea cœtaneus Albericus non est, nec omni exceptione maior. In multis errasse eum, facile concedent dabuntque eruditi. In ipso Alberici testimonio, ad quod prouocant docti, duos errores non leues deprehendimus. Falsum enim est, Herimannum anno 1037. Coloniae esse ordinatum episcopum, atque octodecim ibi annos sedisse. Genuinis diplomatis testibus, iam ille erat anno 1036 archiepiscopus. Mortuum esse eum anno 1056, docetur Tom. I. S. R. B. Leibn. p. 322. Comes *Thiadricus* bona hereditaria anno 984 tenuit in villa Lauingi, atque post a. 1012 *Luidgerus* comes hereditaria bona possedit in villa Siculithi. Ad *Ebrenfridum* ergo ac *Mathildem* eodem tempore Supplinburgica bona spectare non potuerunt. Cum ergo Albericus non perhibeat, *Ottonem* Sueviæ ducem fuisse patrem *Geuehardi*, in dubium quoque vocandum est, *Geuebardum* fuisse filium *Otonis*.

Sit itaque pater *Geuehardi*, atque *Ida* maritus, comes *Luidgerus*. Quamquam enim ille nusquam appelletur auus cæsaris *Lotharii*, procul dubio tamen ille cæsar fuit nepos comitis *Luidgeri*. Primum enim nomen *Luidgeri* id nobis persuadet. Pater *Thiadrici* comitis dux *Luitharius* erat, ut supra demonstraui-  
mus. Nonne ergo, comiti *Luidgero* nomen inditum esse, credemus, ab auo suo petitum? Accedit deinde, *Luidgerum* bona hereditaria possedisse in comitatu Supplinburgico. Tradit enim ille circa a. 1012. §. 441. Tr. Corb. pro filio suo *Egiloldo*, cum illum ad reliquias S. S. martyrum Stephani atque Viti offerret, homines quosdam proprios in villa Siculithi intra pagum *Derlingo*. Eadem villa olim exstitit in loco, qui adhuc nominatur *der Schickelsche Hof*, qui vix duo millia passuum a castro Supplinburg iacet. Quis negare poterit, eandem villam ad comitatum Supplinburgicum spectasse, atque alium dominum, quam Supplinburgicum comitem, in eadem villa homines proprios possidere non potuisse? Porro *Luidgerus* erat anno 1022 comes in pago *Derlingo*, atque ad eius comitatum spectarunt, teste diplomate S. Bernwardi, 1) *Sceningen*, *Schöningen* oppidum in ducatu Brunsvicensi, vnum milliare situm a castro Supplinburgico, 2) *Kissunleue*, *Kissleben*, villa desolata haud procul ab oppido *Schöningen* et vico *Warberg*, vbi adhuc in saltu *Elmo* superest *das Kisslewerholtz*, 3) *Zezingeroth*, 4) *Wurungen*, *Uhri* in praefectura *Fallersleben* 5) silua *Alaburi*, id est, *das Alperholtz* in eadem regione, 6) *Selzstide*, *Slifsted* vix vnum milliare a castro Supplinburg. Tum eodem tempore comitatus iam incipiebant acquirere formam hereditariam. Multis comitibus a cæsare comitatus dabantur in eodem pago, in quo illi sua tenebant bona hereditaria. Ita v. g. comitatus suos habebant a. 1031. *Chuonradus* in pago *Auga*, *Widekindus* in pago *Huuetigo*, *Herimannus* in pago *Logne*. In illis pagis eos bona sua hereditaria possedisse, vidimus supra. Præterea e *Chronico Vet. Duc. Br. et Lun.* Tom. II. Leibn. p. 16. et *Chronico Rhyth.* T. III. p. 39 seq. patet, ad cæsarem *Lotharium* iure hereditario deuoluta esse bona comitum de *Haldesleue*, mortuis *Bernardo* eiusque filio. *Haldesleue* spectauit ad comitem *Thiadricum*, teste diplomate *Otonis* supra adducto. Si statuimus, uti id probabile esse videtur, *Bernbardum* fuisse filium *Thiadrici*, ac fratrem *Luidgeri*, *Lotharius* cæsar pronepos *Thiadrici* esse debuit, quia hereditatem adiit bonorum, ad *Thiadricum* olim spectantium. Denique addimus, *Heinricum Leonem* contradixisse traditioni comitatus *Sommerschenburgici*, ab *Adelheide* abbatissa *Quedlinburgensi* *Wichmano* archiepiscopo *Magdeburgensi* factæ. Iure sanguinis ad hoc commouebatur *Leo*. Si enim *Luidgerus* filius *Thiadrici*, *Thiadricus* vero frater *Com. Pal. Athelberoni*, satoris comitum *Sommerschenburgicorum*, fuit, *Luidgerus* autem pater *Geuehardi* atque auus cæsaris *Lotharii*, *Heinricus Leo*, qui cæsaris *Lotharii* heres erat, optimo iure se factæ abbatissæ *Adelheidis* opponeret. Si itaque comes qui-



quidam *Geuehardus* circa medium seculi XI pro salute patris sui *Luitbarii* gubernante quondam comitis in pago Derlingon quaedam tradidit, testante diplomate caesaris *Heinrici*, in *Historia Corb.* producendo, credamus, illum fuisse patrem *Lotbarii* caesaris, de quo infra pluribus exponere oportet. Plura de caesare *Lotbario* non addimus. Mortuo caesare *Heinrico*, illum electum esse in regem Romanorum, atque obiisse a. 1137. 3. non. Decemb. postquam regnauerat annos XII menses III et dies XII; sepultumque in oppido *Lutter*, ab vno *Luitbariorum* nostro- rum ita dicto, iam pridem dixere alii. Confer interim infra §. 441.

Progredimur itaque ad *Esiconem* comitem fratrem *Ibiadrici* satoris *Supplinburgicae* stirpis, et conditorem serenissimae familiae *Anhaltinae*, quae adhuc hodie floret. Huius vxor erat, *Annalista Saxone* teste, filia *Hodonis* marchionis orientalis eiusque filius erat *Esico II*, qui ab eodem *Annalista* ad a. 1026 et 1130. vocatur *comes Esicus de Ballenstide*, qui habuit vxorem *Machtildem de Werla*, ex qua genuit *Adelbertum seniore* patrem comitis *Otonis* atque *Adelheidem*. *Esicus II* fundator exstitit monasterii in *Ballenstide*; quod ante annum 1053 fundatum esse, apparet ex diplomate regis *Heinrici III*. Id exhibet *Beemannus* in *Historia Anhaltina* Tom. III. p. 152. In eo refertur, dedicationem eiusdem monasterii peractam esse solemniter anno 1053 indiēt. VII, 4. id. Iunii. Consentiant cum eo *Annales nostri Corbeienfes* MSpti, affirmantes, *Luidolfum*, *Esiconis fratrem* et monachum *Corbeiensem*, suaforem exstitisse monasterii in *Ballenstide* instituenti tempore *Abbatis Corbeienfis Truthmari*, qui abbatiae praefuit ab anno 1016 vsque 1046. *Hoppenrodus* in *Annalibus Gerenrodensium* Tom. II. Meibomii p. 428. nominat hunc *Esiconem* comitem *Ascania*, et conditorem arcis in *Berneburg* et *Anhalt*, quod factum fuisse murata arce *Ballenstedensi* in aedem *Domi- ni*, probabile est.

*Adelbertus* habuit, *Annalista Saxone* teste ad a. 1052, vxorem *Adelheidem*, filiam *Otonis* de *Orlamunda*, *Misnensis* marchionis, ex *Adela* de *Brabantia* matrem ex castello, quod *Louene* dicitur, procreatam. Ex hac *Adelbertus* genuit *Otonem* comitem et *Sigefridum* palatinum comitem. *Otto comes* in matrimonio habuit *Eilicam*, eodem *Annalista* ad an. 1106 teste, filiam *Magni ducis Saxoniae*, ex qua genuit *Adelbertum* marchionem et filiam *Adelheidem*, nuptam *Heinrico* marchioni de *Stathen*. *Otonem* mortuum esse anno 1123, *Annalista Saxo* retulit. Eius vxorem appellatam esse *marchionissam*, ex diplomatibus nostris patet. Digna sunt diplomata illa, quae ex originum litteris edantur, quia non solum demonstrant, *Albertum* ursum filium fuisse *Eilicam*, sed etiam *Albertum* ursum patrem fuisse *Otonis*. Prius diploma datum est anno 1133, et sic se habet:

In nomine dñi dei nri ac saluatoris Ihu Xpi. Lotharius ordinante diuina clementia romanorum imperator augustus considerantes regalif esse munificentie & nobis salutare dum tempus habemus bonum operari in omnibus maxime autem in ecclesiis dei. ideo statuentes decernimus. loca deo oblata & dicata sublimare. possessionibus ampliare. collata defendere & in suo statu conseruare. si aliqua etiam temere fuerint alienata uel iniuste auulsa ad antiquam dignitatem & pristinam traditionem suffragante diuina clementia reuocare. hisq. beneficiis proposuimus insudare. ut ipse qui nos in terris gloria & honore coronauit. in celis indulgeat coronam uite. quam repromisit diligentibus se. cum nos eduxerit de laborioso huius seculi certamine. nouerit itaq. tam plentium quam futurorum prouida discretio. quod nos respectu diuini timoris & amoris monasterio quod appellatur noua Corbeya. quod situm est super fluuium wisera rogare ipsius loci uenerabili abbate *Volemario* noie piscationem. que uocatur *Hocwar*. quam totam *Hlotowich* imper. eidem monasterio contulerat. hanc postmodu dux *Heinricus* *Bawarie*. cum quadam comitissa *Elica* & filio suo *adalberto* iniuste se possedisse recognoscentes. cum digna penitentia diuinitus inspirata scō Vito. cum oī utilitate remiserunt. & nos regali auctoritate ipsa remissionem confirmauimus. statuentes hoc. ut qui hanc nre auctoritatis concessionem infringere

Ss

pium-

4) Esico fil.  
Luitbarii  
II. sator  
familie  
Anhalt.  
Esiconis  
filii

1) Esico II.

2) Luidolfus.

Esiconis  
II. filius  
Adelbertus,  
cuius  
filii

1) Otto c.  
de Ballenstede.


2) Sigefridus  
Com. Pal.  
Otonis  
filius  
Albertus  
vrius.



Ab anno  
854 vsque  
877 re-  
gnante  
Hudō-  
uico et

psumpserit fisco nro C. auri talenta psoluere debeat. regali etiam auctoritate confirmamus uillas. cum hominibus ad eandem piscationem pertinentes. cum ceteris appendiciis pratis uidelicet. areis. pascuis. cultis siue incultis. mobilibus & immobilibus. ut in oibus his nullus fratres in supra dicto monasterio canonicè degentes inquietare. uexare. uel molestare psumat. nec aduocatum in eadem piscatione habeant nisi quem abbas dñus loci consilio fratrum statuerit. Et ut hec oia rata et in-conuulsa omnino permaneant impressione sigilli nri signari pcepimus.

Signum domni  
lotharii



tertii Romanorum  
imperatoris inui-  
ctissimi.

Ekkehardus ppter uice adelberti archicancellarii recognoui. anno incarnat. dñi M. C. trigesimo tertio indict. XI. actum Bardewich in dei noie feliciter amen.

In hoc diplomate quidem *Esica* tantum appellatur comitissa; in altero uero eadem domina marchionissa uocatur. Accipe ergo easdem tabulas, accurate descriptas:


**C** In nomine sc̄e et indiuidue trinitatis. Cunradus diuina fauente clementia romanorum rex sc̄d̄s. equitas iusticie et regni auctoritas nos admonet eccliarum paci clementer prouidere. eapropter omnibus xp̄i nrisq. fidelibus ta futuris qua psentibus notum esse uolumus qualiter *Eylichba marchionissa* piscationem quandam apud Hoqva ab antecessore nro imperatore Ludouico cenobio corbeiensi collatam sed per insolenciam temporis ab eadem ecclia alienata assensu filii sui *Adelberti marchionis* uiuente pdecessore nro imperatore Lothario pdicte Corbeiensi ecclie remisit et resignauit. Quam remissionem siue resignationem nobis apud Corbeiam solempnem curiam celebrantibus p̄fat<sup>o</sup> *Adelberti marchio* interuentu et petitione Heinrici uenerabilis Corbeiensis abbatis nec non Heinrici ppositi Corbeiensis ecclie confirmauit et eandem piscationem assentiente *filio suo ottone* marchio coram nobis omnino exsestucauit. Nos itaq. ob regni nri firmam stabilitatem et anime nre nostrorumq. parentum perpetuam salutem p̄fatam piscationem et omnes possessiones corbeiensi ecclie pertinentes sub nra regali defensione suscipimus auctoritate regia p̄cipientes ne aliquis archiepiscopus ep̄us dux marchio comes uel uice comes aut alia quelibet persona magna siue parua pdictam Corbeiensem eccliam uel res ad ipsam pertinentes aliquo modo infestare psumat sed ea que sui iuris sunt tam in familia quam in possessionibus omni deinceps tempore libere et pacifice possideat. Si quis autem quod absit huius p̄cepti nri statutum infringere tentauerit centum libras auri componat quarum partem dimidiam camerę nre reliquam uero pdicte ecclie persoluat. Et ut hec ab omnibus credantur et inuiolata conseruentur hanc inde cartam scribi et sigilli



figilli nri impressione insigniri iussimus manuq. propria roborantes. Qui presentes aderant testes subter notari fecimus quorum nomina hec sunt .: *Theodevvinus* scē Ruffinē epus apostol. sedis legat. *Thomas* scē Romane ecclē cardinalis. *Bernardus Patheib.* epus. *Rodulphus Halberstadensis.* *Bernhardus Hildenesb.* *Philippus Osēb.* *Heinricus Mindensis* et p̄cipue *Frithericus Magedebis.* *Thietmarus ferdensis.* *Anselmus Hauelb.* *Heinricus olomucensis.* *Wibaldus abbas.* *Heinricus dux saxonie.* **ADELBERTVS MARCHIO ET FILIVS EIVS OTTO.** *Fri-  
dericus comes Palatinus comes.* *Hermannus comes de Winzenburg* et *frater eius Heinricus.*

gubernante  
Corbeiam  
Adal-  
gario.

Signum domni Cunradi  
Romanorum regis fedi  
inviictissimi;



Ego arnoldus cancellarius uice heinrici moguntini archicancellarii recognoui.

anno dñicę incarnationis M.C.XLV. indictione VIII. regnante Cunrado Romanorum rege fēdo anno uero regni eius VIII. data apud Corbeiam feliciter amen.

Qui in hoc diplomate appellatur filius *Eylicę* marchionissę et pater *Otonis*, is sine dubio vilo *Albertus* cognomento *ursus* fuit, qui in diplomatibus nostris ad annum 1115 et 1121 appellatur *comes de Ballenside*, 1147 *comes de Ascherleue*, 1133, 1145, 1147, et 1152 *marchio*, 1144, 1149, 1152, 1157, 1162, 1163, ac 1169 *marchio Saxonie*.

*Alberto* *urso* fuisse sex filios, ex diplomatibus constat. Eorum natu maximus erat *Otto*, cuius diploma ad annum 1145 mentionem facit. Ipse iam anno 1147, 1152, 1167, et 1170 nominatur *marchio*, anno 1176, et 1180 vero *marchio Brandenburgensis*. Huius *Otonis* filii fuere secundum diplomata *Otto* 1176, *Heinricus* 1176, atque *Albertus* 1215 *marchio Brandenburgensis*. Huic *Alberto* liberi fuerunt *Johannes*, *Otto* et *Mechildis*. *Otonis* posteris anno 1312 exaruerunt; *Johannis* vero anno 1323. *Mechildis* autem nupsit *Otoni* puero, duci Brunsvicensi et Luneburgensi, cuius posteris adhuc florent exoptatissima felicitate.

Alter *Alberti* *ursi* filius erat *Albertus* comes 1147, 1167; tertius *Hermannus* 1147, 1147, 1167; quartus *Theodoricus* 1147, 1152, 1167, 1176, qui anno 1170 appellatur *comes de Werbene*; quintus erat *Sigefridus*, archiepiscopus Bremensis anno 1170; sextus vero fuit *Bernhardus*, qui in diplomate ad annum 1170 nominatur *comes de Ascherleue* et frater *Otonis* marchionis Brandenburgi ac *Theodorici* comitis de Werbene; in aliis autem chartis ad annum 1176 et 1177 dicitur *comes in Ascherleue*, 1180 *dux Westfalie et Angarie*, 1188, 1189, 1192, 1200. *dux Saxonie*, 1194 *dux Saxonie et comes de Ascherleue*, et 1185 *dux Saxonie, Angaria, Westfalie et comes de Ascherleue*.



Ab anno  
854 usque  
877 re-  
gnante  
Hludo-  
uico et

*Bernhardi ducis* liberi fuere *Henricus, Albertus* et *Sophia*. *Sophia* erat 1223 abbatissa Gerenrodensis; *Albertus*, Henrici iunior frater, vocatur 1215, 1228, 1235, et 1260 *dux Saxonie*, 1239, 1256, et 1260 *dux Saxonie, Angarie et Westfaliae*. Huius *Alberti* posterii erant duces Saxonie Lauenburgici, qui anno 1689 intercepti morte, et stirpe intercedente, desierunt; *Henrici* vero posterii sunt serenissimi Principes Anhaltini, qui adhuc florent. Imponitur autem huic *Henrico* anno 1223 nomen *comitis Ascharie*, 1245 *illustris principis et comitis Ascharie*, 1244 *comitis Ascharie*, et 1215 *comitis de Anhalt*. Vxor eius fuit *Imegardis*, Henrici Rasponis regis Romanorum soror; filium vero *Henricum* fuisse ducis Bernhardi, apparet ex diplomate Henrici, ex Henrico hoc nati, ad annum 1260, cuius verba huc faciunt:

Nos *Henricus* dei gratia comes Ascharie et princeps de Anhalt — protestamur nos subditis nostris in Ascharia — ius et gratiam, quam sibi ab *avo* nostro felicitis memorie *duce Bernhardo* et *patre nostro comite Henrico* indultam tenebant et concessam, indulgemus inuiolabiliter obseruandam.

Plura, utpote iam satis nota, addere nolumus. Integrum stemma Anhaltinum videatur in *Becmanni Historia Anhaltina*. Quae vero nos de originibus serenissimorum principum Anhaltinorum, quae ille non habet, hactenus deteximus, lectoribus nostris beneuolis exhibemus tabulis eis, quas in praesens examini lectorum subiicimus.

TAB. I.

Albio seu Abbo, princeps Saxonum, pacem fecit cum Carolo M. a. 785. vx. eius N. filia ducis Ostfalarum Hefsi seu Afig.

Richert comes §. 15, 104. fortassis fator comitum de Arneburg.	Odo com. §. 29. hi quinque	Tinda marscalcus §. 24. 74. nominantur nepotes	Cumbro §. 29. 104.	Abbo II. §. 57. 104. Hefsi.
Fritheric §. 128. vx. eius Wendilgard.	Abbo III. §. 188. 260.	Oddo II.	Luitharius I. propinquus Beuonis, filii Ecberti ducis Saxonie, et Folclogae, neptis Widekindi M. (§. 231 et 317.) vxor eius Enda, filia ducis Luidolfi.	
Dodica §. 396.	Nothradus, filius Fritherici §. 369.	Luitharius II dux † 929. §. 316, 346, 396. vxor eius Demoda.	Volmarus §. 317. abbas Corbeienis † a. 942.	Rorgerus §. 358.
Luitharius III comes † 982. fundator monasterii Walbeccensis. vxor eius Mechtild, filia Brunonis, §. 411.	Hirifuit §. 316.	Athelbero, comes palatinus Saxonie † 977 (§. 365, 396) fator C. P.S. de Sommerschenburg. vid. Tab. 3.	Theodoricus comes 956, 966, 984, §. 385. vxor eius Symod. fator comitum de Supplinburg. vid. Tab. 4.	Alie seu Elico comes 984. vx. eius N. filia et heres Hodonis marchionis orientalis (§. 396). Ipse videtur esse fator principum, de Anhalt ditorum. v. Tab. 5.
Luitharius IV, marchio septentrionalis. Vxor eius Godila, quae mortuo eo anno 1003 nupsit Herimanno marchioni.	Thiatarus, abbas Corbeienis 983 † 1001. §. 411.	Sigefridus c. vx. eius Cunigunda (de Stade.)	Eila † 1015. vxor Bertholdi marchionis Franconie. vid. Tab. 2.	
Werinarius marchio septentrionalis, vx. eius 1) Luitgarda, 2) Reinhilda rapta.	Ditmarus, episcopus Merseburgensis n. 976, fit episcopus a. 1006.	Bruno episcopus Verdenensis. chus Corbeienis 1020. 1028. 1040.	Sigefridus episcopus monasterii Magdeburgensis, antea monachus Corbeienis	Fridericus praefectus Magdeburg.
Adolfus, fator comitum de Schaumburg, et ducum de Holstein.		Conradus Burggrauius Magdeb. Machildis.	Brigida abbatissa Scheningensis monasterii.	Heinricus comes.
			Willegifus, Oda, vx. praepositus de Walbeccensis.	Oda, vx. Gozwini de Valkenberg.
			N. Sator comitum de Aluensleben.	

TAB. II.




T A B. II.

Luitharius III fundator monasterii Walbeccensis † 982.


Ella † 1015. vxor Bertholdi marchionis Franconiae.

gubernante Corbeiam Adalgario.



T A B. III.

Athelbero comes palatinus Saxoniae † 977. §. 365. 396.





Ab anno  
854 vsque  
877 re-  
gnante  
Hludo-  
uico et

## TAB. IV.

Thiadicus comes 966.  
984. vx. eius Symod §. 38.

Oddo clericus filius  
Symodæ §. 448.

Liudgerus f. Luit-  
harius V comes in pa-  
gis Derlingo et North-  
thuringi 1022. vxor  
eius Ida, filia Geue-  
hardi. §. 441.

Thiadicus patruus Ge-  
uehardi anno 1046.

Egiloldus, filius  
Liudgeri, mona-  
chus Corbeienf.  
§. 448.

Roddachus,  
filius Idæ.

Thietmarus, episcopus  
Halberstadenf. patruus  
imperatoris Lotharii,  
teste Annalista Saxone  
p. 588.

Geuehardus comes, filius  
Luitarii, comes in pago  
Derlingo 1046. † 1075.

Luitgerus VI, seu Lotharius  
comes de Supelingebruch, dux  
Saxonie et imperator † 1137.  
vxor eius Rikenza filia Hein-  
rici comitis de Northeim.

Gertrud vxor Heinrici ducis  
Saxonie et Bauarie.

Heinricus Leo dux Saxo-  
nie et Bauarie.

## TAB. V.

Afic, siue Efico comes filius ducis Luit-  
tharii 984. vx. eius N. filia et heres mar-  
chionis orientalis Hodonis §. 396.

Efico comes de  
Ballenstede. vx.  
Mechtildis.

Theodoricus,  
prepositus  
Ballensted.

Luidolfus, mo-  
nachus Cor-  
beienfis.

Vta, vxor Ec-  
cardi marchio-  
nis.

Halecha, abbatissa  
Gerenrod. † 1063.

Adelbertus comes aduocatus Nienburgensis  
1064, 1073 † 1076. vxor Adelheidis filia  
Otonis marchionis de Orlamunda † 1100.

Adelheidis, vxor Thiemonis  
domini de Scroppoulo.

Otto comes de Ballenstede † 1123.  
Vxor eius Eilica filia Magni ducis  
Saxonie, dicta marchionissa.

Sigefridus, comes palatinus †  
1123. Vxor eius Gertrud filia  
Heinrici com. de Northeim.

Efico.

Ekkibardus.

Albertus vrfus marchio  
Brandenburg. et comes  
de Ballenstede et A-  
fchersleue 1118, 1121,  
1129, 1133, 1144, 1145,  
1147, 1148, 1149, 1152,  
1157, 1162, 1163, 1169.

Adelheidis  
vx. Hein-  
rici mar-  
chionis  
Stadenfis.

N. filia vxor  
Otonis co-  
mes Palat.  
de Reinegk.

Wilhelmus  
comes Pa-  
lat. Rheni.

Sigefridus  
† 1124.

Otto marchio  
Brandenburg.  
1145, 1147.  
1152, 1167.  
1170, 1176,  
1179, 1180,  
1180. vid.  
Tab. 6.

Adelbertus  
comes 1147.  
1167.

Hermannus  
1147, 1147.  
1167.  
Sifridus comes de Orla-  
munde 1150, 1174, 1180,  
1181, 1192, 1199.

Theodoricus  
comes de  
Werbene  
1147, 1152.  
1167, 1176,  
1179.

Bernhardus comes  
in Afchersleue et  
dux Saxonie 1170,  
1176, 1177, 1179,  
1180, 1185, 1188,  
1189, 1192, 1194,  
1200. vid. Tab. 7.

Sifridus, ar-  
chiepisco-  
pus Bremen-  
fis 1170,  
1180, 1184.

## TAB. VI.



TAB. VI.

Otto V marchio Brandenburg.  
1145, 1147, 1152, 1167, 1170,  
1176, 1179, 1180, 1180.


guber-  
nante  
Corbe-  
iam Adal-  
gario.

Otto VI marchio Brandenburg. 1173, 1176, 1196.	Henricus 1176.	Albertus marchio Brandenburg. 1196, 1215.
Johannes I marchio Brandenburg. 1235, 1246 † 1266. vx. 1) Sophia Waldemari regis Daniæ filia † 1248, 2) Hedwig filia Barnimi D. Pomeraniæ 1249.	Mechtild vxor Ortonis pueri Brunfuic. ac Luneb. ducis.	Otto VII pius vna cum fratre marchio Brandenburg. 1235, 1256, 1259, 1267 † 1267. vx. eius Beatrix Wenceslai Bohemiæ regis filia.
Johannes II marchio Brandenburg. 1276 † 1282.	Otto VIII marchio Brandenburg. 1271, 1276, 1298. † 1308.	Conradus M. archiepisc. Brandenburg. vxor 1) Constantia filia Premislai Posnanie ducis 2) N.
Johannes IV marchio Brandenburg. † improlis 1307. vxor Hedwig filia Henrici Wratislau. ducis.	Agnes vxor Alberti P. de Anhalt.	Waldemar marchio Brandenburg. 1318 † improlis 1319. vxor Agnes filia Henrici patrum sui.
Johannes III perit 1267. Merseburgi in hastiludio.	Otto IX longus marchio Bohemiæ gubernator † 1298. vx. Iudith filia Hermanni com. de Henneberg.	Kunigunda vxor Bele Hungariæ principis.
Hermannus marchio Brandenburg. et Lusatie, comes de Henneberg † 1308. vxor Anna filia Alberti austriaci R. Imperat.	Mechtild vx. Henrici Vratislauenfis ducis.	Judith vx. Rudolphi ducis Saxonie † 1328.
Johannes V marchio Brandenburg. Lusat. et Landsberg. † iuuenis 1317.	Judith, vxor Henrici comitis de Henneberg.	Mechtild, vx. Henrici ducis de Sagan.
		Beatrix vx. Bolconis ducis Suidnicensis.
		Margaretha vxor 1) Przemislai regis Polonorum, 2) sponsa Nicolai domini de Rotstocke. 3) vxor Alberti ducis inferioris Saxonie.
		Beatrix vxor Ludouici ducis Buarie et regis Romanorum.
		Ludouicus dux Buarie, marchio et elector Brandenburg.
		Agnes vxor 1) Erici Daniæ regis 2) Gerhar. R. iam an. 1328. di Holm. fat. c. † 1304.
		Agnes vxor 1) Waldemari march. Brandenburg. 2) Ortonis Brunfuic. et Luneb. ducis, cui marchiam veterem attulit † 1334.
		Henricus marchio et elector sub march. et Rudolphi Saxonie turela. 1320. † 1320. vltimus sue stirpis.
		Helena vxor Theodorici Misnie march. 1289. 1294. 1268.
		Ericus archiepisc. Magd. 1288. Misnie march. 1294. 1268.
		Mathild vx. Bogislai Pomeraniæ ducis.
		Henricus marchio Landsberg. 1315. vxor Agnes fil. Ludouici ducis Buarie et C. P. Gerhar. R. iam an. 1328. di Holm. fat. c. † 1304.
		Sophia vxor Magni pii Brunfuic. ac Luneb. ducis, heres marchionatus Landsbergensis.



Ab anno  
854 vsque  
877 re-  
gnante  
Hludo-  
uico et

TAB. VII.  
Bernhardus comes in Afcherleue et dux Saxonie  
1170, 1176, 1177, 1179, 1180, 1185, 1188, 1189.  
1192, 1194, 1200.





## §. 189.

Tradidit uiracheri pro remedio animae patris sui in uilla quae dicitur *boma* (M) familiam unam cum terra quam deseruit et in *liuitbi* (N) quidquid ipse *bernbarius* (O) possedit de terra cum familia una testes esse heluco hranning uuido fini edult *boma*.

gubernante  
Corbeiam  
Adalgario.

## §. 190.

Tradidit *uualdgerus* (P) pro anima patris sui mansum medium in *aldam*.

- (M) Villa *Homa* erat, testante Registro nostro, in pago *Huetigo* sita, qui erat, uti De villa iam supra §. 3. not. (e) vidimus, in comitatibus Sualenbergico et Pymontano. *Homa*. In eadem regione haud procul a praedio Sandebeck, ad iura dominorum de Schilder pertinente, in episcopatu Paderbornensi existit *Homa* villa. De ea probe notandum esse duximus, inter testes quendam eodem nomine *Homa* insignitum reperiri, quod ad confirmandam eorum sententiam facit, qui affirmant, nomina hominum plerumque villis, quas ipsi incolebant, nomina dedisse.
- (N) *Liuitbi* villa itidem in eodem pago *Huetigo* fuit, uti comprobat idem Registrum nostrum. Intelligitur autem *Olden-Lüde* ad distinctionem oppidi *Lüde* in episcopatu Paderbornensi positi, quod iter dimidiae horae ab acidulis Pymontanis abest. Veterem illam villam *Liuitbi* domini de Kannen olim ab ecclesia nostra Corbeiensi habuere loco feudi. Sic v. g. *Hinrik Kanne van Lüde* anno 1437 in feudum recepit *dat Dorp Olden Lüde* et alia bona, restantibus litteris feudalibus ad eundem annum. Dudum vero eadem villa desolata est, quae natale solum fuit antiquissimae familiae, dictae de Kannen, quae postea tam in Saxonia superiori, quam in Westfalia, alia bona acquisiuit, uti documentis fide dignis in *Clientela Corbeiensi* demonstratur sumus. Haec autem procul dubio eadem villa fuit, in qua anno 785 Carolus M. natale domini celebrauit, quae a Reginone appellatur *Linbidi*, in Annalibus Loisselianis *Luiidi*, in Annal. Bertinianis et Metensibus *Luicbidi*, et in Annalibus Canisii *Lutundi*. Genuinum vero eius nomen fuisse *Liuitbi* ex nostris traditionibus apparet.
- (O) An hic *Bernbarius* pater fuerit *Wracheri*, querere quis posset, et perhibere, eundem *Bernbarium* fuisse Bernheri, quem supra §. 104. not. (n) pro nepote Brunonis Angariorum ducis venditauimus. Quod si enim hoc ita esset, uti id probabile videtur, nouum haberemus argumentum pro confirmanda sententia nostra, Brunonem ac Widekindum duces eadem stirpe fuisse procreatos. Et enim iam supra demonstrauius, eadem in regione quoque posteros Widekindi ducis bona quaedam possedisse.
- (P) Si ea, quae Herifordenses olim de *Waltgero* suo fabulati sunt, quem comitem Herfordensem atque abbatiae suae fundatorem dixere, hic repetere vellemus, bonam haberemus occasionem in medium afferendi multa. Siccio autem iam pede ea transilimus, alio tempore ostensuri, quis verus fundator istius collegii illustris fuerit. Interim Wigandus quidam, presbyter Bilefeldensis, ex fabulis mulierum Herfordensium vitam istius *Waltgeri* composuit, quam C. F. Paulini *commentario* suo de pagis p. 281 seqq. inseruit, fabulosam multisque nauis scitentem, quam miror etiamnum hodie Herifordensibus probari. Patrem *Waltgeri* nominat iste Wigandus *Deddum* et matrem *Eerui*, auum vero *Adolphum*, Widekindi Saxonum regis a secretis, eosque locum Dorinberg, in comitatu Rauensbergico reperiendum, possedisse; *Waltgerum* vero abbatiam Herfordensem tempore Ludouici pii instituisse, eidemque Swalam abbatissam praefecisse, atque omne patrimonium suum dedisse, asserit. Quemadmodum vero ex diplomatis nostris euidentissime apparet, Hludouicum caesarem, non *Waltgerum*, fundatorem istius monasterii existisse, neque Swalam, sed Tettam ibidem primam abbatissam fuisse, de qua egimus supra §. 99. not. (I); ita ex hac traditione nostra tota illa narratiuncula de isto *Waltgero* transfoditur et corrui. Si enim pater *Waldgeri* vixit usque ad tempora abbatis Corbeiensis Adalgarii (eo enim gubernante Corbeiam *Waldgerus* pro requie animae patris sui medium mansum donauit), *Waldgerus* tempore Ludouici pii locum diuinis samulatis

Tt

aptum



Ab anno *dantborpe* quod est in *thiadmelli* (Q) testel geruuig eyno fini offo et alii  
854 vsque  
877 re-  
gnante  
Hludo-  
uico et  
quat.or.

## §. 191.

Tradidit hildidag et helmhold in *liudberteshuf* (R) pro anima fratris  
sui

*aptum insituere, opus preimaginatam in Olden-Heruorde perficere, eique omnem hereditatem suam commodare non potuit, uti Wigandus de Walgero suo predicat. Quis enim sanæ mentis credere poterit, filium, patre adhuc uiuo, habuisse copiam omne patrimonium suum elargiendi et effundendi? Patre vita decedente id facere potuisse Waldgerum, dare possumus. Neutiquam vero, adhuc eodem vitam degente, id fieri potuit.*

De pago (Q) *Thiadmelli* pagus reperitur quoque in *Vita Meinweri* Tom. I. Leibn. p. 533. num. 41. eique tribuuntur villæ *Brochusen* ex *Smitbessun*. *Brochusen* hodie appellatur *Brokhusen*, et vicus est in comitatu Lippiaco inter Harentrup, Vinsbeck atque Oldendonop; *Smitbessun* vero dicitur *Smedissen*, inter Dethmoldiam et Horen vrbes eodem in comitatu sita. Diploma quoddam episcopi Patherbrunnensis Imadi, quod e manibus nobilis domini de Kannen accepimus, quodque integrum e MSpto exhibebimus in Historia nostra Corbeiensi, collocat in pago *Thiadmelli* 1) *fluulam Bennenberge*, per quam eruditissimus D. Gruep *Orig. Pyromont.* p. 9. seq. intelligit fluulam quandam in præfectura Swalenberge inter vicum *Brakelvik* (non *Brakelful*) et arcem *Schider*. Hæc vero non est huius loci, quia ibi pagus *Huerigo* erat. Melius ergo eadem silua quæritur iuxta villam iam dictam *Brokhusen*, ubi reperitur *Bennenholt*, et non procul abest *Bennelebe*, quæ siluæ melius ad pagum *Thiadmelli* congruunt. 2) *Remikenhusen*, hodie dictam *Remgesen*, haud procul a vico *Smelsen* in comitatu Lippiensi, et 3) *Aldenthorpe*, quæ eadem villa est, quæ in hoc nostro §. inuenitur, et hodie *Oldendorp* nuncupatur, atque in eodem comitatu inter oppidum *Horen* et arcem *Exterenstein* existat. Hisce præmissis annotandum est, pagum *Thiadmelli* in historia Romana et Francica esse celebratissimum. In eo enim *saltus Teutoburgiensis*, ad quem, teste *Tacito Annal.* lib. I, regnante cæsare Augusto, *Quintilius Varus* cum exercitu Romano occubuit, cæsus ab *Harminio*, *Cheruscorum* duce. In eodem pago *Carolus Magnus*, rex Francorum, celebrem egit triumphum. Refert enim *Eginhardus* in vita eius, *Carolus* iuxta montem, qui *Ornegge* dicitur, in loco *Thietmelle* nominato cum Saxonibus acie conflixisse, in quo, *Carolo* viriliter pugnante, Saxones cum *Widekindo* terga verterint, ac *Franci* victores exstiterint ita, ut magna ibi multitudo Saxonum ceciderit, et pauci fuga euaserint. Nomen autem suum pagus *Thiadmelli* a vetustissimis incolis *Teutohis* accepisse ac retinuisse videtur. Eiusdemque pagi *Thiadmelli* reliquias esse urbem *Detmoldiam*, sedem dominorum comitum *Lippiensium* celeberrimam, putamus. *Mallum Teutonorum* videtur nomini subesse.

De villis (R) Nouum hoc loco deprehendimus argumentum confirmandi sententiam, cui congruenter arbitramur, pagum *Guddinge* non in principatu *Göttingensi*, sed in eaditionis *Homburgicæ* parte, existisse, quæ inter castrum desolatum *Hoinboken*, atque oppidum *Eltze* reperitur. Villæ enim *Liudberteshus*, *Haddeshus* et *Vatu* in Registro nostro in pago *Guddinge* positæ inueniuntur. Quæritur ergo primum, vbinam villa *Liudberteshus* posita fuerit? Respondemus, illam deprehendi inter *Deinsen*, *Banteln* atque *Hoyerhusen*, atque hodie appellari *Lübbrechtsen*. Deinde *Haddeshus* non procul abfuit a vico *Brunckenfen* in ducatu *Brunsvicensi* iter dimidii milliaris ab oppido *Alfeld*, in episcopatu *Hildesiensi*. Quamvis enim villa *Haddeshus* vicum *Hoyerhusen* fuisse videri posset, *Haddeshus* tamen villa inter desolatas recensenda erit. *Hobnsen* dictus fuit locus postea, dudum ruinis inuolutus, olim inter *Alfeldam* et *Förste* situs. *Vatu* vero villa denique inter *Haddeshus* et *Brunckenfen* existit, et iam funditus deleta est. De hisce locis in clientela *Corbeiensi* pluribus agemus. Iam autem quæritur, ad quamnam familiam tres fratres *Hildidag*, *Helmhold* et *Ludbertus* sint referendi? Respondemus, eos probabilissime ad progenitores comitum de *Altafago* spectasse. Cum enim iam supra §. 104 not. (n) *Richardum* quendam,



fui ludberti quidquid in illa uilla habuerunt et quod in *haddefbif* et quod in *uatu* habuerunt testes aibertus rehard uuidugo beya et alii VIII.

gubernante Corbeiam Adalgario.

## §. 192.

Tradidit fuuuiſ pro remedio animae ſuae in *ammarki* (S) quidquid habuit teſtes hildiuuardus bozo bodi marcbern et alii VI.

## §. 193.

Tradidit eilbertus pro remedio animae rikerdi medietatem de terra quam ipſe poſſedit in *pago* qui dicitur *fleitbi* (T) in uilla quae appel-

dam, qui hoc loco *Rehardus* appellatur et inter teſtes reperitur, inter progenitores dominorum de Hoinboken retulerimus, verifimiliter hi tres fratres *Richardi* eiufdem confanguinei fuere. Ergo non potuerunt non hi tres fratres fuiſſe filii vel *Helmrici* vel *Adelbari* nepotum Angariorum ducis Brunonis. Videtur *Ludbertus* conditor fuiſſe uillae *Liudberteshus*.

(S) *Ammarki* uilla erat in *pago* *Scotelingo*, teſtante noſtro Regiſtro antiquiſſimo bonorum abbatiae Corbeienſis. Cum uero huius pagi mentionem iniiciendi occaſionem nondum habuerimus, munus atque officium erit noſtrum, in ſitum eiufdem pagi ſtudioſe inquirendi. Arbitramur ergo pagum *Scotelingo* eundem fuiſſe pagum, qui in diplomate S. Bernwardi appellatur *Scotelingen*, cui anno 1022. tribuuntur uillae *Himdisdare* et *Hogevefen*, quae probabiliffime ſunt *Himmelstür*, haud procul ab vrbe Hildeſia in praefectura *Steuerwald*, et *Heyerſen* in praefectura *Poppenburg* intra epiſcopatum Hildeſienſem. In eadem uero regione deprehendimus vicum *Emmerke*, locum praefecturae *Steuerwald*, quem uillam *Ammarki* eſſe ſtatuiſſimus. Cum autem vicus *Emmerke* non procul abſit a monaſterio *Elſcherde*, quod olim quidam nobiles domini dicti de *Elſcherde*, et uasalli Corbeienſes incoluerunt, fortaliſ *Stuwif* in progenitoribus dominorum de *Elſcherde* eſt referendus.

De pago Scotelingo et uilla Ammarki.

(T) *Situm pagi Fleitbi* inueſtigaturi, primo debemus illum probe diſcernere a *pago* *Flotwita*, qui C. F. Paulinio in commentario de pagis ne quidem, quantum ad nomen adinet, fuit cognitus, atque a doctiſſimo Caſp. Abelio in *Antiq. Saxon.* in terris epiſcopatus Hildeſienſis quadam cum fluctuatione collocatur. Eundem ergo pagum accuratori conſideratione eſſe dignum, nullus non ſentiet, imprimis cum tabulae publicae Heinrici Saxoniae ducis ac comitis palatini ad Rhenum adhuc anno 1203. eiufdem pagi, licet is non admodum luculente nominetur, mentionem iniiciant. Ex his elucet, dimidium *Flotwede*, quod fuerat Heinrici Leonis patris eius, parti Ottonis IV Romanorum regis ceſſiſſe. Ita enim uerba in eodem diplomate habent: *In alio latere a Brunſwic uſque Flotwede terra ſua eſt, et ipſum Flotwede dimidium a Flotwede uſque Honouir terra ſua eſt.* E quibus uerbis colligimus, prouinciam: *Flotwede*, de qua meminit diploma, fuiſſe in ducatu *Luneburgico* ab vrbe *Brunſwiga* ſeptentrionem uerſus, uerſus urbem *Zelle*, et procurriſſe occidentem uerſus uſque ad fines ducatus *Hannouerani*. Et ut hoc palam fiat omnibus, ipſas uillas, huic pago in antiquis chartis attributas, producere et exhibere libet. Ex his eadem opera conſtabit, pagum *Flotwita* contiguum fuiſſe uerſus ſeptentrionem *pago Bardengo*, uerſus orientem *pago Derlingo*, et uerſus meridiem *pago Falbon*. Hoc autem ut euidentiffime probeamus, praemittemus uerba diplomatis foundationis monaſterii *Wynhuſani* de anno 1233, e quibus apparet, locum *Wynhuſen ſuper Aleram* ſuuium dictum eſſe antea *Huginhuſem*, eiufque proprietatem cum omnibus ſuis pertinentiis tam in temporalibus quam in ſpiritualibus ad ius epiſcopale Hildeſienſis eccleſiae pleno iure pertinuiffe, et hanc proprietatem *Conradum epiſcopum Hildeſienſem* ad complimentum deſiderii *Agnetae Heinrici ducis Saxoniae et comitis palatini Rheni coniugis* contuliſſe ancillis Chriſti ibi Deo perpetuo ſeruituris. Hanc autem terram eccleſia *Hildeneſheimenſis* tempore *Acelini epiſcopi* anno 1052. iam acquiſiuerat, teſtante diplomate caeſaris Heinrici III, quod e *MSpto* inferimus:

De pagis Fleitbi et Flotwita.




Ab anno 854 usque  
877 regnante  
Hludouico et  
appellatur *seguste* hi testes huius fini isger edulf hrodald et alii tres.

§. 194.

**Q** In nomine sc̄e et indiuiduae trinitatis: Henricus diuina fauente clementia romanorum imp̄r: augustus. Nouerint omnes Xpi nostriq; fideles tam futuri quam presentis quod nos ob remedium anime nostre nostriq; thori ac regni confortis scilicet Agnetis imperatricis auguste simulq; parentum nr̄orum Hildenesheimenſis ecclesie memores seruitii uener̄. Acelini eiusdem ecclesie epi quoddam nr̄e. potestatis pdium *huginhusen* dictum quod in nr̄am proprietatem per manum Theodorici comitis a Vultensi ecclesia recto & laudato concambio cum duobus scilicet locis *rondinheim* & *salsaba* dictis facto cessit in comitatu uidelicet *Brunonis comitis* & in pago *florwita* situm cum omnibus pertinentiis suis in proprium tradidimus arcis edificii agris pratis campis piscuis terris cultis & incultis siluis uenationibus aquis aquarumq; decursibus molendinis molis piscationibus exitibus & redditibus uiii & inuisiis questibus & inquirendis & cum omni iure & utilitate que ullo modo poterit inde prouenire. ea uidelicet ratione. ut predictus ep̄us eiusq; suecessores de eodem pdio a modo liberam habeant potestatem possidendi commutandi precariandi uel quidquid ei placuerit ad utilitatem predictę ecclie inde faciendi. Et ut hec nr̄e auctoritatis traditio stabilis & inconuulsa omni quo permaneat hoc preceptum inde conscriptum manu propria corroborantes sigilli nr̄i impressione iussimus insigniri.

Signum domni  
Heinrici tertii  
regis



sc̄i Romanorum  
imperatoris inuictis-  
simi.

Wintherius cancellarius uice luitboldi archi cancellarii recognoui  
Data VI non. martii anno dñe incarnationis MLII. indict. V. anno autem domni Heinrici tertio regis imperatoris autem sc̄i ordinationis eius XXIII. regni quidem XIII. imperii VI. actum Trutmannie in nomine dñi feliciter amen.

Sigillum uide in  
Tab. IV, n. 1.

Quoddam igitur pradium *Huginhusen* in pago *Flotwita* mutato nomine postea *Wynhusen* appellatum est, sequitur, inde pagum *Flotwita* in eadem regione, in qua monasterium *Wynhusen* reperitur, existisse. Iam autem coenobium *Wynhusen* inuenitur in Principatu Luneburgico ad Aleram fluium, vnumque milliare circiter distat ab oppido Zelle. *Pagus Flotwita* ergo circa *Wynhusen* atque urbem Zelle olim existit. Ut uero longitudinem et latitudinem eiusdem pagi ante oculos nobis quoque ponere possimus, villas, in eodem pago olim obtinas, exhibere debemus. Hæ sunt ex fide diplomatum quorundam: 1) *Alenhusen* 1022. *Abse* in præfectura Burgtorf. 2) *Eddinkhusen* 1022. *Eddessen* in præfectura



## §. 194.

Tradidit reinheri quiddam in *cogharden* (U) habuit pro patre suo et matre et cunctis quibus huiusmodi debitor uoti fuit testel hemmo maynhard.

gubernante Corbeiam Adalgatio.

## §. 195.

atura Meinerfen, vel Edemissen in praefectura Nienburg. 3) *Seelbusen*. An indicatur *Schetwen* haud procul ab vrbe Zelle? 4) *Wendelingeroth*. An *Wienrode* in praefectura Wienhusen, vel *Wienrode* in praefectura Meinerfen designatur? 5) *Hardehem*, *Hardefe* in praefectura Meinerfen. 6) *Siradesben*, *Seherhusen* in praefectura Meinerfen. 7) *Sceptice* (forte legendum *Sceplice*) *Schepfelfe*. 8) *Watillogon*, *Watlingen* in der Amtsvogtey *Eicklingen*. 9) *Uitson*, *Uitze* in praefectura Meinerfen, vbi est praedium dominorum, a Lüneburg cognominatorum. 10) *Rainaldinghusen* infra §. 298. et 11) *Hrodwardesbus* §. 445. *Roddenfen* in praefectura Nienburg designatur. Cum vero omnes hae villae in terris Principatus Lüneburgici reperiantur, *pagum Florwita* ibidem fuisse, recte statuitur. Ad quod accedit, eandem regionem vsque in hodiernum diem nomen suum antiquum retinuisse, et in maius et minus *Flotwedel* diuidi, ita, vt ad minus *Flotwedel* *Bockelfe*, *Fletmer*, *Hanbostel*, *Schelleshauekost* et *Wienrode*, ad maius *Flotwedel* vero maior et minor vicus *Eicklingen*, *Polmanneshauekost*, *Sandlingen* et *Schepfelfe* referantur. *Pagus* ergo *Fleithi*, seu vt in recentioribus chartis quoque appellatur, *Flenide* et *Flenche*, in alia regione quaerendus est, et quidem partim in terris Principatus *Wolferbuttalani*, partim in episcopatu *Hildesheimensi*, praecipue intra praefecturam *Wintzenburgicam*. Hoc enim indicat presbyter *Tangmarus*, si in *Vita S. Bernwardi* Tom. I. *Leibn.* p. 446. *Territorium GANDENESHEMENSE*, inquit, *situm in pago FLENCCHI cum adiacentibus villis ad prouisionem Hildensemium episcoporum, ex quo primum episcopia per Saxoniam sunt determinata, certum est pertinere.* Cum igitur *Tangmarus* sine vilo dubio denotauerit regionem, in qua illustrissima abbatia *Gandersheimensis* inuenitur, nullum supererit dubium, quin *pagus Fleithi* a pago *Flotwitia* fuerit distinctus, atque ille in regione circa oppidum *Gandersheim* fuerit conspicuus. Ab oppido *Gandersheim* autem idem *Fleithi pagus* percurrit praefecturam *Wintzenburgicam* in terris episcopatus *Hildesheimensis*. In hac deprehendimus villam *Aesbiki* seu *Esbike*, per quam designari credimus *Esbeck*, praedium *Schottelianorum* heredum, olim vero sedem quorundam dominorum de *Esbike*. Locus intra praefecturam *Wincenburgi* situs est, de cetero feudum *Ducum Brunfwicensium*. Si quis vero villam hanc *Esbecke* referre maluerit ad pagum *Aleringe*, eum haud oppugnabimus. Exstat enim prope *Gandersheimium* versus *Leinam* villa *Hekenbeke*, olim *Hattichesbeke* et *Esbecke* adpellata. Ex ipsa vero praefectura *Wintzenburgica* ad hunc pagum referuntur, 1) *Tzelenstede*, *Sellensted* quondam sedes dominorum de *Ruschenplatten*, iam ad iura Baronum de *Wrisberg* et *Göritz* spectans, 2) *Holtbusen*, quae est vel *Langen-Holtzen*, iter vnus horae a vico *Sellensted* distans, vel *Wrisberg-Holtzen* vicus, sedes dictorum dominorum de *Wrisberg* et *Göritz*, iter dimidia horae a vico *Sellensted* distans, et adhuc anno 1291 in bulla quadam PP. *Nicolai IV.* nominatus *Holtbusen Hildesheimensis diocesis*, 3) *Grafu*, *Grafel* vicus, qui propior est villae *Sellensted*, quam vicus *Wrisbergholtzen*, 4) *Pezum*, *Perze* a *Wrisbergholtzen* vix iter vnus horae distans septentrionem versus, Baronibus de *Wrisberg* obnoxius: 5) *Weisfelde* (supra §. 107. *Weisfelde*.) cuius ecclesia est filia ecclesiae in *Wrisbergholtzen*, licet sacellum quoddam ibi instituerint antea aliquot annos *Benedictini*. 6) *Seguste*, *Segeste*, cuius ecclesia iridem filia est ecclesiae in *Wrisbergholtzen*, a quo vico ne quidem iter dimidia horae hic vicus abest. Haec singula ex propria inspectione referimus. Iam supra §. 177. diximus, *marcam Flethumum* et in illa villam *Billurbeke*, id est, *Bilderbeck*, locum praefecturae *Gandersheim* ad *Leinam*, probabilissime terminum indicauisse pagorum *Fleithi*, *Rittiga* et propemodum *Hlirgo*.

(U) *Cogharden* erat in pago *Wikanauelde*, et hodie dicitur *Kayer*, locus praefecturae *Grene* in dynastia *Homburgioa*.

De villa *Cogharden*.



Ab' anno  
844 vsque  
877 re-  
gnante  
Hludo-  
tuico et

§. 195.

Tradidit uuygfuit et merio pro anima fratris sui uualdonis iurnales  
XXX. in *thuresloun* (W) testes cutuman thiadbold hem et alii VI.

§. 196.

Tradidit . . . . . pro patre suo madaluuini et fratre suo  
reduuard mansos tres in *scaftun* (X) testes folcmer heriman.

§. 197.

Tradidit adalbodo quidquid in *uffenbus* (Y) habuit testes eyfulf adal-  
uard marcuuard et alii VIII.

§. 198.

Tradidit hogeruf pro omnibus quibus debitor erat mansos duos cum  
familia una testes gebuini presbyter hrodgeruf bardilo adaluuarduf et  
alii XVI.

§. 199.

Commemoratio traditionis quam tradidit *meresuit* et filia eius *Siburg*  
id est quidquid habuerunt in *osdaghesbus* (Z) quam traditionem post mor-  
tem matris suae ipsa siburg renouauit coram reliquiis sanctorum martyrum  
stephani atque uiti martyrum testes ysgeruf eylbertuf ueringeruf hroddag  
hildiuiin et alii XV.

§. 200.

Tradidit *reddag* quando filium suum obtulit ad reliquias sanctorum mar-  
tyrum stephani atque uiti mansum unum cum familia in *aruuitti* (a) te-  
stes

De villa  
Thures-  
loun.

(W) De villa *Thurisloun* in pago Hessi Franconico vide supra §. 60. not. (y).

De villa  
Scaftun.

(X) *Scaftun* villa in nostro Registro cum additamento pagi non reperitur. Nesci-  
mus ergo, quinam vicus intelligi debeat. Interim sunt quaedam villae, quae  
aliquam similitudinem cum nostra habent, nempe Schotten in Darmstadiensis,  
Schachten in Casseliensis, et Scoyde in Schaumburgico tractu. Sed nihil, ut  
debet, definimus in re tam obscura.

De villa  
Uffen-  
hus.

(Y) *Uffenbus* villa erat in pago *Logne*, teste nostro Registro antiquissimo bonorum et  
prouentuum abbatiae Corbeiensis. Intelligimus ergo vicum *Offensen* in prae-  
fectura Usler, situm intra principatum Göttingensem, in quo, ut supra §. 33.  
not. (u) demonstraui, pagus *Logne* reperiatur. De *Adaibodone* atque  
*Adalwardo*, ad stemma Brunonianum referendis, iam egimus supra §. 104. not.  
(n) perhibentes, eos fuisse fratres, et simul nepotes potentissimi Brunonis, An-  
gariorum ducis, cuius castrum erat, ut videtur, Brunonisburgum cum territo-  
rio adiacenti. Ab hoc castro villa *Uffenbus* circiter duo millaria abest.

De villa  
Osdag-  
hesus.

(Z) Vinculum intercedere huic §. cum §. 187, res ipsa loquitur: quidquid enim loco  
laudato mater tradidit, filia eius hic confirmat. Nomen autem haec villa *Osdag-  
hesbus* in pago *Suilbergi* a quodam Osdago, qui eam incoluit, videtur nata. An  
idem sit is, qui supra §. 104. not. (k) inter coheredes ducis Ostfalorum Hessi  
refertur, dicere non habeo. Nec affirmo, eundem Osdagum huius *Meresuit*  
fuisse coniugem. Illud interim patet ex §. 203, Osdagum quendam inter te-  
stes fuisse praesto, cum in *Dassila* villa eiusdem pagi *Suilbergi* monasterio nostro  
quaedam traderentur.

De villa  
Arwitti.

(a) Villa *Arwitti* sita erat in *marca Sturmetbi*, teste nostro Registro. De marca *Stur-  
methi* in ducatu Westphaliae dixi supra §. 176. not. (r) et §. 178. not. (w). Vi-  
detur noster *Reddag* idem fuisse, qui §. 176. in eadem marca quaedam dona-  
uit.



stef *herimannus* (b) *lutheri* (c) *bardo* (d) *haoldus* (e) et a-  
lii III. gubernante  
Corbe-  
iam Adal-  
gario.

## §. 201.

Tradiderunt *thiadricus* et *sibodo* et *gamer* fratres (f) quid-  
quid habuerunt in uilla *upmair* (g) pro remedio animae ma-  
trif

- uit. Hunc supra §. 104 not. (††) pro nepote Widekindi M. venditauimus.
- (b) An hic fuit *Herimannus* idem, quem supra §. 169. inter testes deprehendimus De Herimanno, et not. (v) ad familiam Widekindeam retulimus?
- (c) *Lutheri* an fuerit quidam e familia Lothariorum, de quo egimus §. 188, incertum. Fortassis Lutharius I, propinquus Folclog neptis Widekindi Magni de Thieri. De Luthari.
- (d) *Bardo* videtur fuisse, immo fator principum Waldeccensium, vicinus et confanguineus. De Bardone.
- (e) De *Haoldo*, inter progenitores comitum Lippiensium referendo, vide supra De Haoldo. §. 104. not. (n).
- (f) De his tribus fratribus, ad stemma Billinganum referendis, vide supra §. 104. not. (w) ubi etiam maxima cum veritatis specie asserui, matrem eorum fuisse filiam ducis Ostfalorum Hessi. De Thiadrico, Sibodone et Gamero.
- (g) *Upmair* villa erat in pago *Salzgo*, teste nostro Registro sapissime excitato. Occasio ergo nobis datur in situm eius pagi inquirendi. Vt autem hoc ipsum breui expediamus, nonnihil ex diplomatibus arcessamus necessum est. Ex diplomatibus Heinrici III ad annum 1051, et Heinrici IV ad annum 1057 apparet, eundem pagum situm fuisse in eadem regione, in qua pagi Nordduringen, Darlingen et Valen existere. Hi omnes in Ostfalia conspicui fuerunt, ut iam supra demonstraui. Pagus ergo *Salzgo* in Ostfalia existit. Conterminum fuisse eundem pagum pagis Derlingen et Valen, ex eodem diplomate Heinrici III licet intelligere. Bruno enim comes eiusque filius Luitolfus, eiusque filius Ecbrecht, in ante dictis quatuor pagis comitatum suum habuerunt. Inter hos Luidolfus iam anno 1038 mortuus erat, ut iam supra §. 104. not. (n) demonstraui. Pagus ergo *Salzgo* anno 1051 non amplius erat in comitatu Brunonis, licet Ill. Chr. Vlricus Grupenius in *Discept. Forens.* p. 550. ita fenscrit, nisi designarit Brunonem, fratrem marchionis Ecberti, aduocatum Corbeiensium. Quodsi igitur in episcopatu Hildesiensi intra praefecturam Liebenburg inuenimus vicum *Uppen*, inter Lutteram iuxta Bauenberge, Walmoden seu Nien-Walme, Liebenburg et Hari; nemo nos erroris arguere poterit, si per villam *Upmair* vicum *Uppen* intelligamus. Eundem pagum *Salzgo* contiguum fuisse pago Falhon septentrionem versus ex villa *Gutstete* apparet, quippe quae ad pagum *Salzgewe* refertur in *Tradit. Fuld.* p. 301. num. 20. his verbis: *Ego Hartward de Saxonia trado S. Bonifatii bona mea in Salzgewe Lerun et Gutstete et in Hetilendorf et in Geizberes cum mancipiis et prole eorum numero LXXX.* Gutstete enim erat Gusted sub inspectione Barum. *Geizberes*, *Gitter*, non procul ab oppido Salzliebenhalle, *Lerun* est villa desolata olim non procul a vico Manerten sita; *Hetilendorf* autem esse posset *Hallendorf*, quae in membranis antiquis *Hedelendorf*, et adhuc anno 1347 *Hedelendorpe* appellatur, quaeque iacet in ducatu Brunswicensi in inspectione Barum. Ecclesia eius est filia ecclesiae in Engelnsted. Quodsi vero mauis intelligere vicum *Handorf* in praefectura Liebenburg, per me licet, praeeunte iam B. I. Lauensteinio. Versus orientem confinis erat *Salzgo* pagus pago Derlingi. Id enim comprobamus ex §. 298, ubi in nostris Traditionibus villa *Gellithi* eidem pago *Salzgo* tribuitur, quae sine dubio vlllo est *Gielde* in Sladem praefectura episcopatus Hildesheimensis trans fluium Ouacram; cis flumen Ouacram autem villa *Achem* in pago Derlingi erat, quae procul dubio est *Achem*, haud procul ab oppido Horenburg sita, ad ditionem Baronum de Steinberg spectans, in ducatu Brunswicensi posita sub inspectione Kissen-



Ab anno 854 usque 877 regnante Hludouico et  
 trif eorum testes uuulfrid odo item odo. (h) hranning bilif folc-  
 maruf et alii duo.

## §. 202.

Tradidit eise quiddid habuit in *bortrun* (i) pro anima ioco-

Kissenbrück. Sed vndenam bona in villis *Upmair* et *Gellitzi* in manus dominorum, ex familia Billingana procreatorum, peruenerint, curiose videris ex nobis querere. Respondemus pauca pro instituto. Id quodammodo, quod scire laboras, intelligitur ex §. 104, vnde constat, *Tbiadricum*, *Sibodnem* et *Gamerum* fratres, coheredes fuisse Adalrici seu ducis Ostfalarum Hessi, quem bona amplissima in pagis Norththuringi et Derlingi, ac domicilium suum habuisse in castro Asselburgo haud procul vicis Chirsfenbruce et Nienthorpe. Probabilissime coniectare licet, ex hereditate eiusdem ducis fuisse bona, quæ in pago *Salgo* isti fratres monasterio nostro tradidere; hosque verisimillime extitisse satores comitum de Sladem dictorum, qui eadem in regione comitatum suum habuerunt.


De Ottonone et Otone. (h) Num ex his duobus *Otonibus* vnus est is, quem supra §. 188. fratrem Fritherici fatoris comitum Walbeccensium atque Anhaltinorum appellauimus? Nihil definitio.

De pago Agrotin-gun et villa Bor-trun. (i) Præstantissimum hic habemus paragraphum, si cum nostro Registro MSpto, in quo villa *Bortrun* ponitur in pago *Agrotin-gon*, conferre cum fueris dignatus. Vt autem eundem locum accurate extricemus, præmonendum est, vocabulum *Iaconis*, pro cuius anima hic quædam traduntur, in membrana codicis nostri ob vetustatem distincte legi non potuisse. Videtur ei substituendam esse vocem *Cobonis*. Super litteram c lineola erecta adest, et cum super litteram i nunquam eo auo exstet punctum, verisimillime genuina lectio erit *Cobonis*. Hoc monito præmissis, putamus, sermonem hic esse de *Cobbone*, fratre *Luidolfi* ducis, filio *Ecberti* ducis, quem supra §. 104. not. (n) credidimus fuisse fatorem comitum Tecklenburgicorum. Atque hoc ipsum comprobant bona, quæ *Eise*, forte *Cobbonis* vxor, pro eius ac *Tbiadulfi* anima tradidit. Verisimillimum ergo est, quod l. c. ex Erdmanno relatum legimus, *Cobbonem* nostrum anno 873 mortuum esse. Id enim cum his traditionibus congruere videtur. Cum enim infra §. 208, 210, et 224 mortuo *Cobbone* nostro eius frater *Luidolfus*, quem anno 875 vitam cum morte commutasse perhibent, adhuc inter viuos numeretur, *Cobbonem* ante annum 875 e vita excessisse oportuit. *Tbiadulfus* autem videtur filius *Cobbonis* fuisse, cum inter *Cobbonis* posteros alium *Theodulfum* deprehendamus. Plures præterea *Theodulfi* in eius familia esse potuerunt, quorum nomina in annalibus non adseruata. Hisce præmissis, pagum *Agrotin-gon* inuestigare libet. Huius autem verum situm indicant diplomata sequentia, quæ ex originum litteris accurate exhibemus. En vnum.

Q In nomine dñi dei et saluatoris nri Ihu Xpi Hludouicus diuina repropitiante clementia imperator augustus. Si liberalitatis nrae munere de beneficiis a deo nobis conlatis locis deo datis aliquid conferimus id nobis et ad mortalem uitam feliciter transigendam et ad æternam perpetualiter obtinendam profuturum liquido credimus. idcirco notum fieri uolumus diuinum fidelium nostrorum tam praesentium quam et futurorum sagacitati quia petente uuarino uenerabili abbate qui monasterium quod noua corbeia dicitur nostra concessione in regimine habere dinoscitur complacuit celsitudine nrae quandam cellam iuris nri uocatam *meppiam* quae est constructa in pago *agrotin-gon* memorato monasterio per hanc nostram auctoritatem tradere ut perpetuo sub eius ditione cum omnibus ad se pertinentibus consistat. Hanc ut diximus cellulam sub integritate cum omnibus rebus ac se pertinentibus et adspicientibus id est basilicis domibus ceterisque aedificiis terris pratis siluis cultis locis et incultis mobilibus rebus et immobilibus mancipiis diuersi



uerſi ſexuſ et aetatſ memorato monaſterio ſubditam eſſe facimur at-  
que per hanc noſtram auctoritatem ita condonamur et tradimur ut <sup>guber-</sup>  
in iure eiufdem ac monachorum ibidem per tempora dō ſeruientium <sup>nante</sup>  
in diuerſiſ neceſſitatibuſ ad diuinum cultum propenſiuſ exequendum <sup>Corbe-</sup>  
abſque cuiuſlibet diminutione et retractatione permaneat et nulluſ <sup>iam Adal-</sup>  
fideliuſ noſtrorum ab eorum dominatione et poteſtate eam quoquo <sup>gario.</sup>  
modo auferre aut in aliam quamlibet partem quacunq; occasione  
tranſſerre praefumat ſed liceat memorato abbati eiufque ſucceſſoribuſ  
ac monachis in memorato monaſterio per tempora degentibuſ iam di-  
cta cella cum omnibuſ ad eam pertinentibuſ ad dī et domni n̄ri Ihu  
Xpi ſamulatum diligentiuſ peragendum uti abſq; cuiuſquam contrarie-  
tate et quaecunq; ad ſuoſ in domni n̄ri Ihu Xpi militia uſuſ et ne-  
ceſſitateſ pertinent adornare diſponere iuſteque efficere quatinuſ pro  
nobis coniuge proleque n̄ra et pace ac ſtabilitate totiuſ imperii a dō  
nobis commiſſi alacrius eoſ indefinenter domni miſericordiam exorare  
delectet. Et ut haec n̄ra auctoriſ inuiolabilem et inconuulſam ob-  
tineat firmitatem manu propria adſcripſimur et anuli n̄ri impreſſione ad-  
ſignari iuſſimur.

Signum  Hludouici ſereniſſimi imperatoris


Hirminmaruſ notariuſ ad uicem Hugoniſ recognoui et ſſſ

data VII id. decemb. anno Xpo propitio XXI imperii domni Hludo-  
uici piſſimi auguſti indiſtione XIII. actum blianciaco in nomine dī  
felicitet amen.

Sigillum eſt æquale  
illi, quod exhibuimus  
Tab. II, n. 6.

Hugo, ad cuiuſ uicem Hirminmaruſ notariuſ hanc chartam ſubnotauit, in  
diplomate quodam eiufdem caſariſ Hludouici ad annum 839 in Eccardi *Hiſt.*  
*Geneal.* f. 256 ſeq. Huggi & abbaſ Fuldenſiſ et ſacri palatii notariuſ ſum-  
muſ et frater Hludouici imperatoris appellatur. Vnde diſcimus, quiſ ille  
Hugo fuerit, quantum ei uſ nomen. Alterum diploma, quod adducere volu-  
muſ, eſt Ottoniſ M. et tenoriſ ſequentiſ:

**Q**In nomine ſc̄ae et indiuiduae trinitatiſ. Otto diuina fauente cle-  
mentia rex nouerit omnium fideliuſ noſtrorum tam praefentiuſ quam  
et futurorum industria qualiter noſ per interuentum dilecti fratris no-  
ſtri Heinrici et uenerabiliſ abbaſiſ bouoniſ ad monaſterium ſc̄oſum  
martyrum ſtephani atque uiti monetam atque thelonium in loco *meppia*  
nominato. ſito inter aquaſ *emisa* et *baſa* dictaſ. in pago *agrotungun*  
in comitatu *duringi comitiſ*. iure perenni in proprium donauimur.  
iuſſimur quoque inde hoc preceptum conſcribi manu n̄ra ſubtuſ ſigna-  
to et anuli n̄ri impreſſione roborato.

Signum  domni ottoniſ ſereniſſimi regiſ

Brun cancellariuſ ad uicem fridurici archicapellani recognoui et ſſſ

V u

data



Ab anno  
854 usque  
877 re-  
gnante  
Hludo-  
uico et

data III kl. ianuarii anno incarnationis dñi DCCCCXLV. indict.  
secunda. anno autem domni ottonis piissimi regis decimo. actum da-  
labem in dñi nomine feliciter amen.

Sigillum est idem,  
quod exhibuimus  
Tab. I, n. 5.

His litteris adiungimus præterea sequentes:

**Q** In nomine sc̄e et indiuidue trinitatis. Otto diuina auxiliante cle-  
mentia rex. nouerit dñm fidelium nostrorum sagacitas tam præsen-  
tium quam etiam futurorum qualiter nos per interuentum dilecti ger-  
mani nostri brunonis et uenerabilis abbat̄is bouonis ad monasterium  
sc̄y martyrum stephani atq. uiti quod corbeia nominatur bannum su-  
pra duas uillas meppium nominatas. sitas iuxta fluuium *emisa* et *base* in  
*pago agrotinon in comitatu thuringi comitis.* cum moneta et thelonio  
iure perenni in proprium concessimus. Iussimus quoque inde hoc  
presens prescriptum conscribi per quod uolumus firmiterq. iubemus  
ut nullus iudex publicus in locis ante dictis ullam insuper exerceat po-  
testatem iudicariam nisi presati legitimus aduocat̄ abbat̄is. mercatum  
uero constituent publicum in illis ubicunq. abbati placuerit locis pa-  
cemq. firmissimam teneant aggredientes et regredientes et ibi manentes  
eodem modo sicuti ab antecessoribus nostris regibus iam pridem aliis  
publicis mercatorum locis concessum erat. et ut hec auctoritas nostra  
firma et stabilis permaneat manu nostra firmauimus et anulo nostro  
insigniri iussimus.

Signum  domni ottonis inuictissimi regis

Brun cancellarius ad uicem fridurici archicapellani recognoui et *fff.*  
data III kl. iunii anno dominice incarnationis DCCCCXLVI. indict.  
III. regnante pio rege Ottone anno X. actum frofa in dñō feliciter  
amen.

Sigillum non est amplius  
integrum, sed fractum.

In his diplomatibus procul dubio est cella Meppia monasterium Meppen.  
Due uero uilla, *Meppium* nominatae sunt loca duo, nominatim uicus *Olden-Mep-  
pen*, et oppidum *Meppen*, in episcopatu quidem Monasteriensis, ad iura autem  
abbat̄ie Corbeiensis usque in hodiernum diem spectans, et Corbeia adhuc sub-  
ditum. Florentius, 38 Episcopus Monasteriensis Seculo XIV medio fere Mep-  
pian conuertit in urbem. Otto IV, Comes Hoianus, Episcopus 41, castellum  
ei imposuit, defunctus a. 1424, 3. Oct. Ludouicus Pius locum donasse Corbei-  
ensi Abbat̄ie, refert Ditmarus p. 403. 418. Tom. I. Leibn. Corbeienses donatio-  
nem hanc ad annum 834 figunt. Præpositura Meppensis in manibus est Cor-  
beiensium æque ac magistratus infeudatio. Circa oppidum *Meppen* ergo *pago*  
*Agrotinon* quondam exstitit. Ibi reperiuntur & confluunt fluuii *Emisa*, die  
*Emi*,



ioconif et thiadulfi testef berthricuf *uuigbertuf* (k) adalgot cyllharduf et alii XV.

gubernante  
Corbeiam  
Adalgario.

## §. 203.

Tradidit *uuicharduf* (l) pro remedio animae suae quidquid habuit in pago *suilberi* (m) in uilla, quae dicitur *dassila* (n) testef eyfulf rainharduf *ofilag* (o) uuikger fidag et alii X.

## §. 204.

Tradidit adalharduf quando filium suum obtulit ad reliquiaf *seōrum* martyrum stephani atque uiti mansum unum cum familia in loco qui dicitur *uuyrun* (p) testef ueratheri luduuard sneuuard crymbert.

## §. 205.

Tradidit *gamer* (q) pro sorore sua helmburg quidquid habuit in *fwikefbus* testef uerinbert *thiadricuf* sibodo uolcmer bilif erp et alii sex.

## §. 206.

*Ems, et Hafa, die Hafe.* Eadem confirmantur e nostro Registro Bonorum Abbatiae Corbeiensis, in quo huic pago *Agrotingon* tribuuntur 1) *Bortrun*, Borfen in inferiori episcopatu Monasteriensis, 2) *Linduri*, Linderen in Emslandia, 3) *Ladorp*, Lastorp, 4) *Lyongo*, Löningen, 5) *Lodon*, Laten, 6) *Sugila*, Sogel, 7) *Werelidde*, Werelte, 8) *Holtur*, Holthufen in comitatu Lingensi, et 9) *Burgtun*, Borg in episcopatu Monasteriensis. Pagus *Agrotingon* ergo versus septentrionem contiguus fuit *Laingo* pago Frisiae orientalis. De hoc supra egimus §. 8. not. (q). Adigit versus orientem pagum Leri seu Leriga in comitatu Diepholtano, de quo uide annotationes nostras §. 35. not. (D). Versus meridiem autem pago Hreewiti in episcopatu Osnabrugensi, de quo uide §. 108. not. (s), pagus *Agrotingon* fuit confinis.

(k) *Wigbertus* an ad stemma Widekindeum referendus est? an filius Theodorici vel Hrothardi vel Heionis vel Thanemari fuit? De Wigberto.

(l) de *Wycharo*, ad progenitores comitum Dasseliensium referendo, iam supra egimus §. 104. not. (b) et (l). De Wycharo.

(m) De pago *Suilberi*, intra comitatum Dasseliensem olim obuiio, uide supra §. 167. not. (Q). De pago Suilbergi.

(n) *Dassila* uilla nunc appellatur *Dassel*, vrbs quondam primaria comitatus Dasseliensis, pars Hildesienfis episcopatus sub praefectura Hundesrück. Conf. de hac uilla diplomata, in *Addendis* prolata num 395. et 398. De uilla Dassila.

(o) De *Ordago* uid. §. 199.

(p) *Wyrun* uilla erat in *marca Saurmetbi*, de qua uide §. 176. not. (r). Nunc appellatur *Verne*, locus ducatus Westfaliae, ubi hominem proprium cum manso possideret abbatia Corbeiensis, qui ad officium in Mönninghulen, vulgo *das Viss Amt* dictum, refertur. De uilla Wyrun.

(q) *Gamer* nominabatur supra §. 201. *frater Thiadrici et Sibodonis*, qui hic inter testes apparent. Inde conclusimus, hic designari eundem *Gamerum*, familiae Biltinganae inferendum. Erat autem uilla *Sirikesbur* in pago *Fulben*, Registro nostro teste. Designatur per eam uicus *Sierse*, intra praefecturam Wolffenbuttel fitus, cuius ecclesia spectat ad ecclesiam Bethmar sub inspectione Bahrum. Eam ob causam putauimus supra §. 104. not. (w) unum ex his fratribus fuisse factorem comitum de Olsburg, inter Saxoniae nostrae comites quondam celeberrimorum, quorum castrum Olesburch olim in uico Olsburg ad Fusam fluium in ducatu Brunswicensi sub praefectura Lichtenberg exstitit. Collegium canonicorum De Gastero et uilla Sirikeshus.



Ab anno  
854 vsque  
877. re-  
gnante  
Hludo-  
uico et

§. 206.

Tradidit offuuardus X. iurnales in *blekisi* siue in *amadapun* (r) testes amalung dudo unroc ragenheri uuerinheri.

§. 207.

Tradidit gerho pro anima patris sui landfrid quidquid habuit in *affneti* (s) testes *ecbert* huuelp frithuger uuido et alii XII.

§. 208.

Tradidit bunico in *ungretum* (t) quidquid ibi habuit hac dispositione ut

rum desit sub Iulio duce et in præposituram conuersum, quæ iam datur beneficio dominis de Hohenrod ex Veltheim an der Ohe, vti ex membranis generosi domini *Autbonii Wilhelmi de Hohenrod*, liberalissime nobiscum communicatis, didicimus. Plura dederunt Gen. de Goebel et Noltenius.

De villis  
Blekisi et  
Anada-  
pun.

(r) De villis *Blekisi* et *Anadapun* in diocesi Paderbornensi egimus in *Clientela Corbeiensi*.

De villa  
Affneti.

(s) *Affneti* villa in Registro nostro non reperitur. Nescimus ergo, quis vicus intelligi debeat. Probabiliter autem denotari credimus vicum Oeffte, ditionis minorum de Eller, vel Affen, ad Lippiam haud procul Herfelt vico commorantium.

De villa  
Ungre-  
tum et pa-  
go Auga  
feu Ahu-  
go.

(t) Villa *Ungretum* in nulla alia prouincia, nisi in Saxonia nostra quaerenda est. Probabile viderur, eandem villam intelligi, quæ in Traditionibus Fuldensibus *Ungerodet* appellatur, et ad Wiseram in pago *Abageve* collocatur, quem pagum hæc traditiones supra §. 45. pagum *Abugo* nominant, et in eo villam *Odnobesbur* collocant. Cum nostrum Registrum, villam *Ungretum* in pago *Auga* fuisse, attestetur, arbitramur, pagum *Abugo* atque *Abageve* cum pago *Auga* vnum eundemque fuisse. Quemadmodum enim ad hanc vsque ætatem a nullo demonstrari eruditorum potuit, vbi nam pagus *Abageve* atque *Abugo* olim existierit, ita nullus situm villæ *Ungerodet* demonstrare potuit. Nec nos situm villarum *Odnobesbur* atque *Ungerodet* in diocesi Corbeiensi inuenire potuimus. Inde olim nos putasse fatemur, *Abugo* atque *Abageve* separatos pagos ab *Auga* pago fuisse. At vero per litteras edocti sumus, vestigia superesse in principatu Corbeiensi tam villæ *Odnobesbur*, quam villæ *Ungretum*. Loca ipsa super sunt circa vicum *Brenckhusen*, atque appellantur *Ottensgrund*, atque iugera Ungerensia vulgariter *das Ungerische Land* quæ reperiuntur in campo dicto *das Klaus Feld* ad viam, quæ ducit ad siluam dictam *der Sträljebusch*. Maxima igitur veritatis specie adfulgente, statui posse viderur, villas *Odnobesbur* atque *Ungretum* iisdem in locis olim existisse. Ante quatuor autem et quod excurrit secula hæc villæ iam funditus euerse fuerunt, quia in recentioribus Registris bonorum Corbeiensium e seculo XIII et sequentibus illarum villarum mentio iniicitur nulla. Quodsi vero coniecturis aliquid dandum erit, censemus, excisionem illarum seculo XII accidisse in bello Saxonico, contra Henricum Leonem gesto. Maxima enim dispendia et damna sustinuisse eo tempore territorium Corbeiense et in primis ab archiepiscopo Coloniensi, documenta nostra authentica testantur. Hisce præmissis non alienum videtur docere, quomodo in ea regione domino cuidam, e gente *Widekinde* orto, hæc bona in manus peruenire potuerint. *Bunico* enim, qui hæc tradidit, iam supra §. 104. ad stemma *Widekindeum* a nobis relatus est. Cum enim hic inter testes reperiatur *Ricdag*, quem i. e. procius consanguineo vendidimus, neque *Buniconis*, neque *Ricdagi* nomina in genealogia *Brunoniana* inueniantur, noster *Bunico* ad stirpem *Widekindeam* quoque videtur spectasse. Sed responsio erit facilis, si statuatur, *Widekindum* M. fratrem fuisse *Brunonis* ducis. Cum enim hi ex vno sanguine procreari fuissent, eorum posterum non possidere bona in vna regione non potuerunt.

Das v. Unger feld. Das Ungerische Land  
in der Gegend von Hohenrod, bei  
den Hohenrod. Das Ungerische Land  
besteht aus dem Ungerischen Land  
und dem Ungerischen Land.



ut si quid postea acquirere posset simul in hac traditione esset testef *Luidolfus comes* (u) *adalgerus* (v) *ricdag* *ofdag* *uuicger* et alii quatuor.

gubernante  
Corbeiam  
Adalgario.

## §. 209.

Tradidit yuo pro filio suo mansum unum cum familia testef hoghold deddi haold alduuard et alii duo.

## §. 210.

Tradidit *Luidolfus comes* (x) pro filio suo *tancmaro* (y) mansum unum

(u) *Luidolfus comes* sine dubio est *Luidolfus dux* Saxoniae, aduocatus Corbeiensis, De comite et frater abbatis Warini, nec non sator multorum celebratissimorum ducum atque imperatorum. Cum vero idem demum anno 875 vitam cum morte commutauerit, sequitur, traditiones, quas haecenus exposuimus, ante annum 875 esse promulgatas.

(v) *Adalgerus* an frater abbatis Corbeiensis existit, Adalgarii postea archiepiscopus Bremensis? De Adalgero.

(x) Si ex testibus colligere libet tempus, quo haec traditio peracta, *Luidolfus comes* eodem tempore et die, quo Bunico in Ungretun §. 208. sua tradiderat, tres mansos videtur donasse. Idem enim testes hic sunt, qui §. 208. inueniebantur.

(y) Locum hic habemus insignem de filio *Luidolfi* ducis, *Tancmaro*, alias non cognito. Poterit autem primum ex hoc loco explicari locus notatu dignus in Actis Idae ducissae, qui Tom. I. Script. Rer. Brunswic. Leibn. p. 174. ita se habens: *Post hac autem cum ipse locus* (Hirutfeld, qui erat in pago Dreni in Lupiae fluminis ripa) *ab aliis hereditaria successione possideretur, et, ob presidentium incuriam, uilitatibus obsolescere cepisset, continuo benignus dominus sanctae famulae suae merita IDAE, ad castigationem improborum, terribili patefecit euentu. Nam praecleari COMITIS LVDOLPHI amabilis soboles, dum adhuc in albis ab hac luce raperetur, ad eandem ecclesiam desertur. Et quia sanctae Dei opinio necdum in aperto emicuit, penes eam pusionem sepelierunt, qui die sequente de tumulo extractus, ante ianuam vestibuli inuenitur, in quo erat inclusus. Stupefacti, quibus res erat commissa, corpusculum denuo pristino loco addiderunt. Hic Luidolfi filius, cuius nomen ab Uffingo non exprimitur, probabilissime noster Tancmarus fuit. Et quia e verbis excitatis colligitur, locum Hirutfeld hereditaria successione a Luidolfo esse possessum, inde quoque concludimus, Luidolfum voluisse, ut filius suus penes auiam suam Idam Ducis uxorem sepeliretur. Quae explicatio planissima est, et cum his traditionibus, omni exceptione maioribus, aptissime cohaeret. Nihil ergo attendendae sunt Berensii atque C. Abelii exceptiones, cum nostra sententia testimonio scripti coetanei accuratissime sit superstructa. Supra enim iam demonstraui, Luidolfum fuisse filium Echeberti ducis atque Idae ducissae. Deinde possumus verbis huius traditionis explodere fabulas recentiorum quorundam, qui Luidolfo duci filium quendam Tanquardum attribuerunt, perhibentes, eum arcem Brunswici Tanquarderode fundasse, quae postea ab eius fratre Brunone duce dicta fuerit Brunswik. In sententia hac versatur Auctor Anonymus Tom. I. S. R. B. Leibn. p. 251, qui refert, Ludolphum genuisse Ottonem, Brunonem et Tanquardum, Brunonem vero ducem ANNO 890 urbem Brunswik fundasse, quae ante Tanquarderode vocata sit. Quemadmodum vero Bruno post mortem suam, quae ei anno 880 accidit, uti supra §. 104 demonstraui, nihil fundare potuit; ita eandem tamen opinionem recoxerunt Auctor Chronici Veteris Ducum Brunswicensium Tom. II. Leibn. p. 14. Io. Stadwegius in Chronico Tom. III. Leibn. p. 265. Botho in Chronico picturato l. c. p. 300. atque alii recentiores, quos honoris causa non nominamus. Tanquardus iste, quem filium Luidolfi ducis et conditorem arcis Tanquarderode fuisse asserunt, nunquam in rerum natura fuit. Ex nostro enim Tancmaro, adhuc in albis ab hac luce rapto, quendam Tanquardum fabricarunt, et quia, cum in*



Ab anno 874 usque 877 regnante Hludouico et unum cum familia in *daelbem* (z). et in *adonbus* manfos duos cum familiis testef adalgeruf bunico ofdag riedag et alii V.

De villa Daelhem.

§. 211.

mundo nihil egisse, gloriosum non erat, hinc ei fundationem arcis *Tanqwarderode* adscriperunt. Quodsi vero ex hoc loco planum est, *Tancmarum*, patre *Luidolfo* adhuc superstiti, atque ita ante annum 875. decessisse, fundator ille arcis prædictæ esse non potuit. Probabiliora habet Chronicon Gandersheimense MSprum, in quo legi retulit vir optimus nobisque carissimus Harenbergius, *Brunonem* ducem quidem Brunsvicum villam fundasse, sed nomen indidisse a *Tancmaro* locero suo petito arcis *Tancwarderodæ*. Desinant ergo docti cum Buningio eiusque continuatoribus fabulari atque ineptire.

- (z) Per villam hanc *Daelbem* intelligit Dominus *Grupenius* in *Origin. Iyrmont.* p. 159. et 162. vicum *Saltzthal* in ducatu Brunsvicensi, olim in pago *Derlingo*. Vt vero ostendamus, hanc eius sententiam minus esse solidam, primo adducere volumus villas, quibus Saxones nostri olim nomen *Dalem* imposuerunt. Prima est *Dale* in principatu Waldeccensi in præfectura *Lichtenfels*, vbi nobiles domini de *Dalwigk* quondam iudicium Westfalicum exercuerunt, id est, *enen fryen Stobl*, vti documenta nostra loquuntur. 2) est *Dalem* in episcopatu *Paderbornensi* in dynastia *Wevelsburg* inter *Lichtenau* et montem *martis* in campo *Sintfeldico*, vbi olim monasterium virginum ordinis *S. Augustini* erat, quod, cum per bella spoliis exhaustum atque exustum esset ita, vt virgines ad vicina ordinis cænobia discedere necessum haberent, anno 1429 per cænobitas *Bodecenser* adiuuantibus nobilibus *Padbergenfibus*, *Brabekianis*, *Horhufanis*, atque *Ottone comite de Waldeck* (qui quæ ibidem habebat ab abbate, *Corbeiensi* in feuda, monasterio *Dalhemenfisi*, rata ea habente dicto abbate, liberali donatione transcripsit) restauratum pro canonicis regularibus ordinis *S. Augustini*; quod ergo monasterium bene discernas velim a *Dahlbeim*, cænobio virginum ordinis *Cisterc.* in dicecesi atque vrbe *Moguntina*. 3) est *Dale* vicus in episcopatu *Paderbornensi* inter *Nienherfe*, *Herbram* atque *Paderbornam* urbem, olim *Voreverecum* ad curtem *Enenus* relatum. 4) *Dalhusen* vicus eodem in episcopatu inter *Beuerungen* ac *Borchholte* oppida visitur, in quo *Otto* episcopus *Paderbornensis* parochiam ad præpositum *Gerdenfisi virginum monasterii* anno 1305 transtulit, et in quo abbatia nostra *Corbeiensis* et nobiles de *Spiegel* bona habent. 5) *Dalem* vicus ad fluuium *Dimolam* (non *Dennel*, vti *Orig. Pymont.* p. 2. volunt) inter *Weplithi* et *Desenberg* castra, ac monasterium *Wormel*, in quo nobiles domini de *Spiegel* bona atque alia iura possident. 6) *Dalen* vicus in comitatu *Pymontano*. 7) *Dalheim* vicus in principatu *Göttingensi* in præfectura superiori *Münden*, 8) *Dahlum* villa in episcopatu *Hildesensi* in præfectura *Bilderlah*, subinde dicta *Königsdahlen*, quia tempore caesarum *Saxonico-*rum ibi castellum regium erat, quod diplomata caesarea in pago *Ambergo* collocant, de quo pago vid. supra §. 137. 9) *Dale* ad fluuium *Lippiam* haud procul a monasterio *Cappenberg* in episcopatu *Monasteriensi*. 10) *Dalem* seu *Thal* in comitatu *Blanckenburgico* ad villam desolatam *Bernefstorpe* in montibus *Hartzicis* ad *Bodam* fluuium haud procul a *Blanckenburgo* oppido. 11) reperitur in *Vita* episcopi *Meinweri* Tom. I. S. R. B. *Leibn.* p. 519. *Burwardium Daleheim* in pago *Wentgot* et in comitatu *Herioldi*, in quo et in villa *Lutterum* in eodem pago reperiunda *Otto III.* *Meinwerco* donauit duos manfos regales. Sed in *Daleheim* deprauatio verbi esse videtur, et procul dubio legendum erit *Dalheim*, vti ex ipso diplomate *Otonis* apparet, quemadmodum etiam censemus, pagum *Wentgot* nullum esse alium nisi pagum *Wessiga* in comitatu *Rauensbergico* in *Westfalia*, in quo vicus *Lutter* reperitur; *Dalheim* vero esse putamus *Dalke* in terminis comitatuum *Lippiensis* et *Rauensbergici*. 12) *Dalheim* in *Thuringia* in der *güldenene Aue* non procul ab vrbe *imperiali* ac libera *Northausen*. 13) *Grossen-Dahlen*, vbi hodie præfectura in ducatu *Brunsvicensi*, iter vnus horæ distans ab oppido *Scheppensted*, plerumque dictum *Vogtsdahlen*, vt eo melius discerni queat. 14) a vico dicto *Kleinen-Dahlen*, qui non procul abest, atque 15) a iam supra dicta villa *Dalen*, hodie *Saltzthal* dicta, duobus miliaribus distante a vico *Vogtsdahlen*, ab vrbe *Guelpherbytana* vero vix iter dimi-



## §. 211.

Tradidit helmdag pro fratre suo buniko quidquid ipsi possiderunt in pago qui dicitur *moswidi* (A) et in *sturmun* (B) familiae duas cum mansio et in *luthardeshus* (C) familiam unam cum mansio testes uiric aibert thia-  
 dric marchard luthuard alfric et alii XVIII.

guber-  
nante  
Corbe-  
iam Adal-  
gatio.

## §. 212.

dimidiae horae. Salzdalem illustre est salinis, ephoria ecclesiastica ad tempus, monasterio, et, quod maximum, arce Ducum splendidissima et celebratissima. Hisce praemissis, ostendendum est porro, per *Daelbem* villam, in qua dux *Luidolfus* mansum unum abbatiae nostrae donauit, nequaquam vicum *Salztthal* designari. Hoc patet ex diplomate regis Arnolphi, ad annum 888 dato, quod supra §. 163 ex originum litteris exhibuimus. Inde didicimus, bona Corbeiensia in villa *Dalhem* fuisse litos XIII colonum I et sextam partem salinarum, quae bona *Bouo* abbas Corbeiensis, ipsius *Luidolfi* ducis filio *Otoni* concessit, acceptis ab eo aliis bonis in pago *Nitherfi*. De XIV. litis autem, uno colono, et sexta parte salinarum non loquitur noster locus. Et sane alienum foret statuere, filium propter commoditatem loci rursus accepisse eadem bona, quae pater iam obtinuerat. Nonne enim ita filius acta patris sui damnasset? Nullus sane mentis illud perhibere poterit, qui considerabit, filium aequae ac patrem credidisse, summae opus virtutis esse, ecclesiis earumque sanctis aliquid largiri. Villam autem, in qua *Luidolfus* dux bona sua donauit, minime esse vicum *Salztthal*, euidentissime patet ex Registro nostro, in quo haec exstant verba: *in pago Hessi continentur in Dalbem mansus unus cum familia et in pago Nithega in Adonhus mansi duo cum II. familiis*. E quibus verbis discimus, per *Dalhem* intelligi *Dalem* vicum, in episcopatu *Paderbornensi* ante num. 5. indicatum; per *Adonhus* vero *Adefen*, vicum in eadem diocesi, hodie vero desolatam, olim autem obuium haud procul ab *Erfen* et *Gerden*. Meminere eius villae litterae feudales, in *Clientela* *Corbeiensis* exhibendae. Haec vero bona *Luidolfo* duci procul dubio ex hereditate patris sui *Eberti* ducis obtigerunt. Cum enim ex his traditionibus palam fiat, *Eberti* atque *Idae* filiam *Hadwi* eadem in regione alia praeterea bona possedisse, non sine veritate asseritur, bona *Luidolfi* ducis ex eadem etiam hereditate *Eberti* fuisse.

(A) De pago *Moswidi* seu *Mosweddi* iam supra §. 125. not. (l) egimus, vbi cum cum *De pago Moswidi.* *Frideric*o *Zollmanno* viro clarissimo collocauimus in fluuii *Albis* ripa. Quodsi autem *Helmdag* et *Buniko* fratres ad familiam *Widekindeam* spectarunt, vti nobis probabile videtur esse, tunc quaeritur, quomodo illi bona ad *Albiae* fluminis ripam in veteri *Marchia* acquisierint? Nemo enim adhuc aliquid de bonis *Widekindeis* in eadem regione compertum habuit. Sed respondimus iam supra §. 104. not. (††) vbi, *Bunikonem* inter coheredes fuisse ducis *Ostfalorum Hessi*, ad quem eadem bona in pago *Moswidi* procul dubio quondam spectarant, offendimus.

(B) *Sturmun* hic non poni pro pago *Sturmedi* in episcopatu *Verdensi*, de quo iam supra *De marca Sturmeti et villa Thedenichusen.* §. 166. not. (n) egimus, sed pro *marca Sturmeti* in ducatu *Westfaliae*, patet e nostro Registro. In eo enim *Saracho* abbas ita: *In marca Sturmeti in villa Thedenichusen continentur mansi II. cum familiis II.* E quibus verbis apparet, villam fuisse *Thedenichusen*, in qua *Helmdagus* ac *Buniko* ea bona tradidere. Cum itaque familia *Widekindea* in eadem regione alia bona hereditaria possederit, vti iam supra vidimus, ex eo, hos fratres ad eandem stirpem *Widekindeam* spectasse, collegimus. Est autem villa *Thedenichusen*, nunc *Dedinghusen*, ad officium in *Monninghusen* referri solita. De eo vide supra §. 176. not. (r).

(C) *Luthardeshus* villa erat, teste Registro nostro, in pago *Suilbergi*. Denotatur *De villa Luthardessen.* *Luthardessen* vicus in dynastia *Homburgica*, olim coniunctus cum dominio *Hoinboken*. In antiquis membranis appellatur officium *Luthardessen*. Habebant partem illius officii in feudo ab *Corbeiensis* ecclesia domini quidam, dicti de *Luthardessen*, et postea quidam dicti de *Eluede*. Nominatur in litteris nostris *Luthar-*



Ab anno  
854vique  
877 re-  
gnante  
Hludo-  
uico et

## §. 212.

Tradidit frekin et heriman in *hadunueni* (D) quidquid ibi habuerunt testes gericfried gheruuard brun hrodald et alii IIII.

*Wala Cleiuy* §. 213.

Tradidit uualadericus in loco qui dicitur *bodriki* (E) quidquid habuit nec non in aliis locis ut inter omnia sint familiae XII cum *territorijs* adiacentibus testes *raynmannus comes* rainfrid garuuuard albert et alii quinque.

## §. 214.

Tradidit helmric pro se et fratribus suis brunheri et athelheri quidquid habuerunt in *rotto* quod uocatur *gherdegheshusi* quod est in *aringbo marcum* (F) testes eylbertus meinuere hrodger uuulfhardus et alii sex.

## §. 215.

*Luthardessen* ene Heriscap seu dynastia, quam olim in feudo tenere nobiles domini de Homborch. Tandem vero, scilicet anno 1409, dedit princeps Corbeiensis Theodoricus consentiente capitulo Corbeiensi eandem dynastiam in feudum serenissimis Brunswicensium ac Lunenburgensium ducibus Bernhardo eiusque filio Ottoni. Sed vdenam, quæ in villa *Luthardibus* sita, in manus peruenerunt dominorum e stirpe Widekindæ? Respondemus, apparere illud ex eis, quæ ante diximus. Vidimus enim iam supra, Widekindum Magnum possedisse bona quædam in regione oppidi Bodenfelde ad Wiseram atque vrbis Einbeck. Probabilissimum ergo est, ad hæc Widekindæ bona quoque spectasse villam *Luthardibus*. Conf. infra §. 361. not. (e).

De villa  
Hadun-  
ueni.

(D) Sequitur villam Luthardeshus in Registro nostro villa *Haddunueni in pago Hessi*. Hæc *Huddingen* esse videtur intra præfecturam Wildungen posita in principatu Waldeccensi. Intelligitur autem, sine dubio vllò subesse *pagum Hessi Franco-nicum*, cuius situm ad fluuium Adranam, hodie dictum die Eder, iam supra §. 33. not. (v) indicauimus. An *Frekin* et *Heriman* ad familiam Widekindæ spectarint, id quidem in medio relinquimus. Siquis nepotes Widekindi M. et filii Herimanni eos fuisse, senserit, nos non habebit repugnantes.

De villa  
Bodriki.

(E) *Bodriki* villa erat, Registro nostro teste, *in pago Westfalon*, de quo iam supra egimus §. 178. Indicatur vicus *Büderich* in archiepiscopatus Colonienfis ducatu Westfalæ situs intra præfecturam Werl. Sæpissime mentionem faciunt nostra diplomata eiusdem villæ. Nominantur bona Corbeiensia, ad villam Bodriki & intra eam sita, *der Mönichhof*, olim a præfectis administrata, hinc etiam dicta officium, *sin Ambeckt*, quod anno 1313. tempore Engelberti comitis de Marka ad ditionem comitatus Markani videtur relatum, postea vero in feudum datum ab ecclesia Corbeiensi modo dominis de Boderke, modo dominis de Houele, modo dominis de Schelen, modo dominis de Schaphufen, et modo dominis de Widenbrueke. An *Reynmannus comes*, qui inter testes apparet, seculo IX comitatum suum habuerit in pago Westfalon, et an *Waladericus* inter progenitores comitum Marcanorum referendus sit, id in medio quidem relinquimus; intermittere autem non possumus, quin dicamus, fabulosa esse, quæ historici de origine comitum Marcanorum circumferunt, adfirmantes, eos ex Italia ab Vrsinis profluxisse, quasi nobilitati Germanicæ dedecori esset origo Teutonica, cum tamen teste Antonio Campano, Italo, *nulla sit familia in Gallis, ne regia quidem excepta, nulla in Hispania aut in Italia paulo illustrior, quæ si antiquitatem repetat, suam non statim e Germania esse prædicet, et veluti e seminario quodam vera nobilitatis venisse gloriatur*. Sic nobilitatem quærimus, quam habemus, et quam habemus, possidere nolumus: sed ita quærimus, vt eam assecuti, ex nobilissimis videamur ignobilissimi, sinceram Germaniæ originem prætereuntes.

De mar-  
cu et pa-  
go Arin-  
gho.

(F) Cardo rei hic vertitur in *Aringbo marcum*. Abesse ergo parum potest, quin ostendamus, quænam in regione marcus ille obuius fuerit. Marcum significare terminum,



minum, limitem, seu regionem finitimam alicuius provinciae maioris, iam supra §. 118. not. (X) indicavimus, addidimusque, marcum hoc loco idem denotare, ac pagum. Inuento ergo pago *Aringho*, inuentus quoque erit *Aringho-marcus*. In qua autem regione *Aringho* pagus extiterit, didicimus ex abbatis Sarachonis Registro, in quo inuenimus 1) villam *Dutbungun*, quam supra §. 128. interpretati sumus per *Dudingem*, *Dujen*, vicum vix iter vnus horae distantem a castro *Hoinboken*. 2) *Redun*, quae esse *Reden* videtur intra praefecturam *Gronau* in episcopatu *Hildesienfi* inter *Alfeld* et *Gronau* oppida. 3) *Rogge-linghuson*, quae sine vilo dubio erit *Röllinghusen* ad *Leinam* haud procul ab vrbe *Alfeld* in episcopatu eodem, *Wrisbergiis* subiecta. Vnde intelligitur, pagum *Aringho* collocandum esse circa urbem *Alfeldiam*, cum quo situs *Rothun* locus, itemque *Gberdegeshusi*, postea dictum *Gberdesen*, accuratissime concordat. *Gberdegeshusi* enim olim subfuit castro *Hoinboken*, vti nostra diplomata testantur. Habuere illud in feudo dynastae *Hombokenses* ab abbacia *Corbeiensi*. Extinctis dynastis, de *Hoinboken* dictis, nobiles domini de *Homborg* successerunt, quos, consentiente ecclesia *Corbeiensi*, in eodem feudo exceperunt serenissimi duces *Brunsvicenses* et *Luneburgenses*. Non restat ergo momentum, quo commoueamur ad amplectendam illorum sententiam, qui statuerunt, pagum *Aringho* semper dictum fuisse *Alaringen*, eundemque ad *Haleram* fluiuium in ducatu *Hannouerano* collocandum esse. Id certe cum traditionibus nostris pugnat. Semper in hisce legimus, non *Alaringen*, sed *Aringho*. Situs ergo pagi nostri nos quoque commouit, vt statuimus, dominos, qui eodem in pago sua bona habuerunt, ad progenitores comitum de *Hoinboken*, non ad *Hallermandanos*, esse referendos. Horum dynastarum, de *Hoinboken* cognominatorum, primaria sedes fuit castrum *Hoinboken*, quod a villa *Brunckensen*, ad iura *D. Baronum* de *Wrisberg* et *Göriz* referenda, haud procul abfuit. *Christ. Ludou. Kotzebue* in *Chronico caenobii Montis Francorum Goslarie* p. 60 refert, vel potius ex fabulosis *Letzneri* *Chronico Dasselensi* repetit, *Henricum* episcopum *Hildesiensem* (qui anno 1318 diem supremum obierit) ope dynastae *Homburgii* arcem *Hoimbocensem*, quod damna a praesidiariis istius arcis illata aegre tulisset, expugnasse, occupasse, diripuisse, et solo aequasse. Sed bella et rapinas finisse tam *Letznerum*, quam *Chronicon Hildeshemense* *Tom. I. S. R. B. Leibnitii* p. 758. ex sequentibus patet litteris haecenus ineditis, e quibus atque ex aliis, quas habemus, chartis dilucet, castrum *Hoinboken* adhuc anno 1355 et 1409 stetit. En litteras vnas et alteras.

gubernante  
Corbeiam  
Adalgario.

Deme erbaren Vorsten un mineme leuen Heren *Abbede Dyderike to Corbeye* enbede ek *Iohan Rottinghe* myne willighen denste to allen tiden berede minen deyl de *Graueschap to der hoinboken* alsse ek den gehat hebbe myt hern *Beseken myneme brodere* un myt mynen vedderen went an dussle tyd myt kercklenen un myt allem rechte sende ek iuk up in dussleme breue by tween iuwen mannen also recht is un bidde iuk dat ghi der mede belenen den edeln man iunchern *Siuerde heren to Homborch* un sine eruē. wanne ghi dat ghedan hebbet, so do ek un myne rechte eruen des ene rechte vorticht. to betuginghe hebbe ek dussen bref besegelt myt myneme ingefegele un ek *diderik Zake* un *Lippolt van dem werder* bekennet un betuget in dussleme suluen breue de besegelt is myt usen ingefegeln, dat wy dor bede willen *Janes van Rottinge* des boden sint un bringhet iuk dat up van siner un siner rechten eruen weggen. Dit is gheschen na Godes bort uses heren dritteyn hondert iar in deme viif unde viftigsten iare des neyften sondaghes na finte gallen dage.

Deme erbarn Vorsten unde useme leuen *Zeren abbet diderike to Corbeye* en bede wy *Zer Albrecht* riddere un *Beseke knape brodere* geheten *van Rottingen* usen willigen denst to allen tyden berede de gantzen *Graueschap to dem hoymboken* ane *Janes* deyl *van Rottinghen* uses veddern mit aller slachte nut mit allem rechte un myt alle deme dat dar to hoyret myt den kercklenen un alle dat gut, dat wy van iuk heb-

Xx

bet,



Ab anno  
854 vique  
877 re-  
gnante  
Hludo-  
uico et

§. 215.

Tradidit brunuardus pro filio suo mansum unum cum familia in *desburg* (G) testef balding haoldus.

§. 216.

Tradidit uigfuit in *hummi* (H) et in *cabriki* (I) quidquid ibi habuit testef bardo (K) dudo baddo gharuardus hauuardus.

§. 217.

bet, af dusse Syd der *leynen*, wor dat gud gelegen is, twiffchen *lewensteyne* un *Grene* un *Zomborch* un *Atuelde* un *Gronowe*, Sende wy iuk up in dussene breue by twen iuwen mannen, alle recht is, un biddet iuk, dat gy darmede belenen den eddelman *Jukh'n Syuerde herren to Zomborch* un sine rechtē eruen, wanne ghi dat ghedan heb- bet, So do wy un use rechtē eruen alle dusses vorfcreuē gudes ene rechte vorticht. To betuginge alle dusses vorfcreuen dinghes hebbe wy dussen breff besegelt myt usem ingefegele. un ek *diderik Zake* un *Lippolt van dem werdere* knapen bekennet un betuget in dussene suluē breue, de besegelt is myt usem ingefegeln, dat wy dor bede willn *Zen Albrehtes* un *Befeken* geheten *van Rottingen* vorbenomet dusses bōden sint un bringhet iuk alle dat vorbenomede gud up van orer un orer rechten eruen weggen. un is gefchen na godes Bord uses heren dufent jar drehundert iar in deme vif un feftigefsten Jare in der hillighen Apo- stole Daghe Symonis et Jude.

Plura desiderantem ablegamus ad clientelam nostram Corbeiensē. Sed cuius limes fuit, tandem quæris, *marcus Aringbo*? Respondemus: Angariæ. Sed cuius? Respondemus: orientalis.

De villa  
Desburg.

(G) *Desburg* villa erat in pago *Hessi Saxonico*, teste Registro nostro, probe autem distinguenda a castro *Desenberg*. Tam villa quam castrum reperiuntur in episcopatu *Paderbornensi*, atque illa hodie appellatur *Dasborg*. Visenda est haud procul ab oppido *Borgentricke* tam maior quam minor *Dasborga*. In viroque vico sunt abbatiae nostrae bona sua. Incertum ergo erit, locus vter intelligatur. Iacet autem vicus *Dasborg*, quasi ad radices altissimi montis, in quo castrum *Desenberg* conspicitur, quod olim ad iura *Heinrici Leonis Saxoniae* et *Bauariae ducis*, et ad *Paderbornensem* ac *Corbeiensē* ecclesias spectauit, hodie vero est dominorum *de Spiegel*, qui se in quatuor diuidunt ramos, nempe in dominos *de Spiegel* ex *Desenberg*, ex *Rotenburg*, ex *Klingenberg* atque ex *Oebelguene*. Horum singulae progenies rursus suas norunt familias. *Briunwardum* qui in villa *Desburg* quadam tradidit, atque *Haoldum*, qui inter testes apparet, ad stirpem *Brunonianam* supra §. 104 retulimus, neque in eo errasse nos arbitramur, siquidem, extincta *Haoldi* et *Brunwardi* progenie, bona in eadem regione in manus peruenere *Leonis*, qui ex eadem stirpe per feminas descendebat, vti l. c. ostendimus.

De villa  
Hummi.

(H) *Hummi* villa erat in eodem pago *Hessi Saxonico*, vti apparet ex antiquissimo Registro bonorum abbatiae *Corbeiensis*. Intelligitur ergo procul dubio villa *Humme* in praefectura *Drengelborg*, subiecta iurisdictioni serenissimorum dominorum *Landgrauiorum Hassio-Casselatorum*. Cuiusnam vero stirpis fuerit *Wigfuit*, quae in villa *Hummi* bona sua donauit, res altioris est indaginis. Iam supra §. 171 deprehendimus eandem *Wigfuit*, dantem aliquid in villa *Bardonus* obnium, intra pagum *Suilbergi*. Ex quo momento colligi poterit, eandem fuisse coniugem cuiusdam domini, e progenitoribus comitum *Northeimensium* et *Dasseliensium* procreati. Eandem opinionem confirmat villa *Hummi* in pago *Hessi Saxonico*. Vidimus enim iam supra §. 33. not. (v) et §. 104 not. (1) dominum quendam



quendam Folcboldum, e gente Northeimensi natum, bona quaedam eundem intra pagum in villa Ambrichi, haud procul a villa *Hummi* sita, possedisse. Hinc colligere licet, nostram *Wigsuit* ad eandem gentem spectasse. Cum vero eadem *Wigsuit* bona quaedam, intra pagum *Hessi Franconicum* ad villam *Calviki* posita, tradiderit, afferere eapropter non audemus, progenitores comitum Northeimensium in pago *Hessi Franconico* bona habuisse. Sed arbitramur, eandem *Wigsuit* filiam fuisse cuiusdam domini intra pagum *Hessi Franconicum* morantis; quam sententiam porro confirmamus e verbis §. 195, in quo *Wygisuit* et *Merio* pro anima fratris sui *Waldonis* donant 30 iurnales in villa *Thurisloun* in pago *Hessi Franconico*. Eiusdem villae bona *Wulshardus* quidam et *Odoy* mansum tradiderant, testante §. 60. Hic *Wulshardus* quaedam donavit ad villam *Mareberteshus* intra pagum *Suilbergi* sita §. 75. Vnde colligere licet, nostram *Wigsuit* huius *Wulshardi* uxorem fuisse. Quis vero eiusdem *Wigsuit* pater fuerit, e traditionibus nostris non ita demonstrari posse fateamur, ut de eo lis restet nulla. Cum autem *Berndag* quidam §. 57 dictae villae *Thurisloun* duos iurnales largitus sit, verisimiliter iste *Berndag* nostrae *Wigsuit* avus fuit, cuius *Berndagi* nepos videtur *Erdag*, cuius meminere traditiones §. 253 et 279. Putamus vero eapropter, istum *Erdagum*, cuius vxor l. c. appellatur *Gherburgb*, fratrem fuisse nostrae *Wigsuit*, quia *Erdag* in eadem villa *Calerike*, in qua *Wigsuit* quaedam largita erat, bona quaedam donavit. Nec negari posse censemus, eundem *Erdagum* per pagum *Hessi Franconicum* dominum fuisse. Nam ipse in villis *Dueren* (*Duren*) et *Balemeri* quaedam tradidit. Haec vltima est *Balern* vicus in *Landgraviatu Hassiae* ad limites comitatus *Waldecensis*. Hisce praemissis, ut altius de eis cogites, addenda sunt quaedam de villa *Hummi*, quam eandem fuisse putamus, quae in litteris subiectis nunquam antea editis, appellatur vicus *Humme*, in quo abbas *Corbeiensis Mauricius*, comes de *Spiegelberg*, quaedam in feudum confert *Reynharto* de *Talwich* et *Frederico* de *Hertingshufen*. En litteras.

Von Gods gnaden wy *mauricius* abbt des frigen stiftes to Corueye bekennen openbar vor uns unse nakomen vor allen luden in dussem breue dat wy han belent un belenen mit kraft dusses breffs als recht un wontlich ys lehen to donde myd willen un fulborde unses capitels to Corueye mit dren houen Lande gelegen toe *Humme* un toe *Hal-dungen* in un en buten den dorpe mit al eren rechte tobehoringen als de gelegen an ackere an wesen watere un an weyden woe de egentliken namen eigen nichts dar van utz toe scheidende de uns un unsen stifte syn vorlediget von den von *Haldeffen* un von den von *Stammen*: un ok myd eneme halven tzenden tzu *Herberen vor der Numborch* der ok von uns to leyne rored *Reynhart von Talwich Reynhardes sone* un *frederiche von Hertingshusen* to eynē steden rechten man lene erfliken tzo habinde un ere rechtē liues man eruen un se schulden unse unfer nakomen un stifte vorgef. truwe un hulde man dar van sin un de gude to uns vordenen un vormanen un vorstan als truwen bederuē mañe to rechte bord un ok de un ere eruen vorgef. to allen thyden entphan von eynē abte to Corueye wan un wo vaken sich daz valed un tho rechte bord ok so don wy un geuen vorgef. abt von Corueye der gef. gude un tzenden frowen *netzen Reynhardes* vorgef. ehlichen huffrouwen dar anne eyne fullen komen rechte listucht un wy belistuchtiget de ergnt. vrowen *netzen* dar mede in kraft duss breffs als recht un wontlich ys un ere dar anne dar bekennen unse geweren als uns dat dorch recht gebort. ok soe wil wy vorgef. albd un sollen dussen ergenant. guden un tzenden *Reynharde* un *frederiche* vorgef. ere eruen vorg. beleñ un geweren tzu allen tzyden als sich gebort tho rechte deme heren finen mannen tzo donde. were ok dat dusse vorgef. *Reynhart* un *frederich* afgingen ane rechte liues man eruen dar god vor sy so weren duss vorgnt. houe gude un tzenden unsem stifte und abidge ledich un los geworden na frowen *netzen* vorgef. leue. al duffer vorgef. Dingh un rede tzo sicherher warheyt un tzo guden steden tuge so han wy vorgef. abbt vor uns und unse Nakomen unf. ingefegel don hangen an dussen breff un wy wedekint prior dederich



Ab anno  
854 vsq̄ue  
877 re-  
gnante  
Hludo-  
uico et

rich prouest n̄ dat gemeyne capitel to Corueye bekennen vor uns vor unse nakomen dat duffe vorgef. ding also sin geschen mid unsen wetten willen und fullborde und haben des tzo guder kuntfchap n̄ tzo tuge unses capitels ingefegel na unses gnedigen heren ingefegel heten hengen ok an duffen bref. Dat. anno dñi

M. CCCC XXXII. ip̄o die bti iōh̄is evang<sup>te</sup>— quo ad portam latinā.

Sigillum abbatis  
Corb. Mauriti  
vide in Tab. IV,  
num. 2.

Sigillum capituli  
Corbeiensis vide  
in Tab. IV, n. 3.

Non vna, sed plures nos causa mouerunt, vt has addiderimus tabulas. Primo enim ex illis genealogia dominorum de Dalwigk ex Schaumburg et Lichtenfels emendari poterit, quae Reinhardi patrem constituit Elgarum. Patrem vero illum haec litterae appellant Reynhartum, qui aliis in nostris documentis nominatur eques, fratremque habuit Theodoricum abbatem Corbeiensis, de quorum progenitoribus e litteris nondum editis egimus pluribus in clientela Corbeiensis. Porro Fredericus de Hertingeshusen est filius Frederici de Hertingeshusen, qui anno 1400 pridie pentecostes die Bonifacii occidit Fridericum ducem de Braunschweig et Luneburg caesarem designatum et Francofurto domum reducem, non longe ab oppido Frizlaria Moguntinae diocesis ad vicum dictum paruum Englis, quique postea interceptas pœnas perfoluit Henrico Brunswicensi duci dissectione corporis in quatuor partes, quae totidem impositae sunt rotis, vti latius referunt Cyr. Spangenberg in der Mansfeldischen Chronica cap. 303. p. 351 seqq. Nic. Schatenius in Annal. Paderb. Tom. II. p. 467 seqq. Meibomius in Chronico Ridagshufeni T. III. S. R. G. p. 373 seqq. Imman. Weberus in Specimine Padermiarum Historicarum p. 7 seqq. Kuchenbecker in Anal. Hassiac. coll. VI. p. 320 seq. auctoresque ab his citati.

De origi-  
ne Con-  
radi I re-  
gis Ger-  
maniae.

- (I) Cum villa Calriki fuerit in pago Hessi Franconico, nullus alius vicus designatur, nisi vicus Keller in inferiori Hassia. Quia vero pagus Hessi Franconicus contiguus fuit pago Loginacogoue sito ad fluiuium dictum die Labne, non dubito, fore plebrosque, qui Berndagum, de quo egimus in nota praecedenti, ad progenitores regis Germaniae Conradi I referent, cum relatum tegent, eiusdem regis patrem Conradum comitem bona sua hereditaria in eadem regione possedisse. Ex Reginone enim ad annum 892 constat: hunc Conradum in Hassia in loco, qui dicitur Frideslar (Fritzlar) resedisse. Patrem ergo Conradi constituimus Vaiarinum, quem infra deprehendimus aliquid tradentem in villa Rarbecke in pago Hessi, quae probabilissime est Rorbeck in principatu Hirschfeldensi intra Hassiam, atque capropter etiam hunc Vaiarinum auum Conradi regis diximus, quia ex Ecardo iuniore de Cal. Monast. S. Galli cap. I. patet, Conradum regem omni anno censum capitis sui in cera ad sepulcrum S. Othmari, vti FILIVS carnisficum illorum, qui S. Othmarum diu vexauerant, pro reatu in eum quasi proprio misisse, Othmarum autem vexasse WERINHERE et Ruatbardum, qui Alemanniam ab imperatore missi administrabant. Sit ergo auus Conradi regis Vaiarinus seu Werinharius seu Warinus. Vdo comes itaque eius auus esse non potest, vti Io. Hubnerus cum Tolnero praeunte putauit: neque Etbico, filius Welfonis, quod Bucelinus affirmat, neque Conradus comes Parisiensis, quae opinio N. Hier. Gundlingio adrisit. Quamuis enim Vaiarinus noster missum regium egerit in Alemannia, habuit tamen ipse bona sua priua seu allodialia in Hassia aequae ac Berndag, cuius probabilissime pronepos fuit. Id postea disceptabimus, exquisituri progenitores regis Conradi. Hos inter numerari debent Vaiarinus et Berndag, quia historicorum nemo amplius negat, Conradi regis patrem cognominem in




in pago Hessi Franconico, eique contiguo Loginacowe, bona sua hereditaria habuisse. *Vaiarini* pater et mater qui fuerint, id nemo hactenus ostendit. Verisimillime autem ei fuere *Erdag* et *Gherburgh*, quorum meminere traditiones nostræ §. 279. Hæc omnino ex sanguine potentissimorum regum Francorum oriunda fuerit oportet. Hludowicus enim, Infans et Rex Germaniæ, *Conradum* ducem et postea regem nominavit nepotem suum anno 910 in literis, quæ reperiuntur Tom. I. Thesauri Anecdotorum nouissimi Martene et Durandi p. 264, his verbis conceptæ: *rogatu atque consultu fidelium suorum Hatonis venerabilis patris sui nec non Chuanrathi egregii ducis et fidelis nepotis sui, cui-dam Chuanratho dilecto comiti suo filio Eberhardi in pago Loganaha in eius comitatu curtem dominicalem Brechene nomine . . . . donauit.* In hoc diplomate sine dubio vllò est *Chuanrathus dux* is, qui postea salutaturs fuit *Conradus I*, rex Germaniæ. Hic ergo consanguineus Hludowici Infantis fuisse necessum est. Eadem autem consanguinitas regis *Conradi* cum stirpe regum Francorum orta fuerit oportet ex matrimonio *Erdagi* contracto cum *Gherburgha*, quæ appellatur *filia regis Hludouici* in Chronico nostro MSpto. Cuiusnam vero Hludouici filia fuerit ipsa, non additur. *Hludouici I* et *II*. cæsarum filia esse non potuit, siquidem alias appellaretur filia imperatoris. Nota ergo fuit vel ex *Hludouico I*, Franciæ orientalis rege, vel ex *secundo*. Huius vero, scilicet *Hludouici II*. filia fuisse non potuit. Cum enim illi anno 869 in Saxonia *Luitgarda* ducis *Luidolfi* filia desponsata fuerit, cum qua paulo post nuptias celebravit *Afchaffenburgi*, *Gobelino* teste *Ætate VI. c. 42.* Tom. I. *Meibom* p. 243, qui hoc ex antiquioribus haurire potuit; *Gherburgha* ante annum 870 nasci non potuisset. Iam autem ponamus, eandem *Gherburgham* anno ætatis XIV viro nupsisse *Erdago*. Hoc pacto *Vaiarinus* demum anno 886 lucem adspicere potuisset viralem. Quodsi autem ponamus, *Vaiarinum* anno ætatis XVI consorem thalami sibi adsciuisse, *Conradus comes* ante annum 902 in vitam et lucem suscipi non potuit. Ita *Conradus comes* pater *Conradi regis* esse non potuisset. Si enim *Conradus comes* anno ætatis suæ XVI *Glimuodam* in fædus thori adlegisset, *Conrado regi* demum anno 918 in luminis auras prodeundi fuisset facultas. At hoc tempore *Conradus rex* iam Germaniam gubernauerat per quinque annos. *Gherburgha* ergo sine vllò dubio fuit soror regis *Hludouici secundi*. Ex quo momento sequitur, eandem quoque fuisse regis *Hludouici I*. filiam et glorem *Luitgardæ*. Hinc porro argumentamur, 1) *Erdagum*, maritum *Gherburghæ*, præpotentem dominum et possessorem magnarum diuitiarum in Hassia fuisse, vt filiam regis Germaniæ in matrimonium ducere auderet, 2) rectissime *Erdagum* dici filium *Esiconis comitis*, ac pronepotem *Gerhaonis ducis*, atque auum *Conradi comitis*, et 3) *Conradum I*, regem Germaniæ, originem traxisse e stirpe regum potentum, qui moderati sunt res Francorum, editum e nobilissimorum ducum Saxoniorum progenie. Videre id ipsum poteris e tabulis genealogicis modo subiectis, quarum prima regis *Conradi* cum stirpe Carolingica et Brunoniana adfinitates et cognationis copulam variam, viuis quasi coloribus delineatam, spectatorum lectorumque obtutui exhibet et repræsentat. En tabulas ipsas.



Ab anno  
854 usque  
877 re-  
gnante  
Hludo-  
uico et

T A B. I.




T A B. II.



T A B. II.

Otto filius Conradi et Luitgardæ terræ  
Hassiacæ et Wormatiensis dominus, dux  
Carinthiæ et comes Veronæ §. 417.

guber-  
nante  
Corbe-  
iam Adal-  
gario.



T A B. III.



Ab anno  
854 usque  
877 re-  
gnante  
Hludo-  
uico et

## TAB. III.

Jutta filia Hermanni I Landgravi Thuringiæ  
et comitis palatini Saxonie nupta 1) Theodo-  
rico Misnensi et Orientis Marchioni, qui vixit  
1192, 1199, 1215 et † 1220. 2) Popponi comiti de  
Henneberg.

Henricus illustris n. 1218. Misnensis et Orientis marchio 1231, 1235,  
1241, 1242, Landgravius Thuringiæ, et comes palat. Saxonie 1253  
† 1288 vx. eius 1) Constantia † 1243, 2) Agnes † 1268 3) Elisabeth.

Albertus degener n. 1240. Landgr. Thuring. et Com. Palat. Saxonie 1272, 1280, 1282, 1283, 1286, 1290, 1291, 1294, 1295, 1298, 1300, 1306 † 1315. vxor 1) Margaretha filia Fride- rici II imp. † 1270. 2) Kunne de Hsenbergk. 3) Alheid relicta comitis de Arnshau.	Theodoricus n. 1242. marchio de Landesberg 1263 † 1283.	Fridericus marchio de Dresden n. 1271 † 1316.			
	Fridericus n. 1269 † 1291.				
Henricus n. 1256 filius Alberti 1272 Misnens. et orient. marchio 1284.	Fridericus admorsus n. 1257, 1272. marchio Misnens. 1281, 1295, 1308, 1323, 1325, 1326. vxor eius 1) Agnes 2) Elisabeth.	Theodoricus n. 1260 1272. marchio 1291 1295 † 1307.	Ludouicus Apetz seu Apolloni- us † 1299.	Agnes 1272. vx. Henrici Brunsi, et Luneburg. ducis.	
	Fridericus 1276 † ante a. 1307.				
Fridericus claudus n. 1319, 1331.	Fridericus feuerus seu macer marchio Misniæ et Landgravius Thuringiæ et dominus terræ Plisnensis 1338 † 1349. vel seq. vxor eius Mechtild filia cæsa- ris Ludouici † 1346.			Elisabeth 1359. vxor Henrici Landgravi Hassie † 1368.	
Fridericus iuuenis. 1332 † 1360, 1380 † 1381 ætatis 51. vxor Catharina filia Henrici comitis de Henneberg. 1386.	Fridericus strenuus 1350 Sigismun- dus n. 1330 episcop. Merseb. 1380, 1383. 1399 † 1406. vx. Margar. B. de Nurn- berg.	Balthasar n. 1336 Landgr. Thuring. et M. Misniæ 1360, 1366, 1372, 1378 1380, 1383. 1399 † 1406. vx. Margar. B. de Nurn- berg.	Ludouicus n. 1340. e- pisc. Hal- berstadtens. n. 1343. 1363, 1366 episc. Bam- berg. 1366 electus Mogunt. † 1380.	Wilhelmus M. Misn. n. 1343. 1350, 1358 1366, 1386 1396, 1398 † 1407.	
	Fridericus pacificus marchio 1398 1406, 1413 † 1440.				
Fridericus bellicosus n. 1369 marchio Misniæ 1388, 1391 1412, 1413, 1414. dux Saxo- niæ et elector 1423 † 1438. vx. eius Catharina filia Hen- rici Brunsvic. ac Luneburg. ducis † 1442.	Wilhelmus diues n. 1370, Landgr. Thuring. et mar- chio Misniæ 1413. 1414 † 1425.			Georgius 1398. † 1402.	
Fridericus placidus 1414. D. Saxon. et elector 1433, 1439, 1441, 1444, 1448, 1451, 1458 † 1463. vx. Margaretha fil. Ernethi D. de Austria.	Sigismundus n. 1416. episcop. Wurtzburg. 1440, 1441, 1442.	Wilhelmus dux Sax. 1439, 1441, 1448, 1451, 1452, 1460 † 1482.	Henricus n. 1422.	Anna vx. N. Land- gravi Hassie.	Catharina n. 1420. vxor Friderici elect. Branden- burg.
Ernestus n. 24 Martii 1441. dux Saxon. et elector 1473, 1479, 1483, 1485, 1486 † 1486. vx. Elisabetha Duc. Bavarie. Sator lineæ Ernestine. vid. Tab. 4.	Anna vxor Alberti march. Brandenb.	Amalia vx. Lu- douici Bauar.		Albertus dux Saxonie et marchio Misnensis 1483. Sator lineæ Albertine. vid. Tab. 5.	


TAB. IV.



TAB. IV.

Ernestus dux Saxonie et elector † 1486. vxor Elisabetha Duc. Bauarie.

gubernante Corbeiam-Adalgario.






Ab anno  
854 usque  
877 re-  
gnante  
Hludo-  
uico et

## TAB. V.

Albertus dux Sa-  
xonie et marchio  
Misenis 1483.



TAB. VI.



TAB. VI.

Sophia, filia Ludouici VII et Elifabethæ,  
nata 1224, Landgraphia Thuringiæ 1248.  
vxor Heinrici ducis Brabantia.

gubernant  
Corbeiam  
Adalgario.

Henricus infans dux Lotharingæ et Brabantia, Landgravius Hassiæ  
1247, 1265, 1279, 1280, 1291, 1297, 1300, 1301, 1303, 1305. vxores eius  
1) Adelheid, filia Ortonis pueri Brunf. ac Luneburg. ducis 1258  
2) Mechtild filia Theodorici com. de Cleue 1279, 1294, 1296. vidua 1272, mortua ante an. 1279.  
e primo toro. e secundo toro.

Sophia Adel- Mech- Elifa- vx. Ot- heid tild vx. beth tonis vxor Gode- vxor com. Ber- fidi Iohan- Ludouici minus 1296 de tholdi com. nis co- C. P. R. 1302, 1303 Wal- com. deZie- mitis deck de gen- Sei- uaria, et 1314, 1315 vidua Hen- han nenfis Mechtild 1306. ne- 1287 1289. dis filia 1323, † 23 bergk 1302 cæsaris 1283 1304. Rudolphi I. 1328. vxor 1284 Heinrico eius Adel- 1299 mortuo, heid 1304. 1308 vx. Hein- (comitissa Henricus co- Heibeke 1304. ricæ mar- mes de Wal- sanctimonialis chionis deck 1306. in monasterio Branden- vxor eius A- Aldenburg. burg. delheit co- prope Wetzfla- E primo mitissa de riam toro nata. Cleue. Agnes vxor Ger- lacicomitis Naf- souici 1309.	Elifa- Agnes Catha- Marga- Iohannes Ludo- beth vx. Io- rina retha 1300, 1303 uicus vx. 1) kannis vx. Ot- vx. do- 1305, 1308 1308 Wil- Burg- tonis mini 1309, 1311 episc. hel- graui com. de † 1311 mona- mi No- de Or- Görtz vx. eius sterien- Br. rim- la- 1308. Adelheid sis 1334. ac ber- mun- 1309. (fi- Lun. genfis. de lia Hen- ducis 1308. ricæ Brunf. fra- acLuneb- ducis.) tris Al- bertii 2) Ger- hardi domi- ni de Ep- pen- stein 1294.
---	--

Henricus Ferreus, primoge- nitus Ortonis Landgrau. Haf- fia 1320, 1328, 1330, 1334, 1336, 1337, 1339, 1349, 1341, 1345, 1346, 1346, 1358, 1364, 1367, 1369, vx. eius Elifabeth filia Friderici admorfi mar- chionis Misnia.	Ludouicus Land- gravius 1364 1367, 1369.	Hermannus 1334, 1346 1375.	Adelheid Re- gina Poloniæ 1340.
Otto figurarius, filius Henrici primogenitus 1341. Landgr. Hassia, 1352, 1354, 1358, 1364 † 1369. vxor eius Elifabe- tha de Cleue.	Henricus 1370, 1375.	N. filia vxor Ortonis Br. acLuneburg. ducis.	Hermannus Landgravius, terræ Hassiæ dominus 1367, 1369, 1370, 1376, 1381, 1385, 1389, 1391, 1395, 1397, 1398, 1400. vid. Tab. 7.



Ab anno  
854 vique  
877 re-  
gnante  
Hlodo-  
uico et

## TAB. VII.

Hermannus Landgrau, Hassiæ 1367, 1369, 1370  
1376, 1381, 1385, 1389, 1391, 1395, 1397, 1398, 1400.

Ludouicus Landgravius Hassiæ 1404, 1413, 1413, 1419, 1420, 1421, 1426, 1429  
1431, 1440, 1440, 1441, 1441, 1445, 1448, 1450, 1454, 1458, 1459.

Ludouicus Landgrau. Hassiæ 1462, 1465 1466, 1468, 1469, 1470 † 1471. vx. Mechtild.	Hermannus archiepisc. Colon. 1473, 1474 1482, 1488, 1495 1502, 1506 † 1508.	Hermannus Ca- non. Colon. 1469, 1479 1500.	Henricus 1452, 1462 1471, 1474, 1479 vx. Anna comitis de Catzenellenbogen.	Agnes vxor Ottonis Br. ac Luneb. ducis † 1472.
---	--	---	---	---

Wilhelmus senior n. 1469, 1479, 1485 1489, 1490, 1491 † 1515.	Wilhelmus medius 1479, 1502, 1503 1504, 1506 † 1509. vx. 1) Jolanda ducissa de Lotharingia 1497. 2) An- na ducissa de Mecklenburg. 1515.	Wilhelm junior Elifa- beth 1489, 1499 † 12 Febr. 1500. vx. 1479. Mechtild ducif- fa de Julich.	Mech- tild. 1500.	Her- man- nus 1500.
--	---	--	-------------------------	------------------------------

Magdalena.

Philippus magnanimus n. 13 Nouemb. 1504,  
Landgrau. Hassiæ 1514, 1518, 159, 1524,  
150, 1533, 1535, 1536, 1555, 1557 † 1567. vx.  
Christina filia Georgii ducis Saxonæ.

Wilhelmus 1552, 1555, 1562 1567, 1577, 1585, 1587, 1589 † 1592. vxor Sabina duc. de Wurtemberg.	Ludouicus 1555, 1577 1579, 1582 1585, 1589.	Philippus 1555.	Agnes vxor Mauritii Duc. Saxon. et Ele- stor. 1540.	Georgius † 1596. Sator lineæ Dar- mstadenfis. vid. Tab. 8.
--	--	--------------------	--	---

Mauritius Landgravius Hassio Casselanus  
1603, 1608, 1614 † 1632. vx. 1) Agnes  
filia Io. Georgii comitis de Solms 2) Lu-  
liana filia Iohannis com. de Nassau Dil-  
lenburg.

Wilhelm 1632, 1634, 1635 1635 † 1697. vxor Amalia Elisibetha comit. de Hanau 1647.	Fridericus † 1655. vxor Eleonora Catharina, fo- ror Caroli Gustavi regis Sueciæ.	Ernestus, Land- grau. Hassio- Reinfel. † 1693.
---	---	--

Wilhelm Landgr. Hassio - Cassel. 1654 † 1663. vxor Hedewig So- phia fil. Georg. Wilhelmi elect. Brandenburg.	Christina n. 10 Oct. 1648 † 8 Mart. 1702. vxor Ferdinandi Alberti Brunsv. ac Luneburg. ducis † 23 April 1687.	Wilhelmus n. 1648 † 1688.	Carolus n. 3 Aug. 1649.
---	--	---------------------------------	-------------------------------

Charlotta Amalia regina Daniæ.	Carolus Landgr. H. Cassel. n. 3 Aug. 1654 vxor Maria Amalia, filia Iacobi D. de Curland.	Philippus Landgr. Hass. Phil- lipsthal n. 1655.	Ferdinandus Alber- tus Brunsv. ac Lun. dux † 3 Sept. 1735.	Ernestus Leopoldus n. 25 Iun. 1684.	Christianus n. 11 Iul. 1689.
---	--	---	--	--	------------------------------------

Frideri- cus Rex Sueciæ n. 28 April. 1676.	Wilhel- mus n. 10 Mart. 1682 vx. Doro- thea Wilhel- mina D. Saxon.	Maxi- lius n. n. 8. 28 Maii 1689.	Geor- gius n. 8. Jan. 1691.	Caro- lus n. 23 Sept. 1682. vx. Ca- rolina Christi- na D. Saxon.	Wilhel- mus n. 2 Apr. 1692. vx. Wil- helmina Charlot- ta P. de A. Bern- burg.	Carolus Dux Brunsv. ac Lu- neburg. n. 1 Aug. 1713.	Iosephus nat. 22 Sept. 1705.
---	--	---	--------------------------------------	--	--	--	---------------------------------------

Fridericus n. 14. Aug. 1720. vx. Maria fil. Geor- gii II. Regis Magnæ Britan- niæ.	Wilhelmus n. 29 Aug. 1726.	Wilhelmus n. 18 Mart. 1726.
---	----------------------------------	-----------------------------------

Georg Wilhelm  
n. 3 Iun. 1743.


TAB. VIII.



## TAB. VIII.

Georgius filius Philip-  
pi Magnanimi Landgr.  
Hasso - Darmstadenis  
† 1596.

guber-  
nante  
Corbe-  
iam Adal-  
gario.



Mirabere, lector, quod hoc genealogicum schema multa habet noua. Quamobrem ea iam rationibus stabilimus ac confirmabimus non contemnendis. *Gerbaum ducem* statuimus progenitorem omnium comitum Hassia, atque hoc eam ob causam, quod ex genuino Caroli Magni diplomate patet, eundem *Gerbaum* bona sua hereditaria tenuisse ad filiam Bocchoniam, et circa locum Hauucabrunni. Vnde animaduertere licet eundem *Gerbaum* bona sua priua in Hassia habuisse, atque vt eo melius de hoc momento iudicare possis, praesantissimum diploma, ad quod iam supra saepissime prouocauimus, tandem aliquando addimus. En illud.

**C**In nomine patris et filii et sp̄s s̄i Karolus serenissimus aūg a dō coronatus magnus pacificus imp̄ romanum gubernans imperium qui et p̄ misericordiam dī rex francorum et langobardorum. Omnibus fidelibus nostris praesentibus et futuris notum sit quia *asig* qui et *adalricus* fidelis noster innotuit serenitati n̄rae eo quod pater illius *hiddi* dum ceteri *saxones* contra nos infideliter egissent praesatus *hiddi* malens fidem suam seruare quam cum ceteris infidelibus perseuerare relinquens patriam natiuitatis suae ueniens ad nos & dum in nostro esset obsequio uenit ad uillam cuius est uocabulum *uulufangar* quam tunc temporis *franci* & *saxones* pariter inhabitare uidebantur cupiens ibi manere sed minime potuit tunc pergent ad locum qui dicitur *hauucabrunno* inter *uuiseraa* & *fuldaa* occupauit sibi partem quandam de silua quae uocatur *bocchonia* quam moriens dereliquit filio suo *asig* qui et *adalricus* uocatur sed postea uenientes missi nostri ad eadem loca praedictam siluam ad opus nostrum



Ab anno  
854 vsque  
877 re-  
gnante  
Hludo-  
uico et

nostrum conquiserunt ad *hereditatem* scilicet *gerhao quondam ducis* nos tamen propter fidele seruitium praedicti fidelis nostri *asig* siue patris petitionem eius ad effectum perducere uolentes in eadem filua in loco memorato ubi pater eius *hiddi* illud proprium quod in eorum lingua *biuanc* uocatur fecisse cognoscitur duas leugas in longum et duas in latum et sex in circuitu illi et heredibus eius concessimus ad habendum sed pro integra firmitate ad nostram accedens clementiam postulauit celsitudini nostrae ut nostrae auctoritatis praeceptum ei confirmare deberemus quatenus ipse et heredes illius perennis temporibus absque alicuius praepiudicio tenere et possidere quieto ordine deberent cuius petitionem non abnuentes sicut unicuique fidelium nostrorum iuste & rationabiliter petentium ita concessisse atque in omnibus confirmasse cognoscite. Praecipientes ergo iubemus ut nullus fidelium nostrorum praesentium scilicet et futurorum praefatum *asig* qui & *adabricus* uel heredes illius de hoc proprio sepius memorato quod in lingua eorum *biuanc* dicitur expoliare aut inquietare ullo quoque tempore praesumat sed liceat ei sicut diximus per hoc nostrum praeceptum ipsam terram quantumcumque pater eius occupauit & ei in hereditatem dimisit omni tempore tenere atque possidere. Et ut haec auctoritas firmior habeatur et per futura tempora melius conseruetur de anulo nostro subter sigillare iussimus.

Quitherus diaconus ad uicem hieremiae recognoui et *ssss*

data. VII id mai anno Xpo propitio imperii nostri XIII regni uero in francia XLV atque in italia XXXVIII indictione VI actum aquisgranii palatio regio in di nomine feliciter amen.

Huius diplomatis interuentu donauit Carolus Magnus locum Hauucabrunno, inter Wiseram et Fuldam stuuos, fideli suo adsecutori *Asig*, qui, ut iam ante demonstrauius, erat dux Ostfalarum *Hessi*. Hic in monasterio Fuldensi animam creatori reddidit, et, nulla mascula prole relicta, hereditatem distribuit filiabus. Per feminas ergo locum Hauucabrunno in manum comitis *Esic*, qui eundem locum, teste §. 110, monasterio Corbeiensi tradidit, peruenerit oportet. Comes itaque *Esic* uel gener, uel nepos ducis Ostfalarum *Hessi* seu *Asig* fuit. Ipsum uero nomen *Esic* satis dilucide commonstrare uiderur, *Esiconem comitem* nequitiam fuisse generum *ducis Asig*. Nomen enim ei inditum uiderur ab auro materno. Propterea malimus eum habere pro nepote, quam pro genero, ducis *Hessi*. Fore, ut calculus suum nobis addant eruditi, speramus. Quis ergo pater fuit, queris, *Esiconis comitis*? Respondemus, *Berndag* fuit eius pater, quem auum constituimus *Wigsuita*. Quamuis enim *Berndagus* in nostris traditionibus nunquam appelletur filius ducis *Gerhai*, bona tamen, quae possedit, luculentissime id significant, quia illa fuerunt ea sita intra regionem, in qua dux *Gerhao* bona sua tenuisse dicitur. Iam autem nullo modo probabile uiderur, alium dominum in uilla Thurisloun bona possedisse, nisi filium seu nepotem eiusdem *ducis Gerhao*. Sit ergo *Berndag* filius *Gerhao ducis* et pater *Esiconis comitis*. Vxor itaque eius necessario fuit filia ducis Ostfalarum *Hessi*. Hinc facile id causa complecti poteris animo, cur *Berndag* puellam ducis *Hessi* duxerit. Duxit eam eo sine, ut acquireret bona, suis contigua eidemque duci a Carolo Magno concessa. Cum uero *Berndagi* neptis fuerit *Wigsuita*, probabiliter id nominis nata ex aua sua, haec ipsa ducis Ostfalarum *Hessi* filia nomen habuit *Wigsuit* sibi inditum. Facile, inquis, hoc tibi damus, dummodo comprobare possis, *Esiconem comitem* fuisse dominum *Hassia*, atque in ea bona hereditaria possedisse. Sed cur argumentum desideras, amice, quod tibi modo dedimus? Noli enim putare, *Esiconem comitem* cum uilla Hauucabrunno omnia sua Corbeiensibus tradidisse, quae Carolus Magnus auro eius materno indulserat. Omnem enim prouinciam, duas leucas (milliaria Gallica) longam, et duas latam et sex circuitu complexam, ab abbacia nostra Corbeiensi in Buchonia possessam esse nemo contendet. Maximam ergo partem illius regionis, quam Carolus Magnus duci



















duci Ostfalarum *Hessi* impertuit, nepos eius *comes Efic* sibi referuauit. Si id dubitas, adprobant nihilofecius tabulæ sequentes ex clariss. I. F. Schannati Traditionibus Fuldensibus p. 172. seq. depromtæ. *Eficonem* nostrum comitatum suum habuisse in confiniis *Hassie* intra pagum *Salagewe*. Pagum enim *Salagewe* olim existisse ad fluuium *Salam*, flumen *Franconicum*, ambigi non poterit. En vero tabulas ipsas.

gubernante  
Corbeiam  
Adalgario.

Anno dominicæ incarnationis DCCCXXXVIII. indictione prima mense iunio XVIII. kalend. iulii, facta est contentio *Gozberti* et *Hrabani abbatis* coram imperatore *Ludouico* et filiis eius *Ludouico* et *Carolo*, nec non et principibus eius in palatio apud *Niomagum* oppidum constituto, de captura, quam *Folcholt* et fratres eius *Burgeo* et *Hraho* tradiderunt ad *S. Bonifacium*, ubi et *Gozbertus*, convictus carta traditionis et testibus idoneis hoc est *Eggiharto*, *Burgone*, *Engilhardo*, *Mechone*, *Liutgario*, *Hilifrido*, *Ruadhoo*, *Meginolto*, *Ercanfrido*, *Hartrato*, reddidit iussu imperatoris coactus quod iniuste per fraudem de eadem traditione abstulit coram his testibus, *Trugone archiepiscopo*, *Otgario archiepiscopo*, *Radolto episcopo*, *Helmgauo episcopo*, *Gersfredo episcopo*, *Theodgrimo episcopo* et *Baturato episcopo*, *Adalberto comite*, *Helphrico comite*, *Albrico comite*, item alio *Albrico comite*, *Popone comite*, *Gebawino comite palatii*, *Ruodharto similiter comite palatii*, *Hatto-ne comite*, *Madalgero comite*, *Gebabarto comite*, *Adalgario comite* et innumerabilibus vassallis dominicis. Item eodem anno mense iulio sexto idus eiusdem mensis coram *Hesse comite* in conuentu publico in pago *Salagewe* in villa quæ vocatur *karagoltesbach*, *Freibraht* vocatus *Gozwaldi* cum vadio restituit *Leidrato* aduocato domini *Rabani*, præcipiente comite et scabinis iudicantibus, hoc ita iustum fieri, et huius causæ otocar fideiussor existit, totum et integrum, quidquid præfatus *Gozbaldus* et fratres eius de potestate sancti *Bonifacii* iniuste abstulerunt in *Kinzzinbero marcu* de captura, quam *Folcholt* et fratres eius *Burgeo* et *Hraho* tradiderunt ad *S. Bonifacium* præsentibus his testibus. *Hesse comite*, *Ercanbraht*, *Friduuin*, *Althuring*, *Nandheri*, *Raboto*, *Samuel*, *Sinlich*, *Mareolt*, *Samanolt*, *Otacar*, *Hruodbraht*, *Engilbraht*, *Othelm*, *Adalwig*, *Folcheri*, *Thiotrih*, *Nandhad*, *Sigibraht*, *Eggiolt*, *Stinding*, *Adalmann*, *Thinbraht*, *Otbraht*, *Buobo*, *Eggihart*, *Hruodbraht*, *Folcolt*, *Arindeo*, *Folcmar*, *Wenito*, *Batarih*, *Adalger*, item testes vestitionis + signum *Freibrahti* et *Otacari*, qui hanc vestitionem fecerunt, *Friduuin*, *Althuring*, *Folc heri*, *Adalman*, *Leidrat*, *Hruodhelm*, *Sigimunt*, *Hanno*, *Remming*, *Reginfrid*, *Hruodhoh*, *Burgeo*, *Werinhart*, *Irminbraht*, *Hruodhart*, *Gerhart*, *Hatto*, *Gerleuuin*, *Arnhelm*, *Suuabraht*, *Hartuuin*, *Anhelm*, *Starcfrid*, *Hruodbero*, *Eltung*, *Sibicho*, *Engilhart*, *Altraht*, *Ercanfrid*, *Folcrat*.

Plura de *Eficone comite* iam supra diximus et infra dicemus, sperantes, satisfactura esse ea, quæ sunt allata, solidæ veritatis cultoribus. Id unicum modo adiicimus, paragraphum 219 nobis ansam præbuisse, hanc commentationem in veritatis lucem proferendi. Cum enim in eo deprehenderemus, quendam *Gerbonem* in villa *Sandhurst* in pago *Hessi* *Franconico* mansum medium *Corbeiensibus* tradidisse, statim in mentem veniebat *Gerbao dux* ex diplomate *Carolino*, et cogitabamus, eundem *Gerbonem* inter posteros *ducis Gerbao* referendum esse. Quamuis enim nobis situs villæ *Sandhurst* nondum cognitus sit, quem eruditus domini *Hassi* scrutabuntur; nomen tamen et bona illius *Gerbonis* nobis persuadent eruditus non fore ingratum, statuisse nos, *Gerbonem* istum *Eficonis* comitis filium fuisse. Si villa *Affneti*, quæ §. 207 existat, in nostro Registro reperiretur, contendere esset nobis integrum, *Gerbonem*, qui in eadem villa pro patre suo *Landfrido*, quidquid habuit, donauit, nepotem fuisse eiusdem *ducis Gerbaonis*, *Landfridus* enim ille *Berndagi* frater esse, et *Gerbo* nomen suum ab auo accipere, potuisset. Sed quia situs villæ *Affneti* adhuc est dubius, aliquid certi definire nequimus. Interim tamen volumus *Landfridum* et *Gerbonem* nostro genealogico schemati inferere, quo aliis occasionem præberemus rei curatius contemplandæ. Verisimiliter a nostris *Gerhonibus* nomen accepit terra *Geroa* siue *Gerauia*, *das Gerauer-Land*, intra *Hassiam* sita. Vtunque vero res se habeat, siue



Ab anno  
854 vsque  
877 re-  
gnante  
Hludo-  
uico et


sive spectarint *Landfrid* et *Gerbo* ad hanc familiam *Hassiacam*, siue eo non sint referendi, negari tamen non poterit, *Alfdagum* et *Warinum* eidem genti esse inferendos. Probabilissime enim *Alfdagus* frater fuit *Esiconis comitis*, quia, testante §. 276, *Warinus* pro patre suo *Alfdago* in villis *Hildimereshus* et *Rikinem* duas familias tradidit, quæ villæ in nostro Registro ponuntur intra pagum *Hessi*, inter quas *Hildimereshus* villa est vel *Heimershausen* vel *Elmershausen*, in inferiori *Hassia* vix duo milliaria distantes a villa *Balemeri*, in qua *Erdag*, *Esiconis* filius et regis *Hludouici* sororius quædam tradiderat, vti iam supra ex §. 253. didicimus. Quia vero *Alfdagus*, si *Berndagi* filius fuerit, inter-nepotes seu heredes ducis *Ostfalorum Hessi*, qui in his traditionibus §. 104, 111, et 121. recensentur, non reperitur, statuendum est, *Berndagum* duas habuisse coniuges, alteram ducis *Ostfalorum Hessi* filiam, ex qua *Esicomes*, qui §. 121 inter coheredes illius ducis exstat, et alteram, ex qua *Alfdagus* procreati, cuius vero vltimæ coniugis genus paternum nescitur. Fortassis autem *Alfdagus* ille sator fuit *Verthumvendi*, qui consensu filii sui *Alfdechtes* circa annum 1016. in marca *Calriki* ecclesiæ *Paderbornensi* tradidit XXIII agros et I aream, testante *Uita Meinweri* T. I. Leibnitii p. 535. n. 54.

De posteris horum dominorum plura addi, necessum non videtur. Intermittere tamen non possumus, quin quædam maioris illustrationis ergo adiciamus. Ac primo quidem falsum est, *Conradum I. Vairini* seu *Wertharii* filium anno 905 esse mortuum, quod omnes recentiores historici perhibent. Chronicon enim nostrum MSprum et coætaneum et fide dignum illum nominat *ducem*, eumque anno 905 occisum esse refert, id quod etiam attestatur *Necrolog. Fuldense* Tom. III. S. R. Brunf. Leibnitii p. 763, quod, eum fuisse *comitem*, asserit; *Widkindus* vero noster *Annal. Lib. I. p. 635.* hunc *Conradum I.* nominat patrem *Conradi regis*, et regis *Conradi* fratrem p. 636 appellat *Euerhardum*, additque, regem *Conradum* sepultum esse in ciuitate sua *Wilinaburg*, per quam eruditi iam dudum intellexerunt oppidum *Weilburg* in *Wetterauia* ad fluuium dictum *Lonam, die Lahn*, nullo autem alio in loco corpus regis *Conradi* humatum esse, nisi in monasterio *Fuldensi*, prolixius probatum dedit I. F. Schannat in *Historia Fuldensi. Euerhardum I.* fratrem *Conradi I* comitis, filium habuisse *Conradum III.* demonstrauius documento ex *Thesauro A. N. Martene et Durandi*, eadem vero probanda quoque sunt ex *Widkindo* nostro, appellante hunc *Conradum* Lib. III. *Annal. f. 653.* *Euerhardi* filium atque amicum *Conradi IV.* ducis scilicet *Lotharingæ*, qui *Euerhardus I.* anno 902 in prælio, *Conradus* vero Tertius perit in prælio ad annum 953, *Annalista Saxone* teste, p. 286, et dux *Conradus* huius nominis IV. anno 955 occisus est, testante *Chronico* nostro MSpto. *Conrado I.* atque *Euerhardo I.* tribuunt fratrem *Gebehardum*, qui filios habuerit *Herimannum* atque *Vionem* seu *Otonem*, verisimiliter ita appellatos in memoriam *Herimanni* atque *Vdonis*, conditorum ecclesiæ *Wetzelariensis*, quo cum *Chronologia* bene concordat. Cum enim curam dedicandæ illius basilicæ anno 897 in se susceperit *Rudolfus* episcopus *Wirceburgensis*, frater *Gebehardi comitis*, annotante *Eccardo in commentariis de rebus Franciæ Orientalis* Lib. XXII. §. 52. p. 714; *Herimannus* atque *Vdo* coætanei fuerunt *Vairini* nostri, vti ex traditionibus nostris apparet. *Wetzelaria* sita est in *Wetterauia* ad fluuium *Lonam, die Lahn*, inter *Weilburg* et *Giessen* oppida. Eapropter omnino hi domini inter progenitores comitum *Hassiacorum* referendi videntur. *Euerhardus II.*, seu, vti in ipso codice scribitur, *Euurhardus* dux (*Lotharingæ*) cum *Isilberhto* (attende ad vocis scripionem, recentiores eum nominant *Giselbertum*) duce occisus est anno 939, vti *Chronicon* nostrum MSprum attestatur; *Conradi* autem regis frater erat *Otto, comes* pagi *Loganacowe*, teste diplomate in clarissimi *Schannati Buchonia Veteri* p. 384 allegatum, et in *Corp. Trad. Fuld.* f. 227. alatum, vbi etiam horum fratrum genitrix appellatur *Glisnuoda*. Huius *Otonis* filius *Conradus IV.*, cui *Otto I.* imperator filiam suam vnicam (laicam), quam *Ditmarus* Tom. I. *Leibn.* p. 370. appellat *Luitgardam*, desponsauit, et ducatum regionis *Lothariorum* concessit, *Widkindo* nostro teste p. 649, in prælio occubuit vngarico, vti rursum *Widkindus* prodidit p. 657, quod anno 955. IV id. Augusti factum est, vti *Chronicon* nostrum MSprum addit: *Cuonrat* comes ergo, qui, teste *Necrologio Fuld.* l. c. p. 763, obiit a. 948. II Kal. Iul. alius esse debet, fortassis ille fuit *Gerolti VI.* et *Gerhardi III* frater, de quibus in seqq. plura. *Conradi* ducis mortem etiam retulit ad annum 955 *Fuldense* *Necrologium*



gium p. 764, atque in eo quam accuratissime concordat cum Chronico nostro MSpro. Huius *Conradi IV*, et *Luitgarde* (nate Ottonis I. cesaris) filium appellat *Ditmarus* in *Chronico* p. 370 *Ottonem* et ducem Carrentorum nec non *Venonensium* comitem. De huius autem *Ottonis* posteris plura, utpote iam notissima, inferere hifce commentariis nolumus, cum nemo de iis amplius dubitet.

Nolim autem putes, Benevole Lector, nos iam omnia dixisse, quae de originibus antiquorum *Hassiae* comitum in medium poterunt proferri. Plura enim adhuc addenda restant, quibus dicta nostra egregie confirmari queunt. Euoluamus enim, quaelo clarif. *Io. Frid. Schannati Traditiones Fuldenses*, eiusdemque *Buchoniam Veterem, Clientelam et Historiam Fuldensem*, ubi deprehendemus plurima, quibus commoti novas ad oppiniones stabiliendas, ea, quae supra tantum per coniecturas exposuimus, acquirere magnae verisimilitudinis pondus, intelligemus. Enunciatis autem nostris praemittenda essent geographica, nisi nobis iam palmam in iis praeripuisset *D. Schannatus* in *Buchonia Veteri*, in qua de situ antiquorum pagorum *Hassiae* et *Buchoniae*, scilicet pagorum *Loginacowe, Grapfeld, Tullifeld, Salagewe, Asefeld, Folcfeld, Wormazinsc*, aliorum pagorum, circa diocesin *Fuldensem* sitorum, ita egregie egit, ut hoc labore omnino superfedere queamus. Cuicumque ergo dicta nostra obscura videbuntur, is euoluat eiusdem *Schannati Buchoniam*, in eademque Tabulam Geographicam *Buchoniae Veteris*. Eo ipso erunt illi omnia plana et perspicua. In *Traditionibus Fuldensibus* multos deprehendimus dominos, qui in supra dictis pagis quondam bona possederunt parua, quorum possessorum quosdam iam supra ad *Saxones* nostros retulimus, plures autem nequaquam cum *Saxonibus* dominis inferi posse, sed inter progenitores *ducis Gerhaonis* recensendos esse, arbitramur. Ne autem andabaturum more pugnemus, heic quoque praemonere debemus, illos, quos iam ante §. 104 adigimus, scilicet filios et nepotes esse plerumque heredes bonorum priuorum, quae ad ipsos deuoluta fuerunt ex possessionibus patrum atque auorum suorum: patresque olim filiis suis nomina indidisse a patribus, auis, proavis, patruis et propatris suis petita. Itaque genealogicum schema progenitorum *Gerhaonis ducis* producimus, ad sententiam hanc tantisper adsumtam curate elaboratum.





Ab anno  
824 usque  
877 re-  
gnante  
Hludo-  
uico et

Omnes hos dominos in pagis ante dictis bona tenuisse hereditaria, e rationibus sequentibus patebit. Præter *Luitfridum* præfectum, cuius Schannatus in *Buchonia Vet.* p. 336 ad annum 747 mentionem iniecit, vetustiorum dominum non inuenimus, nisi *Adalbertum* primum, qui uxorem duxit *Ermensidam*, atque anno 750 infra muros Moguntiae ciuitatis S. Bonifacio bona tradidit, teste *Corpore Tradit. Fuld.* p. 1. Probabilissime hic idem *Adalbertus* is est, qui l. c. p. 4. ad annum 757 bona quædam largitus est, in pago Wormacinsæ sita. Eadem in vrbe Moguntia, eodemque in pago Wormacinsæ posita bona tradidit *comes Leidratum* anno 755, 756 et 765. l. c. p. 2, 4 et 12. Quantum igitur e situ locorum traditorum collegimus, arbitrandum credimus, *Adalbertum* et *Leidratum* fuisse fratres. Et cum p. 12 *Leidrati soror* appellatur *Irminswinda*, inde sequitur, eandem quoque existisse germanam *Adalberti*.

Chronologia et situs locorum permittit, vt statuamus, *Althuringum* et *Mantonem* ante dictorum dominorum fuisse fratres. Cum enim l. c. p. 48 seq. ad a. 791 asseratur, *Althuringum*, patrem *Alsfredi*, cuius vxor erat *Folrata*, vsum fuisse patre *Althuringo*, inde subnascitur ansa coniectandi, hunc *Althuringum* fuisse fratrem *Adalberti*. Bona enim, quæ tradidit, visabantur in pago Grapfeld, qui pago Wormacinsæ contiguus erat. Habuit autem *Althuringus* II præter *Alsfredum* adhuc filium, nomine *Cunibrabten*, quippe qui in eisdem *Tradit. Fuld.* p. 50 ad annum 792 appellatur presbyter ac filius *Althuringi*, et frater *Alsfredi*. Probabilissime is tempore eodem ad monasterium Fuldense se adgregauit. Eapropter fuisse is videtur *Cunibrabterchus comes*, qui teste *Corpore Tradit. Fuld.* p. 31 ad annum 779 in pago Wormazfelde bona quædam tradidit ecclesie Fuldensi. Huius *Cunibrabtes* frater fuit *Frieso*, quippe qui a. 824 l. c. p. 151 pro fratre suo *Cunibrabto* bona quædam S. Bonifacio largitus est, in Frielenhus villa pagi Grapfeld sita. *Althuringum* adhuc anno 819 et 821 vixisse, ex iisdem *Tradit.* p. 129 et 132 didicimus. Eodem enim tempore Fuldensi ecclesie tradidit bona quædam, in pago Grapfeld conspicua. Eadem dicenda sunt de *Mantone comite*, qui anno 788 cum fratre suo *Magingozo* et sorore *Iuliana* bona tradidit Fuldensi ecclesie in pagis Ascfelt, Salagewe, Grapfeld et Weringewe, teste *Corpore Trad. Fuld.* p. 41 seq. Cum autem eorum fratrum pater appelleretur *Manto*; idem omnino frater *Althuringi*, *Adalberti*, *Irminswindæ*, *Leidrati* et *Luitfridi* non fuisse existimandus est.

*Adalbertum* I gauisum esse vxore, iam ante monuimus. Eius ergo filii videntur fuisse *Odacrus*, *Nordperdur*, *Voto comes*, *Warinus comes*, et *Hrodolus*. *Odacrum* possedisse bona in pago Wormacinsæ, docent nos eadem *Traditiones* p. 3, 19, 22, et 26. Pagina 3 ad annum 756 eius frater appellatur *Nordperdur*: p. 19 ad a. 772 dicitur eius vxor *Hruodswinda* et filia *Lautswinda*, et p. 22 asseritur, eidem *Odacro* fuisse filios. At eorum nomina non exprimuntur. *Nordprabti* tradidit an. 757 sita in eodem pago Wormacinsæ bona quædam p. 5. Et cum idem *Nordprabti* posita in eodem pago bona quædam ecclesie prædictæ traderet, eiusdem filie ad a. 800 nominabantur *Helmschwind* et *Crapucha*.

*Voto comes* a. 757 p. 6 inter testes apparet, et l. c. p. 28 dicuntur tradidisse ad a. 777. *Voto comes* eiusque vxor *Geilswinda* bona quædam, sita in pago Wormacinsæ. Patruus ille videtur fuisse *Vtonis*, qui anno 813 l. c. p. 110 in eodem pago ecclesie Fuldensi quædam largitus est. Et cum pro *Voten* bona quædam Fuldensibus tradita sint ad annum 815, a quodam *Walabfrido* profecta, sita in pago Salagewe, teste p. 119, eodem anno *Vto*, vitam cum morte commutasse censendus est. *Walabfridus* ille *Vtonis* filius videtur fuisse. Hoc fit ex eo probabile, quod p. 91 ad a. 803 *Walabfridus* quidam vocatur cognatus *Leobswinda*, quam habemus pro supra dicta *Lautswinda*, filia *Odacri*, quem fuisse eundem *Walabfridum* putamus, cuius vxor ad annum 800 p. 72 nominatur *Williquema*. Eiusdem *Walabfridi* frater fuisse videtur *Leidrat*, a propatruo ita dictus, cuius ad annum 811 p. 104 eadem traditiones meminere.

*Warinum comitem* porro inter progenitores *Gerbaonis ducis* retulimus, quia inter posteros eiusdem ducis nomina Warinorum crebro repetuntur. Habuit *Warinus* vxorem, nomine *Friderunam*. Ipse anno 780 tradidit bona quædam Ful-



Fuldensi ecclesie, in pago Moyngowe sita, atque hæc in pago Gotzfelt posita, teste *Corpora Trad. Fuld.* p. 33 seq. et p. 298. Cum autem p. 33 asseritur, eadem, quæ *Frideruna* tradidit, fuisse partem doris suæ, *Irideruna*, filia cuiusdam domini e proceribus Saxonum, qui quondam bona habuerunt quam plurima, per Buchoniam sita, vti ante vidimus, non esse non potuit.

*Hrodoltum* inter progenitores *Gerbaonis ducis* referendum esse censemus, eo quod non solum eius nomen, quod a nomine Rudolphi diuersum non esse videtur, crebro inter eius posteros repetitur; sed etiam quia idem *Hrodoltus* a. 772 bona tradidit ecclesie Fuldensi, in pago Wormacinsæ visenda. l. c. p. 18. Videtur ille fuisse pater *Hruodolphi*, cuius ad annum 807 l. c. p. 96 mentio iniicitur. Huius fortassis filius fuit *Hruodolfus comes palatii*, cuius ad a. 857 et 872 meminisse deprehendimus *Annales Franc. Fuldens.* T. I. S. R. G. Freheri p. 31 et 43. Si liceret nosse, quo tempore *Frigaria* bona sua tradiderit, sita in Citingemoueldo, de quibus Traditiones Fuldenses p. 312 num. 4 confer, perhibere liberet, eandem fuisse uxorem *Hrodolti*. Quia enim illa habuit filium *Rudolfum* et filias *Friduicam* et *Friburcam*, adfirmatu foret procliuè, eundem fuisse *Rudolfum* et ante dictum *Hruodolfum* existitisse filium *Hrodolti*.

*Odacro* fuisse filios, et filiam nomine *Lantswindam*, iam ante e Traditionibus Fuldensibus demonstrare libuit. Hæc eadem *Lantswinda* fuisse ea ipsa videtur, quæ bona sua Fuldensibus tradidit, sita in Herste, et tradidit in aliis villis intra Hassorum regionem, quidquid *proprietas* habuit, teste *Corpora Trad. Fuld.* p. 306 num. 22. In pago Wormacinsæ eandem *Lantswindam* anno 779 bona tenuisse hereditaria, discimus ex eisdem *Tradit. Fuld.* p. 31. Et cum *Liutswinda* quædam et *Adalprabi* anno 802 sita in pago Wormacinsæ bona sua Fuldensibus tradiderint l. c. p. 77; *Adalprabi*, cui nomen inditum esse videtur, ab auo suo *Adalberto* petitum, eiusdem *Lantswinda* frater videtur fuisse. Tradidere autem *Liutswinda* atque *Adalprabi* eadem bona pro anima *Berenharti*. Hunc eapropter pro eorum fratre et consanguineo habemus. Apparet vero ex eisdem Traditionibus Fuldensibus, hunc *Berenhartum* nullum fuisse alium, nisi eundem, qui l. c. p. 13 et 17 ad annum 765 et 785 ecclesie Fuldensi bona dedit, in eodem pago Wormacinsæ sita, qui gauisus est vxore *Waltheide*, sorore *Hildilauæ* et filio *Walthero*, quique in eisdem *Trad.* p. 302 num. 54 seq. *comes* et *frater Adalharti* nominatur, atque, amissa priori vxore, duxit vxorem *Chvistinam*. An *Waltheres*, filius *Berenharti*, sit *Walto*, qui in eisdem Traditionibus ad annum 785 p. 36 appellatur *vir nobilissimus in pago Thuringie*, id quidem adfirmare non audeamus ita, vt nihil de ea re dubitationis restet. Videtur autem id sic fuisse, quia p. 37 ad annum 785 *Walther* filius dicitur fuisse *Bernheri*, cum bona traderet Fuldensibus, sita in pago Wormacinsæ. Præterea satis notum est, posteros *Gerbaonis ducis* bona hereditaria tenuisse tam per Hassiam, quam per Thuringiam. Probabilissimum itaque esse censemus, eorum bona Thuringica fuisse auita, et longo tempore a progenitoribus antiquorum Landgrauiorum Thuringie possessa. *Waltherum* illum seu *Waltonem* habemus pro eo, qui in eisdem *Tradit. Fuld.* ad annum 800 p. 67, atque ad annum 823 p. 142 nuncupatur *Vuldarch*. Huic erant neptes *Vuldarniu* et *Ratswinda*. Tradidit autem ipse bona, in pago Salagewe sita. *Vuldarniu* videtur eadem femina fuisse, quæ l. c. ad a. 837 p. 167 appellata est *Valdarniu*, cum traderet bona quædam in pago Grapfeld; *Ratswinda* autem nomen inditum esset petitum ab abauia sua vxore *Odacri*.

Hæc *Odacri* vxor videtur fuisse eadem femina, quæ in eisdem Traditionibus p. 56, 61 et 90, cum anno 796 bona quædam Fuldensibus traderet, in pago Wormacinsæ sita, nominatur *Reginswinda* et mater *Hiltwara*, Deo sacratæ, et *Gawimanni*. *Hiltwara* probabilissime eadem est, quam ante vidimus fuisse sororem *Bernharti*, *Lantswinda* atque *Adalprabi*. *Gawimannus* autem, filius *Reginswinda* et frater *Hiltwara*, tradidit l. c. ad annum 804 p. 90 bona, in pago Wormacinsæ sita, ecclesie Fuldensi. Eiusdem *Gawimanni* filia vocantur *Engilrada* et *Irmirada*; nepos vero dicitur *Gumbarius*. *Irmirada*, fuisse videtur *Irmia*. Eius filius appellabatur *Theotfridus*, cum l. c. p. 160 ad annum 828 prædictæ ecclesie bona quædam traderet, ad Moguntiam sita. *Gumbarius* autem fortassis fuit *Gundram*, qui anno 804 l. c. p. 87 bona tenuit in pago Wormacinsæ.



Ab anno  
854 usque  
877 re-  
gnante  
Hudo-  
uico et

inacine, et ille comes *Guntbrannus*, qui teste *Corpore Tradit. Fuld.* p. 163 et p. 165 anno 834 et 836 ecclesie sepius dictae bona tradidit, in Houa villa pagi Rinenses siue Hrinagawe posita.

Quum autem, ut ante diximus, *Theotfridus* fuerit nepos *Gawimanni*, in censum praeterea venire videtur *Theotfrides* eiusque frater *Lautfridus*, qui in eodem Wormacienfi pago anno 793 teste *Corpore Trad. Fuld.* p. 51 bona tradiderunt Fuldensibus. Neque vix dubium esse poterit, *Lautfridum* eundem fuisse *Lautfridum*, qui anno 791 sita in eodem pago Wormacinsc bona dederat eisdem l. c. p. 48. Huius *Lautfridi* filius fuisse videtur *Gerolter*, probabilissime ita appellatus a patruo suo, duce *Gerhao*. *Geroldi* enim nomen sepius contrahitur in *Gero* seu *Gerhao*, quemadmodum pro Reinoldo dixerunt *Reino* maiores nostri.

*Gerhao dux*, teste diplomate Carolino, iam anno 810 mortuus erat, idemque videtur fuisse *Geroldus*, qui in *Tradit. Fuld.* p. 73 et 86 inter testes apparet. Ille ergo dux non esse poterit *Geroltus*, qui p. 119 anno 815 inter testes praesto erat, et qui p. 126 anno 818 bona tradiderat Fuldensibus sita in pago Rinahgewe, nec non anno 822, 823, 824, 825 et 826 l. c. inter testes reperitur p. 134, 143, 152, 153 et 155, atque qui anno 817 pater appellatur *Adalperathi*, cum l. c. p. 125. *Adalperathus* pro patre suo *Gerolto* mancipia quaedam traderet ecclesie Fuldensi. Filio huic suo *Geroltus* probabilissime nomen indidit, a patruo et proauo suo petitum. Quadam ergo cum probabilitatis specie eundem *Geroltum* stirpi nostrae adscripsimus. Tradidit eius filius *Adalperath* Fuldensibus ad annum 837 l. c. p. 166 bona quaedam, posita in pago Salagewe. Ultimo, quem laudauimus loco eiusdem *Adalperathi* seu *Albrais* vxor nominatur *Werinbilita*.


Postea significabimus, posteros *Gerhaois* ducis tenuisse aduocatiam abbatiae Fuldensis, eandemque fuisse hereditariam. Cum igitur in *Tradit. Fuldens.* p. 57 et 58 affirmetur, *Baugolfi* Fuldensis abbatis anno 796 fuisse aduocatum *Theotleichum*; ille *Theotleichus* probabiliter filius *Odaeri* fuit. Huic praeterea filium tribuere licet nomine *Richartum*, cuius eadem Traditiones mentionem iniiciunt p. 150. Adaliam enim familiam *Richartus* ille referri vix poterit. Tradiderunt Fuldensibus scilicet l. c. anno 824 *Werinbart* eiusque patruelis *Ribhuart* decem iugera, sita in villa Karagoltesbah intra pagum Afefeldon. Ex eadem traditione apparet, *Werinharto* fuisse fratrem. Huius nomen non significatur. *Werinharto* pater fuit, nomine *Richartes*. Hunc *Richartem*, patrem *Werinbarti*, eodem tempore floruisse oportet, quo ipse *Gerhao* dux illique domini, quos pro eius fratribus habemus, floruerunt. *Richartes* igitur videtur fuisse frater *Gerhaois* ducis, *Adalprathi*, *Bernbarii*, *Lautfridi* et *Theotfridi*. Ea, quae memorati domini possederunt, bona nostrae sententiae non leue pondus addunt. *Ribhart* anno 806 bona quaedam Fuldensibus tradidit p. 95, et probabilissime existimandus is ipse est, qui ad *Meginboldeshusen* sita bona quaedam eisdem tradidit pag. 302. *Ribhart*, patruelis *Werinbarti*, verisimillime idem est, cuius vxor appellatur *Vendilmuot*, et qui l. c. p. 139 ad annum 819 bona quaedam tradidit eisdem ad villam *Waltgereshus* in pago *Tullifeld* sita. Hic idem ipse videtur fuisse, qui anno 823 l. c. p. 140, nominatur frater *Wigbotonis*, cum quaedam traderentur bona, in pago *Salagewe* posita. *Werinbarti* autem frater nullus alius fuisse videtur, nisi *Ribhart*, cuius vxor adpellatur *Althurga*. Idem anno 837 l. c. p. 159 largitus est Fuldensibus bona in pago *Tullifeld* sita, atque anno 852 l. c. p. 192 donauit in *Luchofuno* et *Kazahanomarcu* sita. Probabile nobis videtur *Ribhartum*, patruelem *Werinbarti*, eundem fuisse dominum, qui in eisdem *Tradit. Fuld.* p. 194 et 209 nominatur *Recho* et *Recco*. Priori loco *Recho* eiusque mater *Baba* tradiderunt anno 857 Fuldensibus bona quaedam, intra prouinciam *Salagewensium* in *Vrtorp* sita. Posteriori loco nuncupatur *Recco* *Werinfridi* germanus, *Haboliti* et *Huomonis*, qui anno 876 bona tradiderunt sita intra pagum *Grapsfeld* in villa *Waldbaringi* bona. Quae cum ita sint, *Habolitus* ille idem dominus fuit, qui l. c. p. e. eodem anno bona sua tradidit ecclesie sepius dictae, in villa *Hoftheim* intra pagum *Grapsfelde* et in comitatu *Kristani* comitis sita, quamuis negare non audeamus, hunc *Rechonem* *Werinbarti* filium esse potuisse.

Hilce



Hiscæ in ordinem redactis, *ducis Gerbaonis posteror* ex iisdem Traditionibus gubernante Corbeiam Adalgario. Fuldenfibus illustrare libet. Id ipsum nemo eruditorum adhuc præstitit. Eam ergo ob causam promittimus nobis in his indulgentiam virorum doctorum, si qua ipsi in re hallucinationes deprehenderit, in quibus tamen euitandis omne nostrum studium collocauimus. Nihil aliud ostendere tentamus, nisi vt intelligatur, quomodo domini, quondam in Hassia et Thuringia florentes, et bona possidentes hereditaria, a *Gerbaone* Duce deduci queant. Nostra ex sententia fieri id poterit sequentem in modum:

TAB. I.




LFH



Ab anno  
854 usque  
877 re-  
gnante  
Hludo-  
uico et

## T A B. II.




T A B. III.



TAB. III.

Gozmarus IV, filius Gozmar  
1114, iunior 1116, Aduocatus  
Fuldenfis 1126, 1128, 1138 †  
1140, vxor Clementia.

guber-  
nante  
Corbe-  
iam Adal-  
gario.




TAB. IV.




Ab anno  
854 usque  
877 re-  
gnante  
Hludo-  
uico et

TAB. IV.




TAB. V.



TAB. VI.



## TAB. VI.

gubernante  
Corbeiam  
Adalgaro.

Sint itaque praeter *Berndagum* et *Landfridum*, de quibus iam ante egimus, *Agilbertus*, *Werinus*, *Hruodolfus* atque *Vto* filii *Gerbaonis ducis*. *Agilbertus* scilicet diuersus dominus fuerit oportet ab *Adalperabo*, cuius pater *Geroltes* erat, atque ab *Adalprabo*, cuius soror appellatur *Landswinda*, filia *Odacri*. Ille enim, quem in Tabula *Adalprabum* secundum nominauimus, ab anno 772 vsque ad annum 831 vitam haud egit in publicis rebus. *Adalperabi III* vxor dicitur *Werinbilita*, quae aequae ac ipse adhuc anno 837 vixit. Iam porro anno 831 *Agilbertus* vitam cum morte commutauerat, vti e *Tradit. Fuld.* p. 162 patet. Refertur enim l. c. *Landswindam* matronam, viduam *Agilberti* comitis, in pago *Hassorum* in villa *Alahst* bona tradidisse ecclesiae *Fuldensi*. Quodsi perhibere malis, *Landswindam*, filiam *Odacri*, quam pro sorore *Adalprabi II* venditauimus, non fuisse eius sororem, sed ipsam *Agilberti* comitis viduam, *Agilbertum* ergo *Odacri* filium, atque *Gerbaonis* ducis fratrem esse non potuisse, tunc respondemus, *Landswindam* per continuos sexaginta annos in publico versari non potuisse. *Landswinda* ergo filia *Odacri*, quae anno 772 et 779 bona in pago *Wormacinsis* tradidit, non esse potuit *Landswinda*, vidua *Agilberti*, quae anno 831 ecclesiae *Fuldensi* bona dedit. Cum autem haec *Agilberti* comitis vidua l. c. insigni elogio *Matronae* ornetur, atque in *Hassorum* pagi villa *Alahst*, quae anno 1267 *Aldenst*, hodie *Aldesteten* appellatur, non procul ab vrbe *Wetzlar* sita, bona tradiderit *S. Bonifacio*, quis alius esse poterit comes *Agilbertus* seu *Adalbertus*, nisi filius *Gerbaonis* ducis? Teste enim diplomate *Caroli Magni* eadem in regione heredibus *Gerbaonis* ducis erat posita, cuius partem *Agilberti* nepos ex fratre *Esic* tradidit, vti ante vidimus, ecclesiae *Corbeiensis*. *Agilbertus* autem sine liberis videtur obiisse.

*Werinus III* in *Corpore Tradit. Fuld.* p. 94 ad annum 806 vocatur praefectus. Fortassis is filius natu maior *Gerbaonis* ducis, atque eapropter aduocatus *Fuldensis*, fuit. Habemus eundem pro *Weringero*, qui, teste l. c. p. 108, anno 812 *Fuldensis* sita in pago *Salagewe* bona tradidit, scilicet tertiam partem capturae seu piscationis in *Litolfesbach*. Idem anno 813, teste l. c. p. 110 seq. tradidit in elemosinam *Huochina* et *Blitbruda*, quidquid haec habuerant partis mancipiorum, quae *Hadeburga S. Bonifacio* tradiderat. *Hadeburga* illa l. c. p. 32 ad annum 779 nominatur soror *Huoca* et *Blitbruda*: et p. 100 eadem *Hadapur-*



Ab anno  
854 vixit  
877 re-  
gnante  
Hludo-  
uico et

ga ad a. 811 adpellatur ancilla Dei, cum bona quædam traderet ecclesiæ Fuldenſi, in pago Salagewe ſita. Hæ tres ſorores videntur fuiſſe conſanguinæ *Werini*. Quo autem ipſæ patre, e ſtirpe noſtra acceſſendo, gauſæ ſint, neſci-  
mus. Fortaſſe eæ erant filiæ comitis *Warini* I.

Si *Warinus* III aduocatus fuit, vti id fieri veriſimile videtur, Fuldenſis, probabiliſſime ei fuerunt filii, quibus nomen *Leidratus*, *Fricco* et *Gundalaba*, ſiquidem dignitas aduocatiæ Fuldenſis æque ac Corbeiſis hereditaria erat. *Leidratus* in *Corpore Tradit. Fuld.* p. 191 ad annum 848 appellatur aduocatus noſter, *Fricco* dicitur a. 850 p. 193 Hattonis abbatis Fuldenſis aduocatus, et *Gundalaba* deinceps a. 856 p. 193 nominatur aduocatus Fuldenſis. Sine filiis in flore ætatis hi domini videntur obuiſſe. Poſtea enim intelligemus, iam anno 889 dignitatem aduocatiæ tenuiſſe Fuldenſis *Conradum* I, patrem regis Germaniæ *Conradi*, quem inter Reges vocare *primum* *Conradum* conſueuimus.

Tandem eiſdem *Gerbaonis* ducis filii fuiſſe videntur *Hruodolfus* atque *Vto comes* *Vto* ſeu *Voto comes* impertit conſenſum ſuum, cum anno 821 bona quædam Fuldenſibus traderentur, ſita in pagis Wormaciniſe et Lognahi, teſte *Corpore Trad. Fuld.* p. 134. Ipſe *Voto* cum *Waltrata*, fortaſſe eius vxore, a. 824 bona quædam eiſdem donauit ſitæ in pago Wormaciniſe et Loganahi inferiori l. c. p. 145. *Hruodolfus* autem cum *Albracho* anno 837 bona quædam eiſdem dedit, ſita in pago Grapfeld l. c. p. 169. Videtur comes *Ratolfus* fuiſſe idem, qui l. c. p. 172 anno 838 cum filio ſuo *Hrabano* inter teſtes laudatur.

Inter ducis *Gerbaonis* nepotes retulimus *comitem Eſiconem* ſeu *Heſſi*. Ab Oſtſalorum duce *Heſſi*, qui et *Aſig*, *Aſic*, *Eſic* atque *Adabricus* vocabatur, eundem nomen ſuum accepſiſſe eiſdemque fuiſſe nepotem, diximus iam ſupra. De hoc Oſſalorum duce probabiliſſima indicant Traditiones Fuldenſes p. 170 ad annum 837, ſequentem in modum: *Quidquid Aſis*, (hoc nomine denotari idem, quod *Aſic*, apparet ex Necrologio Fuldenſi T. III. S. R. B. Leibniti p. 764 ad an. 965) *quondam comes tradiderat Sigibaldo in villis Germunder, Zezalacha, Vanderangew, Walaburi, Helidberga, Wanheim, Lanheim, Helidunga, Ariſesbuſon, Herigoltesbur, et Ganzenbuſen, Sigibald tradit S. Bonifacio, ea tamen ratione, vt mater eius Theotrat ad vitam ſuam illa uſu fructuario poſſideat.* Item ad annum 838 l. c. p. 175 *pro Aſſes tradunt Theotrat, Ewib et Witerpf* (an hæ *Aſici* filiæ?) *quidquid illi habuit in pago Grapfelde et Goſfelde.* Villæ, quæ quondam ſpectarunt ad comitem *Aſic*, reperiuntur eadem in regione, vbi ille quondam habebat ſuam piſcationem. *Hauucabrunno*, cuius diploma *Caroli* meminit, eſt locus *Hachborn* in ſuperiori *Haſſia*, æquo fere ſpatio inter oppida *Marburg* et *Gieſſen* ſitus. *Lanheim* ergo erit locus *Langin* non procul a *Gruningen*, et vnus circiter milliare ab oppido *Gieſſen* ſitus. *Germundes* villa videtur eſſe *Germes*, ab eadem vrbe vno milliari verſus meridiem conſpicua, vel *Gemunda*, inter urbem *Marburgi* et oppidum *Alsfelt* obuia. *Wanheim* eſſe videtur *Walchern*: *Walaburi* congruit villæ *Veltzborg*, non procul a villa *Germes* ſitæ: *Helidberga* videtur eſſe *Aldeberg*: *Zeſelacha* porro *Imlach*: *Ariſesbuſon*, videtur eſſe *Alerſbuſen*, *Herigoltesbur* porro *Golsbuſen*: Et *Ganzenbuſen* quadrat ad *Gunderskirchen*. Quæ villæ omnes in ſuperiori *Haſſia* ſitæ ſunt, atque ad biuancum ſeu tractum ducis Oſtſalorum *Heſſi* videntur ſpectaſſe. An de eodem duce Traditiones Fuldenſes p. 283, 306 et 308 meminerint, nondum affirmare licet, quia annum, quo data ſunt bona, non addidit *Eberhardus* Fuldenſis. Ipſa autem p. 283 num. 56 verba ſic habent: *Adalrib comes bona tradit in Roſbah, Corbechi, Eliſingi et Hatterbuſen.* In eiſdem ſita locis pag. cit. num. 58 bona tradidit *Eſic* comes. Leguntur hæc pag. 306 num. 27. *Eſico comes tradit S. Bonifacio in prouincia Haſſie tria prædia in Embriches, Emminer, Durwin et Howide.* Et p. 308 num. 57 eadem Traditiones ita loquuntur: *Adalrib comes tradidit S. Bonifacio proprietatem ſuam in prouincia Heſſorum, quidquid inter Wiſeram et Vultabam habuit in Roſbah, Churbecke, Elſungen, Hittebuſen et in Harwide V manſor cum mancipiis et prole.* Poſt verbum *habuit* videtur particula et omiſſa eſſe. Villæ enim *Roſbeck*, *Corbeke* et *Harwede* non iacent inter fluuios *Wiſeram* et *Fuldam*, ſed in epiſcopatu *Paderbornenſi*. At *Elſingen* reperitur in *Landgrauatu* *Haſſiæ* ſub præfectura *Zierenberg*. Id ſi ita eſt, putamus, ſermonem in his Traditionibus



nibus non esse de duce Ostfalorum Hessi, licet cum Eccardo sic arbitratus fuerit gubernante Corbeiam Adalgario. clar. D. Kuchenbecker in *Analectis Hassiacis Coll. II præfat.* p. 9. Comes Adalricus seu Elico fuit dominus, e domo Brunoniana natus. Si hæc sententia tibi minus placet, eruditos rogamus Hassos, ut quibus in regionibus Fuldam inter et Wigeram hæc villa existerint, ipsi nobis velint indicatum.

*Esic comes*, nepos e filia ducis Ostfalorum Hessi, videtur idem fuisse dominus, cuius passim *Traditiones Fuldenses* mentionem iniecerunt. Probabiliter ille est idem, qui ad annum 813 *Afir* appellatur, et p. 112 inter testes apparet. Videtur ipse fuisse *Affen*, qui ad annos 824, 825 et 826 p. 152 seqq. testem egit. Teste Schannato in *Buchonia Veteri* p. 330 anno 834 erant *Lutolfus*, *Cristianus* et *Hessi*, comites provinciales per *Buchoniam* constituti. *Lutolfus* designari videtur dux Saxonie, *Luidolfus*, eodem tempore comes in pago Hessi Saxonico. *Cristianus* comes fuisse videtur *Cristan*, qui teste Neerologio Fuldensi XII Kal. Martii anno 871 inter viuos esse desit, *Hessi* autem fuit ille Hessi Comes, qui in *Tradit. Fuldens.* p. 170 anno 837 inter testes reperitur. Anno 838 eius comitatus erat in pago Salagewe, vti iam supra vidimus: atque ad annum 846 *Hessi comes*, vir illustris, accepit ab *Hatone abbate Fuldensi* bona in villis *Bleichveld* et *Gruonhab*, et dedit abbati totidem bona in *Quirnaha* et *Espinaveld*, quæ tenebat in beneficio a rege, teste diplomate regis Ludouici, in *Tradit. Fuldens.* obuius p. 189. Vixit ipse adhuc anno 857. Eodem enim anno l. c. p. 197 inter testes apparet; anno autem 866 iam mortuus erat, teste Corpore *Trad. Fuld.* p. 201. Eo enim anno *Nortman* tradidit ecclesie *Fuldensi* abbati *Tiotoni*, quidquid quondam dominus suus *Hessi comes* manu potestatiua fidei suæ tradendo commendauerat in provincia *Grapsfeldon* in villa *Isbereshusen*, *Herolfesfeti* et *Adalolfesleiba*. De hisce villis confer Schannatum in *Buchonia Veteri*.

Inter *Esiconis* comitis fratres porro retulimus *Geroltum presbyterum*, *Gozmarum* et *Gerhardum* comitem. Presbyter *Geroltus* in eisdem *Tradit.* p. 190 ad a. 846 inter testes apparet, et diuersus fuisse videtur ab *Gerhone* seu *Cerolto*, qui l. c. p. 196, 198 et 200 ad an. 857, 860 et 864 inter testes præsto erat. Ambobus videtur nomen inditum esse ab eorum auo, *Gerbone duce*. *Gerbo* seu *Geroltus* is probabilissime fuit *Gerbo*, qui in *Tradit. Corb.* §. 207 appellatur filius *Landsfridi*. *Landsfridus* ille, a patruo ita dictus, opinor, verisimillime est *Landsfrid*, qui in *Tradit. Fuldens.* p. 179 ad annum 840 Fuldensibus quædam mancipia tradidit, in pago Salagewe obuia. An autem eius filius *Gerbo* liberos procreauerit, id omnino est obscurum. *Gozmarum* eapropter ad hanc gentem referendum esse putamus, quia non solum eius nomen inter posteros *Esici* comitis reperitur, sed quia etiam ille anno 850, teste Corpore *Tradit. Fuld.* p. 191 tradidit ecclesie Fuldensi quidquid proprietatis habuit in provincia, quam *Hessi* inhabitant in locis *Affaltva*, *Gilibba*, *Buochela*, *Fiermenni*, *Scruuffi* et *Mebilina*. *Facta est traditio in Affaltva*. *Affaltva* est villa Affoldern, ad fluuium Adrinam sita intra præfecturam Waldeck: *Mebilina* est Mehlen ad eundem fluuium posita et sub eadem præfectura: *Gilibba* videtur esse Gifitz intra præfecturam Wildungen: *Buochela* est Buhlen intra præfecturam Waldeck, vel Beleichen intra præfecturam Goedesberg in inferiori Hassia: *Fiermenni* villa non discrepat a Viermunt ad flumen Adrinam duobus circiter milliaribus ab oppido Franckenberg sita: *Scruuffi* est Schröfe vel Schreiffe, ad fluuium Oesse sita eadem in regione, non procul a vico Viermunt disiuncta. Fortassis ab hoc *Gozmaro* locus Geifmar, non procul ab oppido Frizlaria reperiendus, nomen traxit.

*Gerhardum* comitem eam quoque ob causam ad hanc gentem retulimus, quod inter *Esiconis* posteros eius nomen crebro recurrit, et quia is in eisdem *Tradit. Fuldens.* ad a. 856 p. 193 inter testes refertur. Fortassis hic huius nominis primus non erat eo quod l. c. p. 88 quidam *Gerhart* cum fratre *Ippin* Fuldensibus bona tradidit, in pago Grapsfeld sita, anno 804; cuius autem domini hi filii fuerint, an *Waltheri* vel *Landsfridi I*, vel *Gawimanni*, non constat.

Progredimur ad *Vaiarini* siue *Werini V* filios, quos fuisse *Conradum I*, *Euerhardum I*, *Gebehardum III* et *Rudolfum IV* iam ante diximus. *Conradus* siue *Chonrat* comes ad annum 889 est obuius in *Tradit. Fuldens.* p. 214. Ipse videtur



Ab anno  
854 vsque  
877 re-  
gnante  
Hludo-  
uico et

tur fuisse *Cburadus comes*, qui anno 897 in pago Eichesfelden et in pago Ottonis comitis infra terminum villarum Ambraha et Kermara, et in locis Lengenfelt, Eimlinhusen, Dirdorf et Dachrede beneficium seu feudum tenebat ab imperatore Arnolfo, teste diplomate cesareo in *Tradit. Fuldens.* p. 219. Eundem *Conradum* ad a. 904 et 905 in *Tradit. Fuldens.* p. 221 seq. inter testes deprehendimus. Et Chronicon nostrum Corbeienſe MSptum eundem appellat ducem, eum anno 906 in praelio mortuum esse, referens. Vxorem eius fuisse *Glimuodam*, didicimus iam supra e litteris nati ex eo filii, *Chunradi regis*. Ipsam fuisse mortuam VI Kal. Maii anno 924, attestatur Necrologium Fuld. T. III. S. R. B. Leibn. p. 763.

Frater *Conradi*, *Euerhardus*, anno 889 in *Corpore Tradit. Fuldens.* p. 214 inter testes conspicuus est. Mortuum esse eum anno 902, iam supra e Chronico nostro Corb. MSpto demonstraui.

Fratrem eius *Gebehardum comitem*, huius nominis tertium, habere quis posset pro *Gebehardo*, qui anno 889 traditionem *Meginfridi* in pago Grapfeld suscepit, vt firmior esset. *Trad. Fuld.* p. 214. Aduocatorum quondam partes erant, alienata tradere monasteriis, donata recipere, et, ea vt facta tecta essent, priuilegia ab imperatoribus seu regibus impetrare. Exempla videre est in *Tradit. Fuld.* num. 471, 472, 476 et 548, atque in *Dioecesi Fuldensi* num. 8. *Gebehardum* ergo comitem anno 889 aduocatum fuisse Fuldensem, omnino putamus. Probabilissime autem hic *Gebehardus* est diuersus a comite *Gebehardo*, qui anno 910 cum comite *Cunrado* traditionem quandam, Fuldensi ecclesiae factam, suscepit. Cum enim anno 907 *Wolsmunt* quidam in *Corpore Tradit. Fuldens.* p. 224 appelleretur Aduocatus Fuldensis, *Gebehardus* ille, qui anno 889 traditionem *Meginfridi* suscepit, verisimillime censendus est filius vel *Leidrati II*, vel *Fricconis* vel *Gundalabe*, aduocatorum Fuldensium. *Wolsmunt* autem praedicti *Gebehardi*, anno 889 Fuld. aduocati, filius fuisse videtur. Si quid inest veri huic coniecturae nostrae, ad gentem nostram quoque spectasse videtur *Wolsmunt*, qui anno 821, teste *Corpore Trad. Fuld.* p. 133 bona quaedam tradidit pro Ruadrata, in pago Grapfeld posita. Esse quoque *Wolmuntum* in censum venire putamus, qui in eiusdem pagi villa *Wolmunteshusun* anno circiter 952 p. 236 bona largitus est ecclesiae Fuldensi. Ille enim filius fuisse videtur *Gerhaonis* ducis, atque hic videtur existisse frater *Gerolti VI* et *Gerhardi IV*. *Gebehardi III* meminere Traditiones Fuldenses ad a. 904, 905 et 907 p. 221, 222 et 223. Anno autem 910 ille munus aduocatie Fuldensis videtur tenuisse. Cum enim eodem anno *Hatto*, archiepiscopus Moguntinus, Fuldensi ecclesiae bona quaedam traderet, teste *Corpore Trad. Fuld.* p. 225, inter alia loco laudato haec leguntur verba: *Signum Gebehardi et Chunradi comitum, qui eandem traditionem rerum fideli manu susceperunt, et hoc coram rege iurauerunt, vt eas S. Bonifacio Martyri fideliter delegarent et praecepto regio confirmarent.* *Chunradus* is comes fuisse alius non videtur, nisi *Chunradus*, postea rex Germaniae huius nominis primus, cuius patruus erat comes *Gebehardus*, qui eam ob causam quoque *Chunrado* antepositur.

*Chunradi regis* Traditiones Fuldenses passim mentionem iniecerunt. Ita v. g. p. 225 *Chunradus rex* anno primo regni sui, id est, 912 ecclesiae Fuldensi tres hubas tradidit, in pago Grapfeld ad *Helmericheshusam* sita, quo loco *Schannatus* huius regis sigillum exhibuit, ab eiusdem regis sigillo, quod ex archiuo Corbeienſi postea producemus plane diuersum. Eodem anno *Chunradus rex* tradidit res paterna hereditatis quaedam, in pago *Hustin* sitas, id est, curtem *Dribura* in comitatu *Badonis*, et in pago *Loganaegowe* intra comitatum *Otonis fratris regis* loca *Mittiu*, *Altinchircha*, *Mestineshufa*, *Liuna* et *Niuunchirriha* l. c. p. 227, quo in diplomate eiusdem regis genitrix appellatur *Glimuoda*, cuius praeterea nomen in alio documento, sed citra anni notam, l. c. p. 229 seq. reperiendo, occurrit, indicante, eundem regem pro sua matrisque suae *Glimude* anima *S. Bonifacio* tradidisse praedia, a parentibus suis hereditario iure collata, posita ad villas *Hager* et *Sumerde*.

Erat imperatoribus solemne, vt regno admoti agnatis et propinquis suis aduocatas, quas antea ipsi tenuerant, concederent, quod vel sola *Brunoniana* domus  
fatis



fatis docere nos potest. Henricus enim auceps, in regem Germanie electus, gubernante Corbeiam Adalgaro. aduocatum Corbeiensem in suos agnatos transtulit. Hoc itidem a rege *Cbunrado* factum fuisse, censemus. *Herimannum II* atque *Vdonem VI* filios existisse *Gebehardi III*, nemo negat. *Herimannum* nominat *Cbunradus* rex anno 913 venerabilem comitem suum in diplomate, reperiundo apud Nic. Schatenium in *Annal. Paderborn.* Tom. I. p. 244. *Vto comes*, teste *Necrolog. Fuld. T. III.* S. R. B. Leibn. p. 763 anno 949 vitam cum morte commutauit. *Herimannus* autem iam antea obiisse videtur. Deprehendimus enim in *Corpore Tradit. Fuldens.* p. 235 *Geroltum* quendam, quem huius nominis sextum appellauimus, anno 940 aduocatum Fuldensem. Atque eapropter eundem *Geroltum* habemus pro *Geuehardi III*, aduocati Fuldensis, nepote, et pro filio Herimanni secundi.

*Gerolti* frater fuisse videtur comes *Gerhardus*, qui in *Tradit. Fuld.* p. 235 inter testes reperitur, atque anno 944 bona quadam, in pago Grapfeld sita, largitus est ecclesie Fuldensi, teste *Corpore Trad. Fuld.* p. 235, vbi eius vxor appellatur *Suelburg*. Ipse obiit anno 982. *Geroltus* autem siue *Gero* decessit anno 965, teste *Necrologio Fuldensi* p. 764 et p. 765. An comes *Afse*, qui, eodem *Necrologio* teste p. 764, animam suam anno 965 creatori reddidit, ad hanc familiam referendus sit nec ne, id in medio relinquimus. Item an comes *Vto*, qui l. c. p. 765 anno 992 vitale lumen amisit, illius *Afici* filius fuerit, nec ne, mihi non constat.

*Gerolti VI* filius probabilissime erat comes *Adelbertus*, qui anno 973 aduocatus Fuldensis appellatur in *Corpore Tradit. Fuld.* p. 241. Vitalem auram eundem amisit anno 983. XVIII Kal. Octobris, testatur *Necrologium Fuldense* p. 765. Eius fratres fuisse videntur *Eburhart comes*, anno 966 mortuus l. c. p. 764, et *Werinberius comes*, anno 982 defunctus l. c. p. 765. *Werinheri* comitis filii fuisse videntur *Ruodolt comes*, atque *Adelbertus comes*, quorum ille anno 1010 et hic anno 1024 vita excessit, eodem *Necrologio* teste p. 766 et 767.

*Adalberti VII*, aduocati Fuldensis, filii fuisse videntur 1) *Lando comes*, anno 1011 ecclesie Fuldensis aduocatus, teste *Schannato in Buchonia Veteri* p. 327, 2) *Bernhardus*, anno 1015 ecclesie eiusdem aduocatus, teste *Corpore Tradit. Fuldens.* p. 246, et 3) *Gebehardus*, cuius comitatus anno circiter 1020 erat obuius in pago Grapfeld l. c. p. 247. Probabile nobis videtur, hunc *Gebehardum* esse comitem Gurrardum, quem anno 1042 vitam finiuisse, refert *Necrologium Fuldense* p. 768. Eiusdem *Gebehardi* filium fuisse comitem *Gerhartum*, qui in *Tradit. Fuldens.* p. 253 ad a. 1048 et 1049 inter testes apparet, atque ab aduocato Fuldensi *Gerberto* distinguitur, coniecturam ducimus. Videtur ille fratrem habuisse *Werinberum* comitem, anno 1040 occisum, teste *Necrologio Fuldensi* p. 768.

*Bernhardi* aduocati Fuldensis filii fuisse videntur 1) *Gerhartus*, anno 1048 aduocatus Fuldensis, teste *Corpore Tradit. Fuldens.* p. 253, 2) *Gozwin comes*, teste *Necrologio Fuld.* p. 768 anno 1051 mortuus, et 3) *Reginbartus comes*, anno 1040 XI Kal. Sept. occisus l. c. p. c.

Post *Gerhartum*, aduocatum Fuldensem, anno 1058 aduocatus Fuldensis erat *Reginbardus*, teste *Corpore Tradit. Fuldens.* p. 255 et *Dioecesi Fuldensi* p. 249, mortuus anno 1062, teste *Necrol. Fuld.* p. 769. Filium itaque eundem fuisse *Gerharti*, aduocati Fuldensis, censemus. *Reginbardo* mortuo ad annum 1076, rursum aduocatus Fuldensis erat *Gerhartus*, teste *Corpore Tradit. Fuld.* p. 258. Atque hic probabilissime frater dicti *Reginbardi* fuit, cuius porro frater fuisse videtur *Gozmarus comes*, qui l. c. p. 257 ad annum 1079 inter testes apparet. Cum autem rursus anno 1079 l. c. p. 255 et p. 258. *Vto* appellatur Fuldensis aduocatus, verisimillime a propatruo ita dictus; *Vto* aduocatus Fuldensis *Gerharti VIII*, aduocati Fuldensis filius esse potuit, cuius scilicet *Vtonis IX* probabilissime filius fuit *Gozmarus*, qui, eodem *Corpore Trad. Fuld.* teste, anno 1111 et 1114 aduocatus Fuldensis erat, a quo procul dubio comes *de Zegenbagen*, aduocati Fuldensis hereditarii, descendunt, vti videre est e *Tabula III* ante alata.



Ab anno  
854 usque  
877 re-  
gnante  
Hludo-  
uico et

Prius vero quam eam illustramus, quædam addere liber de aduocato Fuldenſi *Sigifrido*, cuius I. F. Schannatus in *Buchonia Veteri* pag. 326 quidem meminit, quo autem is anno vixerit, non refert. Poterit is fuiſſe comes *Sigifridus*, cuius mortem *Necrologium Fuld.* p. 766 ad annum 1003 retulit, vel comes *Sigefridus*, qui, teſte eodem *Necrologio* p. 767 anno 1025 vitam cum morte commutauit. Ille fuiſſe videtur filius *Adelberti VII*, hic autem filius *Berhardi*, aduocatorum Fuldenſium, et *Gerharti VII* frater. Quemadmodum itaque aduocatus *Sigefridus* facili negotio et veriſimilitudine ad gentem noſtram referri poterit, ita quoque vir nobilis *Erenſridus* eiusque vxor *Rucela* probabiliffime ad hanc gentem ſpectarunt, quippe qui, teſte *Corpore Tradit. Fuldenſ.* p. 256, anno 1061 tradiderunt eccleſiæ Fuldenſi prædium, in prouincia Haſſiæ intra comitatum *Werinberi* ſitum. In eodem *Corpore Trad. Fuld.* p. 293 *Erenſridus* quidam frater *Sigifridi* appellatur, qui probabiliffime eſt *Erenſridus* ante dictus, et, hoc ipſo concefſo, comites, *Ermſriti* dicti, ad gentem noſtram referri poſſunt, quorum alter anno 945, atque alter anno 982 mortuus eſt, teſte *Necrologio Fuldenſ.* p. 763 et p. 765.

Iam Tabulam III ante allatam, quæ comites Ziegenhainenſes in Haſſia olim florentes exhibet, explicare et illustrare liber. Scilicet monuimus iam ante, *Gozmarum III* ad annum 1111 et 1114 appellari aduocatum Fuldenſem. Idem in eodem *Corpore Trad. Fuld.* p. 260 ad a. 1116 dicitur *ſenior*, reſpectu ſcilicet eius filii cognominis. Vixit ipſe adhuc anno 1117, 1118, et 1120, teſte p. 261 loci laudati.

Huius *Gozmari III* filii erant *Gozmarus* et *Bobbo*, teſte diplomate cæſaris *Heinrici V*, quod legitur in *Kuchenbeckeri Analectis Haſſiacis Collect.* XII pag. 321. Datum eſt hoc diploma III Kal. Sept. indiſt. VII anno 1114, et actum fuit de ea re *Fuldæ*. Nemo ergo negare ſultineat, intelligi alium *Gozmarum*, atque *Gozmarum*, aduocatum Fuldenſem. Cæſar eodem diplomate impertit *Adilmano*, *Heriſfeldenſis* eccleſiæ abbatii, annum forum in *Bretingen*, villa *Heriſfeldenſis* eccleſiæ ſubdita, et iuxta ſtumen *Wirraha* in comitatu *Gozwini comitis* ſita. An hic comes *Gozwinus* fuerit frater *Gozmari III*, aduocati Fuldenſis, id in medio relinquimus. Villa autem *Bretingen* procul dubio vna eſt ex illis, quarum primam appellant *Alten-Breitungen*, ſecundam *Königs-vel Frauen-Breitungen*, et tertiam *Burg-Breitungen* ſiue *Herren-Breitungen*. *Regis-Breitunga* villa ſita eſt trans *Wirraham*, et vetus *Breitunga* ac *Herrenbreitungen* eis ſtuum *Wirraham*. Omnes hæc villa quondam ſpectarunt ad comitatum *Hennebergicum*. Probabiliffime ideirco comes *Gozwinus* inter progenitores comitum *Hennebergicorum* referendus eſt. Si ſumamus, *Gozwinum* fuiſſe fratrem *Gozmari III*; *Bobbo*, filius *Gozmari III*, conditor comitum *Hennebergicorum* fuit. In eiſdem enim *Traditionibus Fuldenſibus* p. 259 ſeq. is ad annum 1116 *Bobbo comes de Heinenbere* adpellatur, cuiusque frater *Godbertus comes de Heinenbere* dicitur. Qui poſterior veriſimillime idem eſt, qui l. c. p. 263 in alio documento ad annum 1128 nominatur *Godeboldus comes de Hennebere*, atque ad a. 1137 *Goteboldus comes de Henneberg* in *Anal. Haſſiacis Collect.* XII p. 311. Confer I. F. Schannati *Buchoniam Veterem* p. 394, vbi commemorantur *Bobbo* comes de *Heinenbere* eiusque Germanus, *Godbertus* comes, ad a. 1116, *Rapato* comes filius *Berchtolſi* comitis de *Heinenbere* ad a. 1150, *Gebehardus*, epifcopus *Herbipolenſis*, frater *Bopponis* comitis de *Heinenbere*, circa annum 1150 et *Bopponis* comes de *Heinenbere* ad a. 1228. Recenſentur autem tam *Gebehardus* ad annum 1122, quam *Gebehardus* ad annos 1151, 1152, 1154, 1158 et 1160, epifcopi *Herbipolenſes*, inter comites *Hennebergicos* a *Bucelino* in *Germania Sacra*, atque ab aliis. Illud certiffimum eſt, *Gebehardum*, *Wirziburgenfem* epifcopum, in *Corpore Trad. Fuld.* p. 271 ad annum 1151 germanum dici *Bopponis* comitis atque *Bertoldi*, quorum nomina tam in gente *Hennebergica*, quam *Ziegenhainenſi*, pæne vicibus alternis reperuntur.

*Gozmarus IV* anno 1126 appellatur *principalis aduocatus de domo Fuldenſis* eccleſiæ, in *Schannati Buchonia Vet.* p. 338, et in eiufdem *Tradit. Fuldenſ.* ad a. 1128 p. 262, item a. 1138 p. 265 *aduocatus Fuldenſis*. Mortuum eum eſſe circa annum 1140, diſcimus e quodam documento, quod protractum eſt *Trad. Fuld.*



p. 266 in lucem. In eo ipse adpellatur *Gozmarus aduocatus*, *vir christianissimus*. Eius vxor *Clementia*, quæ donauit bona ecclesiæ Fuldensi in villa Serkesbach, ibidem memoratur. Ex eodem documento patet, eidem *Gozmaro* fuisse filiam. Cuius tamen nomen memoriæ proditum non est.

gubernante Corbeiam Adalgario.

*Godefridum*, aduocatum maioris domus, cuius ad annum 1156 quoddam documentum meminit in *Buchonia Veteri* p. 331, ad annum 1158 in *Schannati Dioecesi Fuld.* p. 264, fuisse filium *Gozmari IV*, non quidem inuenimus, dignitas autem aduocatiæ Fuldensis id aliter postulare non videtur. Inter testes *comes Godefridus* deprehenditur cum fratre *Poppone* comite ad a. 1145 in Schannati Corpore Tradit. Fuld. p. 265, eiusque probabilissime filii fuisse *Gozmarus V* eiusque frater *Rudolfus VI*, qui in eisdem Traditionibus Fuldens. p. 272 ad annum 1170 nuncupantur *comites de Ziegenhain*.

Horum procul dubio filii fuerunt *Godefridus II*, *Ludouicus I*, et *Gozmarus VI*. *Godefridus* et *Ludouicus* comites reperiuntur in Schannati *Dioecesi Fuld.* p. 269 ad annum 1197. Teste diplomate *Sifridi* sanctæ Moguntinæ sedis archiepiscopi et apostolicæ sedis legati, *Ludouicus* et *Gozmarus* comites in Ziegenhagen erant germani fratres. Diploma id habetur in *Kuchenbeckeri Anal. Hass. Collect.* XI. p. 130. *Gozmarus* siue *Gozmarus* appellatur anno 1234 patruus *Godefridi* et *Bertoldi* comitum de Ziegenhagen, nec non *Burchardi* clerici, horumque patruelis *Rudolfus*, teste diplomate in eiusdem *Kuchenbeckeri Anal. Hass. Collect.* XI p. 133. *Rudolfus* hic fuisse idem videtur, qui in eisdem *Anal. Hass. Collect.* IX p. 159 ad annum 1223 adpellatur comes de Zeygenhain, diciturque cum *Godefrido*, *Bertoldo* et *Gozmaro*, comitibus de Ziegenhagen, decimam ad Aldendorf obuiam, in Berguzen anno 1233 resignauit *Sifrido* sanctæ Maguntinæ archiepiscopo, vt eandem conferret ecclesiæ Aulisburgi, teste eiusdem archiepiscopi diplomate in *Kuchenbeckeri Anal. Hass. Collect.* XI p. 131. *Godefridus* et *Bertoldus*, fratres, comites Ziegenhagenses, anno 1240 abbati et fratribus in Hegene pratum intra communia pascua Lazhufen conferunt, iidemque tradunt anno 1243 ecclesiæ, in Aulesberg sitæ, villam Himelesberg, restantibus eorum litteris in *Kuchenbeckeri Anal. Hass. Collect.* XI p. 135 et p. 137. *Bertoldus*, comes de Ziegenhain et Nidda, anno 1242 libera pronunciauit bona, in Ringeshausen sita, et spectantia ad fratres Domus S. Anthonii in Grunberg, teste C. F. Ayrmanno in *Anal. Hass. Coll.* IV p. 400. Anno 1233 passionem inierunt *Godefridus* et *Bertoldus*, comites de Ziegenhain, cum *Conrado*, Thuringiæ Landgrauio. Hic illis confirmauit prædiorum possessiones, quas *Fridericus*, comes Wildungensis, possederat, sita intra fossam Ziegenheina, atque promisit eis, se nullum castrum intra terras ipsorum moliturum atque Stauffenberg castrum et Treysam eis relicturum; comites autem prædicti renunciarunt bonis illis, quæ in Reichenbach et Kefebergk sita possederant, teste *Kuchenbeckeri Anal. Hass. Collect.* II. p. 343 seq. *Bertoldus* comes de Ziegenhain vixit adhuc anno 1248, testibus litteris in Schannati *Dioecesi Fuld.* p. 120. Anno 1250 comes *Godefridus* de Reichenbach profertur, se cuncta feuda, quæ a dominis atque amicis suis hætenus quiete possederit, heredibus comitis *Bertoldi* de Cygenhan libere concessisse, teste diplomate in *Kuchenbeckeri Anal. Hass. Coll.* XI p. 137 seq. Idem *Bertoldus*, comes Cygenhagensis, declarauit, se bona in Lutcela, curiam Haenloch iuxta Erbenhufen, quartam partem villæ Scemmelhagen et curiam in Kirdorph a Gerharo de Duuendal, ministeriali suo, eiusque vxore *Methilde*, monasterio in Hegene sito collata confirmasse. Actum est de ea re in ecclesia *Haukeburne* anno domini 1254. VII idus Maii. Litteræ hæ exhibentur in *Anal. Hass. eiusdem Kuchenbeckeri Collect.* XI p. 159 seq. Aduocatum eundem fuisse *Bertoldum* ecclesiæ Fuldensis, patet e litteris MSptis, quibus ille ad annum 1249 cum *Henrico*, abbate Fuldensi, fædus iniit, vbi memoratur aduocatia Fuldensis cum pagis circumuicinis, in quibus ius illud aduocatiæ id viguerit, ab ipso possessum, *die Vogtey zu Fulda und die liegende Dörffer, darinnen or das Vogtrecht herbracht*. Circa annum 1254 comes *Bertoldus* Cygenhagensis videtur obiisse. Offert enim se in eisdem *Kuchenbeckeri Anal. Hass. Coll.* XI p. 141 documentum, circiter a. 1255 exaratum, quo E. (fortassis *Eilica*) se ipsa appellat *relictam comitis Bertoldi de Cygenhan* suumque filium G. vocat. Eadem l. c. p. 148. a. 1261 nuncupatur E. comitissa de Tekeneberg, ei-



Ab anno  
85+ usque  
877 re-  
gnante  
Hudo-  
uico et

que filius additur comes *Godefridus de Cygenhan*, quem in Tabula nostra nominamus huius nominis quintum.

Sed reuertendum est ad *Godefridum IV*, fratrem *Bertoldi* et *Burchardi*. Huius *Godefridi* fratres anno 1234 fuisse *Bertoldum* et *Burchardum*, eiusque patrum *Gozmarum* et patruelem *Rudolfum*, demonstrauiamus iam ante perhibentes, eundem *Godefridum* anno 1233 pactum iniisse cum *Conrado Landgrauio Thuringie*, eodemque anno vna cum *Bertoldo*, *Gozmaro* et *Rudolfo*, comitibus de *Cigenhagen*, decimam ad *Aldendorf* in *Bergizzen* prouenientem dedisse monasterio *Cisterciensis ordinis*, in *Aulisburg* conspicuo. Vna cum fratre *Bertoldo*, comite de *Zigenhagen*, *Godefridus comes* anno 1240 bona quedam tradidit abbati et fratribus, commorari solitis in *Hegene*, teste diplomate in *Kuchenbeckeri Anal. Hass.* Coll. XI p. 135, et anno 1243 cum fratre *Bertoldo* comite de *Cigenhagen* pro remedio animarum patris et matris dedit villam, quae vocatur *Himelesberg*, cum ecclesia et aliis, eiusdem villae propriis, hominibus eorum duntaxat exceptis, ecclesiae *Aulesbergicae Cisterciensis ordinis*, teste documento l. c. p. 137. Vixit ipse adhuc anno 1244. Circa annum autem 1255 memoratur quedam *Lu . .* relicta comitis. *Godefridi* de *Cygenhan* eiusque filius *L . .* in *Kuchenbeckeri Anal. Hass.* Coll. XI. p. 141.

Nomen filii, ex *Godefrido* nati fuisse *Ludouici*, ex alio documento, quod allegatur in eisdem *Anal. Hass.* Coll. II p. 344, quo ad annum 1258 *Ludouicus comes*, *Godefridi filius*, et *Godefridus*, *Bertoldi filius*, se prodit, et memoratur, *Ludouicum Niddanum* et *Godefridum Zigenhainensem* comitatum, atque illum tunc temporis iure hypothecario possedisse aduocatiam *Fuldensem*, pretio *CLXXV* marcarum redimendam. Vnde porro colligimus, *Godefridum*, *Bertoldi filium*, eandem aduocatiam iure hereditario tenuisse a patre acceptam, eandemque fuisse hereditariam. Clarissimus adhuc *Schannatus* in *Buchonia Veteri* p. 384, in parte superiori, inquit, *pagi Loganageve comites de Zegenhagen sedem suam quondam obtinebant, qui cum ecclesiae Fuldensis aduocati munere, quo ab antiquo fungebantur, sapius postmodum abuterentur, illud tandem, ex illorum manibus graui aere redemptum, penitus aboleuit abbas Henricus de Hochberg anno 1344, vt littera desuper confecta plenius testantur.* *Ludouicus*, comes de *Cygenhagen*, anno 1266 consensit, cum *Bruno de Hembach* quartam decimam partem in *Grintzenbach*, quam tenuerat iure feudali ex manu eius, daret ecclesiae in *Hegene* spectabili, teste diplomate in *Analectis Hass.* Collect. XI p. 157. Idem *Ludewicus*, comes in *Cigenhan*, eiusque legitima vxor *Sophia* anno 1271 consenserunt in id, vt bona, in *Lazhufen* sita, conferret *N. de Linsingen* ecclesiae *Hegenensis*, l. c. p. 162. Idem *Ludouicus*, comes de *Cigenhan*, litteris suis ad annum 1275 cum *Godefrido* comite de *Cigenhan* publice significauit, se in compensationem decimae *Salmanshusensis*, quam *Huldericus* et *Henricus*, ex *Rumerode dicti*, ab illis dimidiam tenebant titulo feudali, et ecclesiae *Hegenensi* vendiderant, recepisse sibi bona ipsorum propria iuxta *Goringen* sita, e quibus quotannis tria talenta redibant, quae ipsis tamen contulit vierque feudali titulo possidenda. l. c. p. 165. Tandem eiusdem *Ludouici* nomen repetitur ad annum 1278, in *Ioannis Spicilegio* p. 470. Ipse sine liberis mortuus esse videtur *Ludewicus*.

Eius patruelem *Godefridum* anno 1256 dici filium *Bertholdi* et anno 1261 filium *E. comitis* de *Tekeneborg*, eundemque anno 1275 cum *Ludouico* de *Cigenhan* consensisse de traditione decimae in *Salmanshusen*, demonstrauiamus iam supra. *Gerhardus*, archiepiscopus *Maguntinus*, eundem *Godefridum* anno 1291 nominauit *virum nobilem et comitem de Cygenhain* nec non suum *consanguineum*, eumque adsciuit oppidi sui *Ameneburg* castrensem militem, eique promisit in praesidii praemia centum et nonaginta marcas denariorum *Aquensium*, testantibus eiusdem archiepiscopi litteris in *Kuchenbeckeri Anal. Hass.* Coll. II p. 233 seq. Anno 1295 idem *Godefridus*, comes de *Zygenhain*, litteras *Henrici*, comitis *Waldeckensis*, rogatus sigillo suo communiuit. Adpellatur *uenerabilis dominus Albeydis*, relictae *Denhardi de Heymbach*, eiusque filiorum *Ludewici* et *Conradi*, in *Kuchenbeckeri Anal. Hass.* Coll. XI. p. 171. Ille eiusque vxor *Metbildis* vendiderunt a. 1300 *Cigenhainii* abbati et conuentui monasterii *Hegenensis* bona sua, sita intra terminos camporum villa *Wampbach*. l. c.



p. 172 seqq. Anno 1304 idem *Godfridus*, comes in Cygenhain, ratum esse iussit et sigilli sui fide confirmavit emtionem siue contractum, inter abbatem monasterii in Haniche et inter Ludewicum et Conradum fratres dictos Heimbach de iudicio siue aduocaria villæ Reyleshufen inirum l. c. p. 174. *Godfridus*, comes de *Czegebeyn*, eiusque vxor, *Mechtildis*, anno 1302 pactum inierunt cum *Ottone*, Landgraui Hassiæ, dictæ *Mechtildis* fratre, polliciti, se adiuturos *Ottone*m, recuperanda paternæ hereditati intentum, contra eius nouercom eiusque filium, Iohannem Landgrauium. l. c. *Collect.* XII p. 398 seq. *Mechtildem*, filiam Henrici Landgraui Hassiæ, iam anno 1283 vxorem fuisse *Godfridi* comitis de Ziegenhain, patet e litteris, quas allegat Kuchenbeckerus in *Anal. Hass.* Coll. VIII p. 386. *Godfridus* anno 1265 cum Henrico, Landgraui Hassiæ, pactiorem iniiit ea lege, vt, si soror comitis ante matrem eius sine liberis decederet, Landgrauius ex asse fieret heres. Anno 1309 conuentionem inierunt *Otto*, Hassiæ princeps, eiusque vxor *Alheit*, ac eiusdem soror *Mechtildis*, comes Ziegenhainensis, huiusque filius *Iobanner*, per quam accepit *Mechtildis* ab *Ottone*, fratre suo, hereditariæ portionis loco 1500 marcas denariorum Colonienfium, duobus denariis Weterauiicis in vnum Colonienfem computatis, ex oppido Franckenbergk, Grunberg et Alsfeld intra decennium pendendis, teste Io. Georgio Eistor in *Anal. Hass.* Coll. II p. 345. Tandem *Godfridus*, comes de Ziegenhain, ad annum 1297 apud Schannatum in *Diœcesi Fuldensi* p. 122 memoratur.

gubernante  
Corbeiam  
Adalgario.

*Godfrido* V, Comiti de Ziegenhain, fuisse filiam, nomine *Hetleke*, docent nos litteræ Otonis, Hassiorum Landgrauii, ad a. 1304. Recularunt vero illis consentire Iutta et totius conuentus sacræ virgines Aldinburgi, prope Werftham sitæ et Treuerensis diœcesios, ad preces matronæ nobilis dominæ *Mechtildis*, comitis de Ceginhein, suæ sororis, cuius filia *Hetlike* ibidem commorabatur, vt presbyterum eligerent, quemcumque voluissent, quem ille ad regimen ecclesiæ parochialis in Hucelubeym, cum vacaret, ipsius loci archidiacono presentaret, hoc autem tamdiu faceret, quamdiu prænominata filia sororis suæ superuixisset, socia virginum sacrarum cœnobii ante signifiati, teste diplomate in Kuchenbeckeri *Anal. Hass.* Coll. XII p. 392 seq.

*Iohannem* anno 1309 fuisse eiusdem *Mechtildis*, vxoris *Godfridi* comitis de Ziegenhain, filium, diximus iam ante. Ab eodem Iohanne, Ziegenhainensi comite, suscepit anno 1310 *Mechtildis*, vxor Philippi de Muntzenberg, partem dimidiam castri et oppidi Rauschenberg, 100 marcas denariorum Colonienfium, 6 libras Marburgenses in Erechirsdorf, tres libras in Hazbach, et XXX modios granorum in Wohra, testantibus *Anal. Hass.* Coll. II p. 345. Fuisse *Iohanni*, Comiti Ziegenhainensi, vxorem, nomine *Lucardim*, patet e litteris Petri, archiepiscopi Moguntini, ad quas prouocat Ioannis in *Rev. Mogunt.* Tom. I. p. 630. Petrus enim archiepiscopus anno 1312 comitem *Iohannem*, per solutus ei CCC marcas denariorum Colonienfium, in castrensem defensorem hereditarium castri Ameneburgensis adlegit et recepit. *Iohannes* vero vicissim ex coniugis suæ *Lucardis* consensu villam Franckenstein ei et ecclesiæ Moguntinæ obtulit, ac eam a Petro in feudum castrense rursus accepit: alter adhæc alteri opem aduersus quemuis, mutuam, imperio tantum et Landgraui Hassiæ exceptis, promisit. Eundem *Ioannem* fuisse aduocatum Fuldensem, testatur Io. Fr. Schannatus in *Buchonia Veteri* p. 361. Idem refert, Henricum abbatem Fuldensem anno 1339 contra aduocatum ecclesiæ suæ, *Iohannem* Ziegenheimensium comitem, locum Hasen muniendum suscepisse. Eundem *Iohannem* anno 1358 esse mortuum et in monasterio Heinenfî sepultum, memoriæ prodidit *Iohannes Letznerus* in *der kurzen Beschreibung des Klosters Heina in Hessen* p. 319 penes Kuchenbeckerum *Anal. Hass.* Coll. IV. Videtur autem et in eo hallucinatus esse Letznerus. Obiit enim sunt ad annum 1358 in Schannati *Buchonia Veteri* p. 384, seq. litteræ *Godfridi* comitis in *Czigenhain*, e quibus patet, eundem comitem *Godfridum*, qui Iohannis filius erat, villam Herchinhayn (Hergenahain) cum abbate Fuldensi, Henrico de Kraluc, sumtibus communibus in oppidum, castro munitum, conuertisse, a Carolo IV imperatore ad annum 1359 confirmatum priuilegiisque præmunitum. l. c. p. 385 seq.

Henricum, Hassiæ Landgrauium, et *Godfridum*, comitem de Ziegenhain, anno 1361 fœdus pepigisse, testantur *Anal. Hass.* Coll. II. p. 345. *Otto* de Cygenhain



Ab anno  
874 vique  
877 re-  
gnante  
Hludo-  
uico et

bain et Gotfrid, *Grese zu Cziiegenbain*, ad a. 1364 memorantur in *Sylloge diplomatum* Gudeni prima, p. 643, in qua collectione praterea reperiuntur ad annum 1373 p. 650 *Gotfridus senior* et *Gotfridus iunior de Cziiegenbain*, pater scilicet et filius.

Iuniori anno 1371 desponsata est *soror Ottonis*, Brunsvicensis et Luneburrigici ducis, promissa dote 1000 marcarum argenti, testibus *Anal. Hassiacæ* Coll. II p. 345 seq. Significatur *Otto* cognomento malus, filius Ernesti. Nomen forori, quæ Ottoni tribuitur, fuit *Agnelæ*. Illud hoc loco adiungere libet, cum *Winkelmanno Eccardum* in *Hist. Geneal. Principum Super. Saxon.* p. 333 in genealogia comitum Ziegenhainensium tradita miscuisse rotundis quadrata, atque ipsos illum *Godefridum seniore* penitus omisisse. Prouti enim *Eccardus* genealogiam horum comitum composuit, *Godefridus* esset dicendus maritus *Agnelæ* Brunsvicensis, isque senior, et *Godefridus*, iunior *Iohannis* frater. Cum autem, quod postea dilucebit, *Gotfridus, Iohannis frater*, nondum anno 1414 vxorem duxerit; procul dubio inter *Iohannem* anno 1358 mortuum et inter *Godefridum* maritum *Agnelæ* Brunsvicensis, senior ille *Godefridus, comes de Ziegenbain*, erit inferendus et interiiciendus.

Duxisse *Godefridum* anno 1371 *Agnelam* Brunsvicensem, traditur in *Excerptis* Chronici Riedeseliiani Hassiaci, insertis *Kuchenbeckeri* *Analectis* Hassiacis Coll. III p. 24, quibus itidem docemur, anno 1372 obiisse *Gothesfredum*, comitem de *Ziegenheyn*, centurionem fœderis stelligerantium, eiusdemque filium æque dictum *Godefridum* id bellum continuasse. Quod quomodo copulari queat cum ante adductis momentis historicis et chronologicis, fidei diplomatum superstructis, prorsus non intelligo.

*Godefridum, comitem de Ziegenbain*, mortuum esse anno 1423 eadem *Excerpta* Riedeseliiana l. c. p. 45 referunt, quæ porro p. 46 ad annum 1431 *Iohannis comitis de Ziegenbain* mentionem iniecerant. Eadem p. 46 indicant, eundem *Iohannem*, vltimum stirpis suæ et comitem *Ziegenhainensem* et *Niddanum*, anno 1450 decessisse et in monasterio *Heina* sepultum esse, eo euentu, vt *Comitatus* hi in manus *Landgrauiorum Hassiæ* peruenerit. Quod vltimum itidem asseritur in *Congerie etlicher Geschichte, so sich in Hessen vom Jahr 1247 bis 1566 zugetragen* l. c. Collect. I. p. 17. Quibus addimus, 1) *Iohannem*, comitem de *Ziegenhain* et *Nidde*, anno 1424 in feudum contulisse *Henrico* de *Eringeshulsen* ecclesiam parochialem, obuiam in superiori *Breydenbach*, non procul a *Rumerode* sita: et ecclesiam parochialem in *Eringeshulsen*, teste documento in *Anal. Hass.* Coll. VI. p. 425 suppeditato: 2) *Godefridum, C. de Ziegenbain et Nidda*, se anno 1404 confociasse cum *Hermann*: et 3) *Iohannem*, comitem de *Ziegenhain*, anno 1437 comitatum *Ziegenhainensem* *Ludouico Landgrauio Hassiæ* in feudum obtulisse, testibus *Anal. Hassiacis* Collect. II p. 346, et denique 4) *Iohannem, comitem de Ziegenbein et Nydde*, fratrem natu maiorem *Gotfridi comitis de Ziegenbein et Nydde*, eosdemque anno 1414 inter se pactum iniuisse ea lege, quodsi alteri vxorem ducere libuisset id fieri deberet cum alterius consensu ac prolixa voluntate, teste documento in *Analectis Hass.* Coll. XII p. 414 seqq.

Recensitis vltimis comitibus, de *Ziegenhain* dictis, reuertendum est nobis ad *Popponem* comitem, quem supra ad annum 1145 deprehendimus fuisse fratrem *Godefridi I.* aduocati *Fuldensis*. Procul dubio hic *Poppo* fuit *Poppo comes in Richenbach*, a patruo suo *Bobbone X* ita dictus. Ab hoc eius patruo deduximus supra comites de *Henneberg*, inter quos multi *Poppones* deprehenduntur. Scimus quidem alios eruditos alia esse in sententia. Quemadmodum autem vnicuique suo sensu abundare facile permittimus, ita ea in sententia persistimus in eruendo Comitum *Hennebergicorum* genere neminem, fidei diplomatum innisum, ascendere potuisse adhuc vsque ad *Bobbonem* istum, fratrem *Gozmari IV.* Maiores comitum *Hennebergicorum* bona hereditaria possiderint oportet iisdem in regionibus, quæ comitatum postea dictum *Hennebergicum* constituerunt. Iam vero dominos, ante a nobis recensitos, iisdem in regionibus bona tenuisse hereditaria, nemo inficiabitur. In progenitoribus ergo comitum *Hennebergicorum* exponendis eosdem dynastas comitesque recensendos esse, facile dabunt vniuersi.

*Bobbo-*



*Bobbonem XI*, fratrem Godefridi I aduocati Fuldenfis, fuisse eundem ac *Popponem comitem in Richenbach*, nemo inficias ire audebit. Castrum Richenbach, quod Reichenbachensibus comitibus nomen dedit, quondam in meditullio Landgrauitum Hassiæ et comitatus Ziegenhainensis visebatur. Primum huius nominis comitem *Popponem* descendisse ex Friderico, filio Ludouici ferrei Landgrauii Thuringiæ et Hassiæ, asserunt plerumque historici. Sed dubitamus, an iste Fridericus unquam in rerum natura fuerit. Fide vetustarum chartarum fulti statuimus, *Popponem* fuisse *Godefridi fratrem*, auctorem monasterii in Aulesburch, quippe qui in charta Henrici archiepiscopi Moguntini ad annum 1144 nominatur *Poffo et comes in Richenbach*, apud Kuchenbeckerum in *Anal. Hass. Coll. IV* p. 141, ubi item videre est, ei uxorem fuisse *Bertham*, et filium *Henricum* et filiam *Lutgardim*, cuius maritus *Volwinus de Swalewenberg* appellatur. Eiusdem *Popponis* et *Berthæ* nepos nominatur *Henricus comes de Ziegenhagen* in litteris Sifridi archiepiscopi Moguntini ad a. 1214 et 1215, quas exhibet Kuchenbecker in *Anal. Hass. Coll. XI* p. 746. E quibus simul momentis patet, *Henricum comitem de Ziegenhagen* habuisse tori sociam *Bertham* et liberos *Wickerum*, *Henricum*, *Godefridum*, *Popponem*, *Lutam* et *Demudam*. Ipse comes *Henricus de Ziegenhagen* proficitur ad annum 1214 in litteris reperiendis l. c. *Collect. XI* p. 122 seqq. se tot et hosce liberos habuisse. *Godefridus IV, filius Henrici*, se ipse appellat *comitem de Reichenbach*, et confirmat omnia bona ecclesiæ in Aulesberg, quæ illa obtinuerat, parta a suis maioribus amicis, parentibus et cognatis, l. c. p. 131 seq. Idem *Godefridus, comes de Reichenbach*, ejusque vxor *Mechtildis comitissa de Abenberg*, vniuersam possessionem priuam ipsorum cum toto iuris integri complexa ad annum 1236 contulit ecclesiæ, in Aulesberg extructæ, Cisterciensi ordini dicata, in memoriam sui et suorum parentum, qui eiusdem monasterii fundatores extiterant deuoti, l. c. p. 234. Et tandem idem *Godefridus, comes de Reichenbach*, ad a. 1250 proficitur, se cuncta feuda, quæ a dominis ac ab amicis suis eousque possederit quiete, quæque viri sui de manu sua hucusque tenuisse cognoscantur, heredibus *comitis Bertoldi de Cygenhan* libere concessisse. Testes sunt Adolphus comes de Waldeg, Sifridus comes de Widechenstein, Widekindus comes de Battenberg, atque alii l. c. p. 137 seq. E quibus non inepte colligere datur, eundem *Godefridum* sine liberis mortuum esse, et comitatum Reichenbachensem ad comites de Cygenhan, eo mortuo, transiisse.

Vt autem quædam addamus, ad confirmandam sententiam nostram facientia, qua asseruimus, ante dictos Poppones, factores comitum de Henneberg et Reichenbach, e stirpe antiquorum Hassiæ dominorum originem traxisse, monere liber, in *Tradit. Fuld.* p. 130, 131 et 139 ad a. 819 et 823 *Popponem* quendam comitem inter testes. Hunc eam ob causam ad gentem nostram spectasse credimus, quia is l. c. p. 255 ad annum 826 Fuldensi ecclesiæ piscationis partem tradidit, in pago sitam et obuam Grapfeld. Idem anno 839 beneficium tenuit, a cæsare intra Bokoniam, atque ea propter Cæsaris vasallus appellatur l. c. p. 177. Viderur hic *Poppo* filius fuisse Gerhaonis ducis.

Porro heic in censum venire credimus *Bobbonem, dominum presbyteri Martini* qui anno 889 ex consensu illius tradidit Fuldensibus bona quædam, in eodem pago Graphelde intra Nordheimeromarcam et in comitatu Adalberti sita. Testes huius traditionis inter alios erant *Bobbo comes eiusque filii Adalbrab et Bobbo*, l. c. p. 213. *Bobbo, dominus presbyteri Martini*, esse viderur filius comitis Gerhardi I. Si enim is supra dictus *Poppo* fuerit, filius Gerhaonis ducis, huic *Bobboni* nomen inditum fuit, a patruo suo petito. *Bobbo* autem comes, pater *Adalbrabii* et *Bobbonis*, verisimillime fuit nepos *Vionis III*. Vto ille anno 821 consensit in traditionem bonorum quorundam, in pagis Wormacinsæ et Lognahi sitorum, teste *Corpore Trad. Fuld.* p. 134. Anno 824 *Vto* et *Waltrat* bona tradiderunt, in pago Wormacinsæ et in inferiori Loganahi posita, l. c. p. 145. Hæc *Waltrat* eadem viderur fuisse femina *Waltrat*, quæ anno 821. l. c. p. 134 *relictæ Adriani* appellatur, bonis traditis in pago Wormacinsæ et Lognahi sitis, inclita nupta post hæc *Vtoni* comiti. Eadem *Waltrat* anno 822 soror *Ermprabie* appellatur, cum l. c. p. 135 bona tradidisse memoratur, in pago Grapfeld sita. Pone ergo, *Waltratam* nupsisse circa annum 824 *Vtoni* comiti. Eo factò, eiusdem *Vtonis* filius erit *Albrabtus*. Anno enim 857 *Albrabtus*, filius *Waldrude*, bona dedit



Ab anno  
854 usque  
877 re-  
gnante  
Hludo-  
uico et

dedit Fuldensibus, in pago Grapfeld conspicua, l. c. p. 195 seq. Eiusdem *Walt-  
rate* filia erat *Cunibilt*, quippe quæ ad annum 867 sita in eodem pago Grapfeld  
bona tradidit ecclesiæ Fuldensi, l. c. p. 204.

Videntur autem eiusdem *Votonis* filii fuisse *Berengarius* atque *Vto comes* nec  
non *Waldo abbar*. Fratres illi nominantur in *Anal. Franc. Fuldens.* Tom. I.  
S. R. G. Freheri ad a. 861 et 856 p. 34 et 39. Priori loco referatur, Hludouic-  
cum regem eos quasi socios infidelitatis Ernusti, summatis inter omnes proceres  
suos, exauctorasse, regis autem filium Hludouicum e illis pristinam dignitatem  
redditurum, promississe, hunc autem eos restituere in integrum non potuisse.  
*Berengarius* comes anno 868 vitam cum morte commutauit, teste *Necrologio Ful-  
densi* p. 762. *Vto* sine liberis videtur obiisse. Solus itaque *Adalbrabi*, cui a pa-  
truo ac progenitoribus suis nomen erat inditum, familiam videtur suam pro-  
pagasse.

Nihil autem veritati conuenientius statui posse, censemus, quam vt, hunc  
*Adalbrabum* seu Adalbertum patrem fuisse *Bobbonis* atque *Heinrici* comitum seu  
ducum, nobis persuadeamus. Indicant id filiorum, qui ipsis fuerunt, nomina:  
Comprobant id bona, ab illis possessa: Nec chronologia repugnat. Cum enim  
tam *Bobbo* quam *Heinricus*, filium habuerit, nomine Adalbrahi insignitum, am-  
bobus nomen inditum fuisse apparet, ab auo petitum. Habemus autem *Bobbo-  
nem* fratrem *Heinrici* pro eodem comite *Bobbone*, cuius *Traditiones Fuldenses* p.  
213 ad annum 887 mentionem iniocere, qui ad annum 889 l. c. p. 215 *Bobbo*,  
atque vnus procerum regis Arnolfi, appellatur. Id si dederis, *Bobbo comes* nul-  
lus fuisse videtur alius, nisi *Poppo*, Sorabici limitis custos, cuius Chronicon no-  
strum Corbeienſe MSptum ad annum 880, atque Annales Franc. Fuldenses  
Tom. I. S. R. G. Treheri p. 52 his meminere verbis: *Slauis, qui vocantur Dalma-  
titi, et Bohemi atque Sorabi, ceterique circum circa vicini, audientes stragem Saxo-  
num a Nordmannis factam, pariter conglobati, Thuringos inuadere nituntur, et in  
Sclauts circa Salam fluium Thuringis fidelibus prædas et incendia exercent. Qui-  
bus Poppo comes et dux Sorabici limitis occurrit, et diuino auxilio fretus, eos pro-  
strauit, vt nullus de tanta multitudine remaneret. De eodem loquuntur Anna-  
les Franc. Fuld. l. c. p. 55 ad a. 883 sequentem in modum: Poppo et Eginno co-  
mites et duces Thuringorum, inter se consiſgentes, non paucas hominum strages da-  
bant, in quo consiſtu Boppo superatus vix cum paucis viris effugit, ceteris omnibus  
occisus. Et rurſus p. 56: Iterum inter Popponem et Eginonem discordia cum cru-  
deli bello concrepat: quorum Poppo, prout antea solebat inferior exitiit. HEINRI-  
CVS FRATER POPPONIS, scilicet quom Nordmannorum manum validam Prui-  
miam venire cognoscit, vsque eos, vt dicunt, nullo euadente cum suis ad internecio-  
nem deleuit, et ille vero vulneratus euasit. Magnæ Popponem auctoritatis fuisse  
apud cæsarem Arnolfum, ex Annalista Saxone, qui sua heic ex Reginone hau-  
sit, patet. Ita enim Annalista T. I. Eccardi p. 225 ad annum 889: *Arnulfus  
defuncto Liutberto Moguntino archiepiscopo, annuente Poppone, Thuringorum duce,  
Suzonem Fuldensem monachum substituit. Arn* (diploma quoddam autographum  
Corbeienſe appellat eum Arnoldum) *Wirceburgensis venerabilis episcopus, hortatu  
Popponis ducis, pugnans contra Slauos occiditur, sociis omnibus per martyrium præ-  
missis; Rodolfus nobilitis, sed stultus frater Gebehardi et Conradi comitum, successit.*  
Idem porro Annalista Saxo ex eodem Reginone ad a. 892 p. 230 refert: *Pop-  
ponem ducem Thuringie dignitatibus exspoliatum esse. Id quod ad eundem an.  
892 Annales Franc. Fuld. habent, quibus Annalista Saxo hoc addit, ducatum  
Popponis commendatum esse Conrado, qui eundem paulo post sponte sua reddi-  
derit. Quo anno hic Poppo e vita exierit, non patet.**

*Popponi* fuisse fratrem *Heinricum*, iam vidimus. In expeditione Parisina eun-  
dem *Heinricum* anno 886 a Nordmannis occisum esse, Annales Francorum Ful-  
denses p. 60 referunt ita: *Mense Iulio imperator cum suis colloquium habuit in  
vrbe Metensi, et inde contra Nordmannos profectus est. Vbi dum aliquanto tempo-  
re moraretur, Heinrich comes a suis desertus et ab hostibus circumdatus occiditur.*  
V Kal. Septemb. eiusdem anni id esse factum, *Necrologium Fuldense* pag. 763  
docet.

Huius



Huius *Heinrici* filios fuisse *Adalbertum*, *Adalbardum* atque *Heinricum*, patet gubernante ex Annalista Saxone, paucis mutatis cum Reginone ad an. 897 p. 232 seq. scribente: *Inter Rodolphum Wirceburgensem episcopum, fratrem comitis Conradi et Gebehardi, et filios Heinrici ducis, Adalbardum, Adelbertum et Heinricum, implacabile odium ex minimis rebus oritur, et velut ex scintilla incendium succrescens diutim dilatatur, cum de nobilitate carnis, de parentum multitudine, de magnitudine potestatis ultra, quam decet, se extollunt, in caedes plurimas ruunt, truncationes manuum ac pedum fiunt, regiones bis subiecta rapinis et incendiis vastantur.* Causam huius discordiæ ex his verbis aliquatenus discere possumus, factum scilicet lernam horum malorum fuisse. Accebat autem et studium priuati commodi, vti in Chronico nostro Corbeienfi MSpto ad a. 897 annotatur. Saxones enim nostri tempore belli huius penitus otiosi spectatores non erant, sed *Otto*, aduocatus Corbeienfi, generi suo opem tulit, vt eum in recuperandis bonis ausis adiuuaret, vti Corbeienfes nostri prodiderunt. Ottonem hunc esse Ottonem illustrem et ducem Saxonie, nemo cum ratione infitari poterit. Vidimus enim iam ante, eundem tempore cæsaris Arnolphi fuisse aduocatum Corbeiensem. Vnus ergo dominorum inter se digladiantium gener Saxonie ducis Ottonis esse debuit. Consentiant omnes, illum generum fuisse *Heinricum*, sed non *Heinricum* ducem, fratrem ducis *Poppontis*, sed *Heinricum*, ducis *Heinrici* filium.

Widekindus noster *Annal.* Lib.I aliquid humani passus est, dum, vti in nostro MSpto verba leguntur, *cum bellum esset, perhibet, Chuonrado regis Chuonradi patri cum Adalberto, Heinrici (ducis postea regis) ex sorore nepote, primum interfectus est, frater Adalberti postea in vltionem fratris Chuonradus quoque occisus est ab Adalberto, nec vllus regum tam ingens bellum inter eminentes viros sedare potuit.* E quibus verbis patet, Widekindum duos Heinricos patrem scilicet et filium confudisse, atque Heinricum anno 886 occisum reputasse pro Heinrico, Henrici filio ad annum 902 interfecto. Eadem chorda quoque oberrauit Annalista Saxo ad a. 892 p. 235, ita scribens: *Hic temporibus Adalbertus magnus beros, cuius pater Heinricus dux, mater Baba, dicebatur, idemque filius, sorores Heinrici, postea regis, nepos vero Ottonis Saxonum ducis, cum fratribus suis contra Conradum, patrem Conradi postea regis, totum Ludouici regnum inimicitis turbabat, nec ante illum vllus regum quieuerat tam ingens bellum inter eminentes viros ortum sedare. Adalbertus Adalardus fratres, et Heinricus, ex castro Babenberch aduersus Conradum et Gebehardum ad pugnam processerunt. Illi viriliter, impetu excepto, ferro aciem irrumpunt, obuios prosterunt, tandem ad fugam agmen compellunt. Heinricus interfectus est, Adalardus captus, et post modicum iussu Gebehardi interfectus. Eberhardus, confossus vulneribus cecidit, inter cadauera occisorum inuentus domum reportatur et in breui moritur.*

*Baba*, vti Widekindus atque Annalista putant, non esse potuit mater *Adalberti*, sed fratris vxor. Discimus autem ex his, Babenbercham, hodie dictam Bamberg, ad *Adalbertum* eiusque fratres *Adalardum* atque *Heinricum* spectasse, et præcipuam huius belli causam fuisse, diffensionem inter illos propter bona auita ortam, in qua Conradigenæ fautores habebant Carolingidas, vtpote ipsorum confanguineos; Bambergenses autem Ludolfinos suos cognatos adsciuerunt adiutores. Ex quo porro non inepte quis posset colligere, tam Conradigenas quam Bambergenses ex vno sanguine esse ortos. Quæ rationes probabilissime quoque somes erant perpetui illius dissensus inter regem *Conradum* atque *Heinricum* aucupem, inprimis cum *Adalbertum* quoque, fratrem *Heinrici* sororii *Heinrici* aucupis, postea dolo circumuenirent et trucidarent. Quamuis enim *Adalbertus*, teste Reginone ad a. 903, *Rodolphum episcopum de Wirceburgensi ecclesia fugasset, resque et possessiones ecclesie presata depopulatus esset, et Euerhardi filios, sicut et patrem, hereditatibus et regis honoribus expulsos, ultra Spetihersbart (Speßart) secedere cõgisset: quamuis et idem Adalbertus victor anno 906 innumeram fugientium multitudinem cum ipso Conrado comite, patre Conradi postea regis, gladio prostrauisset, regionemque eius toto triduo perustrans cadibus et rapinis demolitus, atque oneratis ingenti præda sociis Babenberch reuersus esset, anno tante Annalista Saxone p. 237; tandem tamen rex Ludouicus infans Adalbertum in castro Tarasso obsedit. Egeno vero, Adalberti indiuiduus comes, a societate deficiens, cum omnibus suis ad regis castra se contulit: Atque Adalbertus, dolo archiepiscopi Moguntini Hattonis captus, regi oblatum et habito iudicio V*



Ab anno  
854 vsque  
877 re-  
gnante  
Hludo-  
uico et

idus Septembris capite truncatus est, possessionibus eius in fiscum redactis et ex dono regis in nobiliores collatis.

Iam facile diiudicatu esse poterit, de quonam *Adalberto* exponant Traditiones Fuldenfes, quibus refertur, *Adalbertum* quendam bona tradidisse ecclesie Fuldenfi. *Adalbertum*, filium *Popponis* ducis, bona dedisse ecclesie, patre adhuc viuente, probabile non est. *Adalbertum* ergo comitem, cuius comitatus erat anno 889 in pago Grapfeld obuius, teste *Corpore Trad. Fuld.* p. 213 et p. 214, qui l. c. p. 222 ad annum 905 inter testes apparet, habemus pro comite *Adalberto*, filio *Heinrici* ducis. Cum autem hic comes *Adalbertus* ultra annum 906 vitam non prorogauerit, ille non fuisse videtur *Adalbertus*, qui in eisdem *Trad. Fuld.* p. 224 ad a. 907 comes strenuissimus appellatur, et villam Ruotwindeshusen et Fricconem clientem habuit, qui in eius villa Stoeheim exactor erat. In pago Tullifelde eundem anno 914 fuisse comitem, discimus ex eisdem *Tradit.* p. 228. Referuntur enim l. c. ad comitatum *Adalbr. ibi* in pago Tullifelde et in Westhemonomarcu villa Weitaha et Fischbah. *Weitaha* hodie dicitur Veith, et Fischbah adpellatur Fischbach, satrapia ad abbatem Fuldensem spectans. Stoeheim autem erit vel Stoeheim villa, olim in pago Grapfeld sita, vel vicus Stoeheim, in episcopatu Wurtzburgenfi sub satrapia Mellerstad positus. Hunc comitem *Adalbertum* fuisse filium *Popponis* ducis, nemo ausit negare.

*Heinricus* comes, ad cuius comitatum in pago Grapfeld anno 887 refertur villa Munriceftat l. c. p. 213, esse non videtur *Heinricus dux*: hunc enim iam anno 886 esse mortuum, ante euicimus; sed eius fuit filius, *Heinricus*, anno demum 902 occisus. *Adalbardus*, frater *Heinrici*, fuisse videtur ille *Adalbardus* comes, in cuius comitatu anno 884 erat villa Rosbah, locus in Weterriba situs. l. c. p. 211. Cum autem et hic *Adalbardus* anno 902 interfectus est, diuersus is fuerit oportet primum a comite *Adalbarde*, ad cuius comitatum anno 880 spectauit villa Berge in pago Muselagewe l. c. p. 210, et deinde a nobilissimo comite *Adalbarde*, qui anno 905 abbati Fuldenfi, Huggi, dedit loca Steinh, Horebah, Larbah, Schem et Wolebah, in pago Salagewe sita, eademque ab abbate ante dicto rursus recepit l. c. p. 222. Probabiliter igitur iste *Adalbardus* ante dicti comitis *Heinrici* filius fuisse dicitur. Videtur nomen ei esse inditum, a patruo suo petitum.

Comitem *Euerhardum*, fratrem *Conradi* anno 906 occisi, nec non *Cebeardi* comitis ac *Rudolfi* episcopi Herbipolensis, habuisse filios, iam ante indicauimus. Nam relatum legimus, comitem *Adalbertum*, filium *Heinrici*, eundem *Euerhardum* eiusque filios hereditate expulsos ultra Spetiteshart secedere coegisse. Praedicto *Euerhardo* vnum fuisse filium *Conradum* comitem, demonstrauimus iam ante. Probabiliter quoque alter eiusdem *Euerhardi* filius fuisse existimatur comes *Hessi*, a proauo ita dictus, qui in *Corpore Tradit. Fuldenf.* ad a. 905 et 914 p. 222 et 228 inter testes apparet, et qui anno 915 bona quaedam, in comitatu suo et in pago Salagewe ad villam Zunzilesbah sita, tradidit Fuldenfi ecclesie, quae illi quondam, (fortassis anno 906 cum bona *Adalberti* comitis in fiscum redigerentur) dederat Ludouicus rex in proprietatem l. c. p. 229, quique anno 923 cum filio suo *Rudolfo* bona quaedam, ad Otkeresdorp villam (fortasse ab Odacro patris eius tritauo ita appellatam), et in pago Salagewe in comitatu ipsius et in Kinzlicheromarcu sita, tradidit ecclesie Fuldenfi l. c. p. 232. Probabile enim videtur esse, filium eius *Rudolfum* nomen accepisse a patruo eius, *Rudolfo*, episcopo Herbipolensi. Teste *Necrolog. Fuld.* p. 763 eodem anno 923 *Hessi comes* rebus humanis excessit. *Conradum* et *Rudolfum* comites sine liberis mortuos esse, probabile nobis videtur, eo quod nec vola nec vestigium eorum adparet.

Reuertimur ergo ad ducis *Popponis* filios. Hi adpellantur *Adalbract* et *Bobbo*. Horum pater, *Poppo dux*, probabilissime est *Poppo* ille, qui ad annum 906 comes in pago Folcfelda, teste *Corpore Trad. Fuld.* p. 222, vocatus fuit. *Popponem* custodiam Sorabici limitis non tenuisse vsque ad finem vitae suae, iam ante demonstrauimus. Omnino ergo is anno 906 comes videtur fuisse in pago Folcfelda. Ad eius comitatum referuntur l. c. Folchaa superior et inferior, Fugalspurc, Aachiuel, Liliuel, Ostheim, Ronepahc, Egininhufu, et Keroltshoua.

In



In pago Folcfelda olim principem locum fuisse Bambergam, eundemque pagum nomen suum accepisse a riuo Folkaha, hodie Volkah, qui paulo supra Swartzach Mœnum influit, docuit nos I. F. Schannat in *Buchonia Veteri* p. 404. Magnam itaque partem Bambergensis ac Wurtzburgenfis episcopatum comprehendisse pagum Folcfelda, satis superque planum esse intelligitur.

Non est autem, quod nobis obiicias, *Popponem ducem* vsque ad annum 906 viuere non potuisse. Si enim sumimus, *Vionem* comitem anno 824 matrimonium contraxisse cum *Waltrata*, eo ipso *Albrach* eius filius nasci potuit anno 825, *Berengarius* anno 826, *Vto* a. 827 et *Cunibilt* a. 828. Si *Albrach* coniugii vinculis sese obstrinxit anno ætatis XVII, thalamicque fociam duxit anno 842, tunc omnino *Poppo dux* in lucem edi potuit anno 843, atque *Heinricus* anno 844. Quodsi *Heinricus* confortem thalami adsciuit anno XVI ætatis suæ, vite lumen excipere potuerunt *Adalbertus* anno 861, *Adalbardus* anno 862, atque *Heinricus* anno 863. Si rursus *Heinricus* anno ætatis suæ XVII nuptias celebrauit cum *Baba*, *Adalbardus* in luminis vitalis auras prodire potuit anno 881. Anno ergo Christi 905 *Adalbardus*, si rem ita instruxeris, annum ætatis egisset XXIV, quo ille iam comes in pago Salagewe non esse potuit. Si *Poppo dux* natus est anno 843, atque anno ætatis XVIII se vxori fociauit, nasci potuerunt *Adalbracht* anno 862, et *Bobbo* anno 863. Cum itaque *Bobbo* anno 945 animam creatori reddidit, ea ipse tempeltate annos habuisset vitæ suæ LXXXIII, eius autem pater *Poppo* Sorabici limitis custos, anno 843 natus, anno 906, quo fuit comes in pago Folcfelda, egisset annum ætatis LXIII.

Huius *Popponis ducis* filius *Bobbo* videtur fuisse *Bobbo*, in cuius comitatu intra pagum Grapfeld fuerunt anno 922 Soresdorf, anno 923 Thieboldeshufon, et anno 944 Schilturoda, Belliriod, atque Ingeresfeld, teste *Corpore Trad. Fuld.* p. 231, 232 et 235. Inter testes apparet ille ad a. 929 l. c. p. 233. Mortuum autem eundem esse anno 945, *Necrologium Fuldense* p. 763 refert. An filios procreauerit hic *Bobbo*, certo dicere non licet. Interim magna cum verisimilitudinis specie ab eo deduxit illustris *Eccardus* in *Histor. Geneal.* p. 239 seqq. comites Wimarienteses, dum ei tribuit filium comitem *Wilhelmum*, cuius posteros nos merito antea tabulis nostris inferuimus, lectorem beneuolum, qui probationes desiderat, ablegantes ad *Eccardum*. Easdem enim hic repetere superuacaneum duximus, ne acta egisse videamini.

De *Heinrici* autem, qui erat filius *Heinrici ducis*, filiis quædam addendi occasio nobis commodior hoc loco suppeditatur. Tribuimus *Heinrico* iam supra filium *Adalbardum*, anno 905 comitem in pago Salagewe. Huius *Adalbarði* frater fuisse videtur comes *Heinricus*, ab auo ita dictus, cuius comitatus anno 918 erat in pago Logenaha, teste *Corpore Tradit. Fuldens.* p. 229. Hi duo, *Adalbardus* et *Heinricus*, probabiliter videntur fuisse progenitores quorundam comitum Wetterauensium. Io. Georg. *Eccardus* in Præfatione ad *Hist. Geneal. Super. Saxon.* p. 23 asserit, *Heinrico*, filio *ducis Heinrici*, fuisse filios *Bertholdum* atque *Ottomem*. *Otto* illi viderur fuisse conditor comitum Hennebergicorum, et pater *Popponis* Wurtzburgenfis episcopi, atque *Heinrici* archiepiscopi Treuirensis; *Bertholdus* autem pater *Adalberti* comitis de Amardela, anno 994 mortui, procreatoris marchionum et veterum Austriae ducum, quibus non immoramur. Qui volet, euoluat *Eccardum* l. c. ibique p. 13 seqq. argumenta inueniat. Nos coronidis loco huic commentationi adiungimus diploma regis *Heinrici Rasponis*, hætenus ineditum, ex quo apparet, eundem *Heinricum* die XXII Maii anni MCCXLVI electum esse in regem Romanorum. Id enim ante adfirmamus, nunc plenius comprobandum. En diploma.

Heinricus dei gratia roman. rex et semper augustus. Uniuerfis in feudatis ministerialibus oppidanis totiq. familie Corbeiens. ecclie gratiam suam et omne bonum. uniuerfitati ur̄e duxim⁹ significandum. quod uenerabili *Herimanno Corbeiensis abbati* per eos. qui ante tempus promotionis nr̄e imperium gubernabant. sit adiudicatum. quod uniuerfa officia ecclie sue pertinentia cum uacent. ad nutum suum sint instituenda. exceptis quatuor officiis principalibus. quorum bona nulli⁹ iusticie uel astutie



Ab anno  
854 vsque  
877 re-  
gnante  
Hludo-  
uico et

§. 217.

Tradidit suuiteruf mansum cum familia in *bardengao* (1) pro filio suo testel . . . . .

§. 218.

astutie interuentu ab ipsis officiis poterunt alienari. *officiarum* quoq. *fili* *seniores* et *legitimi* *patrum* *succedunt* *officiis* *pleno* *iure*. uerum etiam quod in ciuitatib. oppidis. et uillis campiones denariorum non fiant. nisi de consensu et uoluntate abbatis. et moneta nullatenus sit cuedenda. nec non quicumq. ministerialis uel officiat<sup>9</sup> personam dñi sui nequiter infederendo uel captiuando uel perfide spoliando offenderit iure suo atq. officio priuari debeat. nec de beneuolentia principis relaxetur. quicumq. etiam abbas dotem ecclie. nisi de consensu et communi deliberatione capituli sui. obligauerit. creditor abbatem successorem suum arctare non possit rigore iuris. cuiusquam obligationis et debiti occasione. demum etiam quod donationes mansorum. concessionem feudorum. obligationes pignorum. ante receptionem regaliū facte in irritum sint reuocande. Cum igitur uniuersa p̄dicta dictante principum atq. aliorum magnatum et fidelium imperii sententia sint confirmata nos. qui omnium eccliarum iura infra regnum n̄r̄m firmiter stabilire. et antecessorum n̄r̄m concessionem singulis ecclis confirmare debem<sup>9</sup> atq. intendim<sup>9</sup>. fidelitati n̄r̄e mandam<sup>9</sup> sub pena gratie n̄r̄e firmiter p̄cipientes. quatenus ea. sicut fidem n̄r̄am et honestatem concedet. abbati p̄nominato tamquam dñō n̄r̄o illesa atq. integra conseruetis. quod qui non fecerit. indignationem omnipotentis dei n̄r̄e. maiestatis grauem offensam se nouerit incursum. Et ut hec ipsi abbati suisq. successorib<sup>9</sup> conseruentur illesa. atq. hec confirmationis auctoritas perpetuum firmitatis obtineat robur plentem paginam super eo conscriptam typano maiestatis n̄r̄e insigniri iussim<sup>9</sup>. testibus annotatis qui huic facto interfuerunt. sunt autem hi. *Sifridus moguntin<sup>9</sup>*. *Theodoric<sup>9</sup> Treuerensis*. *Conrad<sup>9</sup> Colonien<sup>9</sup>*. *Gerhardus Bremen<sup>9</sup>* archiep̄i. *Herimann<sup>9</sup> Heribolens<sup>9</sup>*. *Theodoric<sup>9</sup> Numburgens<sup>9</sup>*. *Sifrid<sup>9</sup> Ratibonens<sup>9</sup>*. *Heinric<sup>9</sup> Argentinen<sup>9</sup>* ep̄i. *Heinric<sup>9</sup> Spirens<sup>9</sup>* electus. *Heinricus dux Brabantie*. *Albertus dux Saxonie*. *Heinric<sup>9</sup> et Guntherus fr̄es de Swarzinberg*. *Conrad<sup>9</sup> et Euerhard<sup>9</sup> fr̄es de Euerstein*. *Ernestus de Glichin*. *Adolfus de Waldeke*. *Conrad<sup>9</sup> de Nurinberg*. *Wiedekind<sup>9</sup> de Swalenberg*. *Emicho de Liningen*. *Heinric<sup>9</sup> et Herimann<sup>9</sup> fr̄es de Henneberg*. *Godefcalc<sup>9</sup> de Perremont*. *Heinric<sup>9</sup> de Nieffen*. *Berthold<sup>9</sup> de Zigenhagen*. *Wulfram<sup>9</sup> de Veringen*. *Conrad<sup>9</sup> de Redberg*. *Heinric<sup>9</sup> et Herimann<sup>9</sup> fr̄es de Woldenberg*. *Heinric<sup>9</sup> de Sladem*. *Bernhard<sup>9</sup> de Spiegelberg*. *Ludolfus de Daffila*. comites. *Bernhard<sup>9</sup> nobilis de Lippia*. *Burcard<sup>9</sup> marescalc<sup>9</sup> de Querenfort*. *Conrad<sup>9</sup> de Sconenberg*. *Herimann<sup>9</sup> de Lobedemborg*. *Godefridus de Eppenstein*. *Herimann<sup>9</sup> de Brakel*. *Albert<sup>9</sup> de Scardenberg*. *Raueno de Papenhem*. *Conrad<sup>9</sup> de Winterfeten*. *Conrad<sup>9</sup> de Amelungesen* aliq. quam plures.

Acta sunt hec in castris apud hocheim anno dñi M. CC. XLVI. indict. III. VIII. kal. iunii. III. die electionis n̄r̄e. dat. per manum Burcardi de Zigenhagen p̄pos. Fridelrar. uice dñi Sifridi moguntin. archiep̄i et archicancellarii.

De Bar- done.

De pago Bardan- ga.

(K) *Bardo* hic videtur nullus alius fuisse, nisi *Bardo* comes, Waldeccensium comitum progenitor et communis parens.(1) Mentionem hic fieri de pago *Bardanga* intra Principatum Luneburgicum sito, de quo egimus supra §. 126, patet ex nostro Registro, in quo sequitur in pago *Bardanga* eiusque villa *Stochem*, ad quam mansum vnum positum esse, asseritur. Quemadmodum autem de eadem villa pluribus agendi nobis occasio dabitur in Historia nostra Corbeiensis, ita hic ventilanda est quaestio, ad quam nam familiam *Suiterus* referendus sit, qui eundem mansum in villa *Stochem* donauit. Vide- tur



## §. 218.

Tradidit baldric in *tyndeldi* (m) quiddid ibi habuit in *adane* mansum unum cum familia in *keinssetha* similiter in *wulfgangri* similiter item in *scie-*

gubernante Corbeiam Adalgatio.

tur ille ad familiam Billinganam referendus. Tam enim ante §. 104. demonstrauimus, eandem familiam in pago *Bardanga* bona sua hereditaria tenuisse. Vnde verisimile nobis non videtur, alium dominum, nisi ex eadem gente ortum, bona habuisse in pago *Bardanga*. Atque eapropter coniecturam ducimus, *Suitgerum* fuisse fratrem *Amalungi* tertii.

- (m) *Tyndeldi* villa erat intra pagum *Almunga* sita, non minus quam *Adane*, *Keinssetha*, *Wulfgangri* et *Scieferan*. Ille pagus sine dubio villo olim exstitit in episcopatu Paderbornensi ad flumen, dictum *die Alme*. *Tyndeldi* enim est *Tyndelo* seu *Tyndelen*, et *Adane* est *Aden* in dynastia Wevelsburgica. *Keinssetha* et *Scieferan* villae sunt desolatae. *Wulfgangri* vero est vel *Wulfste*, haud procul a *Brilon*, vel *Wulfershufen* seu *Wulterdesen* in eodem dominio sita, quod a castro Wevelsburg prope Bodecam monasterium S. Meinulfi, de quo egimus supra §. 48. ita dictum est, vel *Wulfesen*, villa desolata in campo *Simsfeldico*. Campus hic hodie longe lateque patet, in quo laeta bouum passim spissis armenta cateruis lanigerique greges errant, quibus vbera largo lacte fluunt. Olim vero illic fertiliores segetes prouenisse, colligere ex eo licet, quod diligentius cultus est ager ab habitatoribus villarum, quarum multae ibi conspiciantur, et quae propemodum omnes vna cum oppido *Blanckenrodo*, cuius documenta nostra meminere, belli Sufatensis fluctibus, a Theodorico archiepiscopo Colonienfi ac Paderbornensi administratore seculo XV. excitatis, sunt vastatae. Celebris autem hic campus est ob Caroli M. regis Francorum tropaea. Cum enim ille, referentibus Annalibus Rerum Francorum, bipartito exercitu anno 794 Saxoniam petere statuisset, eo videlicet modo, ut ipse cum dimidia parte copiarum ab australi parte intraret, eius vero filius cognominis cum exercitus parte altera Rhenum iuxta Coloniam traiceret, atque in eandem regionem ab occidente veniret; Saxones, coitione facta, comparauerunt sese ad bellum in campo *Simsfeld* gerendum. Cum vero ipsi audissent, se gemino exercitu circumueniri, neque viam fugae patere, amissa victoriae spe ad deditionem omnes conuersi, sine praelio victi sunt, et, datis obsidibus, se iurisiurandi fidem seruaturus, Carolo Magno promiserunt. Hic vero tertium quemcunque, e Saxonum numero delectum, exilii poena multauit, et per regni sui prouincias procul a laribus suis eos distribuit. Ceteri armis exuti aut in villas domosque suas remissi aut militiae Caroli sunt permixti. Saxonum sanguini tamen parcitum a Carolo Magno fuit, qui probe norat, vtilem esse clementiae famam sibi, nouum imperium capessituro, eamque demum praecelaram victoriam appellari posse, in qua plus clementiae est, quam crudelitatis. Postrema autem haec fuit victoria Caroli Magni aduersus Westfalos nostros, qui, se amplexuros religionem christianam, sponderunt, nec vnquam deinceps arma resumere sunt ausi. Eo euentu Deus voluit in campo *Simsfeldico* illustre bellum finire & tumulari. Idem campus ex mente reuerendissimi auctoris Monumentorum Paderborn. p. 186. condecoratur nomine pagi *Soretfeld*, quem pagum litterae caesaris Ottonis III ad annum 1001, atque Henrici II ad annum 1003 diocesi Paderbornensi tribuunt. Hasce litteras exhibent Nic. Schatenius *Annal. Paderb.* T. I f. 355. et f. 367. et *Monumenta Paderborn.* p. 211 seqq. *Bulibem* villa huic pago adscribitur. Potuit nulla regio in campo *Simsfeldico* nomine *Soretfeld*, nisi haec, insigniri, in qua quippe villa *Bulibem* quondam exstitit. Id ex tabulario Paderbornensi comprobari posse, speramus. Per *Bulibem* enim villam neque designatur *Büblen* in praefectura Waldeck ad fluuium dictum *die Nerze* (non *Vntze*, uti habent *Origin. Pymont.* p. 165.) neque *Bübl* in praefectura Landau, sita ad riuum dictum *die Erpe*, uti *Orig. Pymont.* l. c. volunt. Persuasissimi sumus, procul dubio ibi pagum Itergo exstitisse, uti iam supra demonstrauimus. Quis ergo tandem, quæris, *Baldericus* fuit is, qui sitos in villis *Tyndeldi*, *Adane*, aliisque locis quosdam fundos abbatiae Corbeiensis donauit? Probabiliter, respondemus, *Walderici*, qui supra §. 213. tradiderat, quiddid tenuerat in Bodriki villa pagi West-



Ab anno *scieferan* quidquid habuit testes *asig* (n) raynuerc houlf huelp et  
854 vsque alii VII.  
877 re-  
gnante  
Hudo-  
uico et

§. 219.

Tradidit *gerbo* mansum medium in *sandburst* (o) testes gheruig hu-  
go ecbertuf houlsuf et alii sex.

§. 220.

Tradidit *halecghard* in *mulinbusen* et in *beranthorpe* (p) quidquid ha-  
buit

falon, confanguineus. Hic *Waldericus* ad progenitores comitum Arensber-  
gensium referendus videtur. In hac coniectura confirmamur, recordati, dy-  
nastiam *Wevelsburgum* olim fuisse Comitum Arensbergicorum, a quibus ipsa in  
potestatem comitum Waldeccensium venit. Ab his in Paderbornensis ecclesie  
transiit ditionem, dimidia eius parte *Bertoldo* dicto *nobili de Buren* beneficii loco  
concessa. Id ipsum annotauit eruditissimus episcopus Paderbornensis *Ferdinan-  
dus Monum. Paderb.* p. 205. Si igitur improbabile non est, principes Waldeccen-  
ses ex *Widekindo* Magno propullulasse, fere deferimus ducimurque eo, ut con-  
iiciamus, Arensbergicos Comites ex eadem stirpe fuisse procreatos. Communis  
certe sic fert fama. Fortassis *Baldericus* noster *Walberti* et *Bardonis I* frater fuit.  
Eam ob causam dominium *Wevelsburgicum* in manus Waldeccensium comitum  
post *Arensbergensium* comitum excessum peruenisse videtur. Ab his porro no-  
biles domini de *Buren* videntur descendisse. Copiosius hæc infra §. 398. dispi-  
ciemus. Quomodocunque autem res sese habuerit, patet tamen ratio ex  
dictis, cur abbatie Corbeiensi enata fuerint iura in oppidum *Blanckenrode*, in  
campo *Sintfeldico* positum, quæ domini Paderbornenses vt *elementie* sui episco-  
pi adscribant necesse non habent.

De Asi-  
gone.

(n) *Asig* an filius *Luidolfi* ducis? An natus fuit *Esiconis* comitis, et frater *Wigfuitæ*,  
de quibus egimus §. 216? An *Bardonis I*, Waldeccensium comitum satoris fra-  
ter, ab auo materno ita appellatus? An itaque ille *Asico*, qui §. 220. inter testes  
apparet?

De villa  
Sand-  
hurst.

(o) *Sandburst* villa erat, restante *Registro* nostro, in *pago Hessi* sita, de qua et de *Ge-  
rbone* egimus supra §. 216.

De villis  
Mulin-  
husen et  
Beran-  
thorpe.

(p) *Mulinbusen* et *Beranthorpe*, villæ, in *Registro* nostro positæ, inueniuntur in *pago Iter-  
gowæ*. Intelligimus ergo subesse *Mulhausen* et *Berndorf* vicos, in comitatu Wal-  
deccensi sitos, quorum hic in præfectura *Eisenberg*, ille vero intra præfecturam  
*Aroldsen* visitur. Cum autem in eadem regione genus *Widekindum* bona sua  
hereditaria possederit, vt iam supra §. 104. et passim ad nauream vsque demon-  
strauimus, *Halecgharda*, quæ hæc bona, ad *Mulinbusen* et *Beranthorpe* posita, do-  
nauit, probabilissime ad eandem gentem spectauit. Fortassis ipsa ipsius *Bardonis  
I*, satoris Waldeccensium principum, soror fuit. *Halecghardam* fuisse feminam,  
negari non potest. Apparet enim illud ex terminatione *Ghard*, quæ mulieribus  
tribuitur, vt patet ex nominibus *Hildegard*, *Wendilgard*, *Irmegard*, *Luitgard*.  
Quamuis autem facile demus, eam non valere argumentandi rationem: *Halec-  
ghard* fuit femina, ergo etiam soror fuit *Bardonis I*; bona tamen, quæ possedit,  
indicio esse videntur, eandem ad progenitores Waldeccensium comitum referen-  
dam. Hisce præmissis, quedam de villa *Mulinbusen* addenda sunt, et quidem  
primo est significandum, eandem villam a comite *Heinrico* eiusque filio *Wide-  
kindo*, largiente ecclesia Corbeiensi, post hæc in feudum indultam esse. Id enim  
hæc nos docet schedula.

¶ In nomine sc̄e et indiuidue trinitatis ego *Erkenbertus* corbeiensis  
abbas hanc cartam iussi conscribi & conseruari ut sciant tam p̄ntes quam  
futuri qualiter *Heinricus comes* eiusq. filius *Widekindus* remiserunt be-  
neficium quod habuerunt ab ec̄clia n̄ra uillicationem scilicet in *Urthorp*  
&



& mansum & decimam sub & decimam super *Eilenhusen* duas areas in *Horohusen* & officium in *Hatopo*. hoc uero beneficium p̄stiti illis uil- lam in *Wigartinchusen* duos mansos in *Ofinctorp* duos mansos in *Swie- pechtinchusen* molendinum in *Horohusen* decimam in *Reinecke* que fol- uit talentum unum decimam in *Elfringhusen* decimam in *Flassegere* & duos mansos in *Mulehusen*. Ne ergo super hoc negotio aliquam in- actitudinem quis faciat ecclie n̄re p̄ntem paginam sigillo patroni n̄ri iussimus insigniri. Acta autem sunt hec Corbeie sub *aduocato comite Sigefrido* coram omni congregatione aliiq; testibus Heinrico scilicet p̄posito. Euerhardo. Hereboldo. Godefrido. Herimanno. Heri- dago. Liudolfo. Conrado. Heinrico. Thiadrico. Adalberto. Hugone ac Helmwardo monachis. *Conrado. Friderico & Friderico co- mitibus. Bernhardo & Herimanno fratribus. Gumberto. Reinbaldo. Conrado. Thietmaro. Ottone ac Adalberto nobilibus. Walderico pin- cerna. Godescalco dapifero. Walderico Kamerario. Godefrido. Euer- hardo. Walberto. atq; aliis multis.*

guber-  
nante  
Corbe-  
iam Adal-  
gario.

Dat. XV. kal. iulii indiēt. V. anno dñice incarnationis M. C. XIII.  
regnante Heinrico V. Romanorum imperatore augusto. anno autem  
ordinat. uenē. Erkenberti abbatis VIII.

Signum fci  uiti n̄tris

Sigillum uide  
Tab. I. num. 8.

In hac charta memoratur villa *Urtborp*. Hæc est Udorf in dynastia Canstein. *Eilenhusen* est Eilhausen vicus, quem postea acquisuere, et vsque in hodiernum diem principes de Waldeck in feudo tenent ab ecclesia Corbeiensis. *Horohusen* est Horhusen, sita ad Dimolam prope Stadberge in episcopatu Paderbornensi. *Hatopo* est Hattope in dynastia Wevelsburg eodem in episcopatu. *Wigartinchu- sen* est Wygerdinghusen ad Dimolam fluium haud procul ab vrbe Stadberga. *Ofinctorp* est Ofendorp ad Dimolam non procul ab oppido Warborg. *Swie- pechtinchusen*, est Sweckhusen haud procul ab oppido Peckelsheim seu Peckelsen in episcopatu Paderbornensi. *Reinecke* est Renegge in præfectura Eisenberg in- tra principatum Waldeccensem. *Elfringhusen* est Elleringhusen in præfectura Landau eodem in principatu. *Mulehusen* est Mulhausen in præfectura Arold- sen in eodem principatu. *Flassegere* uero, uti augurari licet, uilla desolata est eodem in principatu. Hæc ipsa uilla uidetur fuisse ea, quæ aliis in membranis no- stris scribitur *Vluingeri*. Habuit autem abbatia Corbeiensis præter hæc bona omnino plura alia bona eodem in comitatu Waldeck sita, per uillas scilicet *Na- gun, Watdenhusen, Butdenhusen, Hufsin, Eccardincorphe, Witbusen, Irgebu- son, Berchusen, Eynun, Metdisorphe, Werisun, Capelan* (Cappel in præfectura Aroldsen) *Susdorphe, Aldendorphe, Wisendorphe, Hur, Grobberhusen, Osterep* (Ostrup), *Henninheim, Veynun, Rolodun, Harim, Bechem, Liufchi, Garna, Mar- schendorphe* (Marderdorf non procul ab oppido Franckenberg) *Elmela, Bechem, Hufledi* (Hufen non procul ab Helmeren uico in dynastia Wevelsburg) *Runni, Almela*, (Almeren prope Volckmiffen) *Walsel*, (Wellen in præfectura Wil- dungen) *Gerwerdinchusen*, (Gershausen in præfectura Wildungen) *Dribwi*, (Drebber, uel Traddel in præfectura Waldeck) *Bicla*, (Beleke prope Drebber) *Abihalda* (Attelen in dynastia Wevelsburg) *Wetderun*, (Wetter) *Hemmesle, Beruere, Rehtderun* (Raderen in præfectura Lichtenfels) *Eilunstedt*, (Altenstedt) *Aladorphe*, (Allendorf) *Bernestorpe, Teram, Eynun, Banrebdurun, Visbechi*, (Visbeck ad riuum dictum die Erpe) *Dulini, Odi, Reffine, Lere, Wefflun, Dreht, Redun, Digla, Deuß, Satla*, atque in aliis locis, quorum iam magnam partem adtulimus. Has uero e nostris membranis eam ob causam hoc loco indicauimus,



Ab anno  
854 usque  
877 re-  
gnante  
Hludo-  
uico et

vt vnicique constet, quantis olim affecerint ornamentis abbatiam nostram progenitores comitum Waldeccensium. Hisce autem pro tantis beneficiis aeternitatem atque immortalitatem donasse vel adprecatam esse abbatiam nostram, iam ante §. 104. diximus. Liceat arbitrari, *Heinricum* comitem eiusque filium *Widekindum*, in charta Erkenberti memoratum, fuisse Swalenbergenfis seu Waldeccensis familiae. Intermittere autem inter haec non possumus, quin porro quaedam de villa *Mulinhusen* commentemur, haud ignorantes, quoddam diploma *Widekindi* nostri abbatis exstare in *Collect. Ampl. Martene et Durandi* Tom. I. p. 1051, quod mancum est et corruptum, vti cetera Corbeiensia, quae in Collectione ea exstant & laudatissimi eruditissimique viri festinantissimo, quod dolemus, calamo descripsere. Inde enim tota rerum series subinde variat. In medium ergo producere placet eiusdem *Widekindi* diploma ex ipso autographo, minus truncatum. En illud.

**C**In nomine sc̄e et indiuidue trinitatis *Widekindus* dei gr̄a Corbeiensif abbas. Quanto sollicitudinis studio et quam sincere nr̄e deuocionif affectum circa honorem commodū et omnem profectum nr̄e ec̄clie pro posse nr̄o semper fuerim<sup>9</sup> intenti, et propter ipsam uariif expositi tribulacionib<sup>9</sup> et angustiis nouerit ille quem nihil latet deus, nouerunt et presentes sicut credim<sup>9</sup> iuxta paruitatem nr̄am per operif probationem aliquando, licet non quotiens desiderauim<sup>9</sup> nr̄e intentionif affectum ostendisse nos doleam<sup>9</sup>. Inde est quod circa sarcofagi beati Viti et ipsi<sup>9</sup> monasterii reparationem firmissimum diu propositum habuim<sup>9</sup>. Illo tamen ne maiorem haberet processum per uariif multorum iniurias et similia his impedimenta prorogato, nunc igitur eidem proposito nr̄o in aliqua parte et in pluribus adhuc vita comite per diuinam miserationem satisfacere cupientes et ad reparationem sarcofagi beati Viti specialiter et ipsi<sup>9</sup> monasterii et ad censualia de nouo reparanda conferim<sup>9</sup> que a nobis propriif laborib<sup>9</sup> et expensis sunt acquisita, hec scilicet centum nouum in *Corbeia*, omnes denarios qui dantur transequam de noualib<sup>9</sup> circa *Tezechhusen*, aduocatas insuper bonorum quorundam ec̄clie nr̄e, quas a dño *Godescalco de perremont* pro ducentif et sexaginta marcf tenem<sup>9</sup> inpignoratas, scilicet aduocatum in *Volcmessen*, aduocatum in *Lutterfen*, aduocatum in *Mulenusen*, aduocatum in *dasberg*, aduocatum in *papenheim*, aduocatum in *Budlestorp*, aduocatum in *Hessen*, aduocatum in *Zateffen*. Hec autem ec̄clie nr̄e custodi ad eorum tantum inpensas que supradieta sunt et non ad aliqua ex his que custodie uel alterius officii ratione sunt comparanda, decreuim<sup>9</sup> exhiberi et iuxta capituli consilium in usuf monasterii erogari. Vt autem donatio stabilif et firma et in perpetuum ualitura consistat, presentem paginam sigilli nr̄i munimine fecim<sup>9</sup> insigniri, successores nr̄os per tremendum dei iudicium rogantes et contestantes ne quis temere infringere presumat, quod nos pia deuotione in usuf monasterii constat rite obtulisse. Testes huius sunt *Albert<sup>9</sup> prior*, *Iohannes p̄pos.* et totus conuent<sup>9</sup> *Corbeien*, et canonici noue ec̄clie, laici *frithericus de perremont*, *Conrad<sup>9</sup> de Disseltesen*, *Luidolfus dapifer iunior*, *Thideric<sup>9</sup> pincerna*, *Wasmodo marscalcus*, *Conradus de Amelungessen*, et filii eius *Herbold<sup>9</sup>*, *Arnoldus de porta*, *Heinric<sup>9</sup> de serue*, *Conrad<sup>9</sup> de Boffessen*, *Conrad<sup>9</sup> de Luitbardeffen*, *Heinricus & Widilo filius eius de Boteruel*, *bertramus de flamme* et alii quam plures.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis M. CC. III. indict. VI, anno prelationis nr̄e XIII.

Sigillum uide in Tabula III.  
num. 2.

In



buit testef *afico* (q) folcbertuf *fyrice* (r) rainheri (f) et alii quatuor.

gubernante  
Corbeiam  
Adalgario.

## §. 221.

Tradidit *sebard* in *mergildehusen* (t) quidquid habuit pro anima *eylhardi* testef *sibard* aldetbert alger *hluiduuig* (u).

## §. 222.

Tradidit abbi in *hellonbus* (v) pro patre et matre et cunctis quibus huius-

In hoc diplomate *Tezechhusen* villa, quæ memoratur, desolata est, olim vero exstitit inter *Furstenberg* et *Meinbrexen* in ducatu *Brunsvicensi* atque inter *Beuerungen* et *Blanckenau* ad *Wiseram* in principatu *Corbeiensis*. *Volemessen* est oppidum *Volekmissen* ad fluuium dictum *die Aar* in terminis comitatus *Waldecensis*; *Lutterfen*, *Lutmerfen* in principatu *Corbeiensis* duo milliaria et dimidium ab acidulis *Pyrmontanis*; *Mulenhusen* est *Mulhausen* villa, iam ante nominata; *Dasberg* est *Dasburg* vicus maior vel minor in episcopatu *Paderbornensi* haud procul a castro *Defenberg*; *Papenheim* villa est desolata in regione circa oppidum *Borgentrick* in episcopatu *Paderbornensi*, quanquam adhuc etiam superstit *Papenhöven* haud procul a castro *Sualenberg*. *Budelestorp* villa desolata haud procul a *Sandebeck* et *Himmighausen* in episcopatu *Paderbornensi* exstitit. *Hesten* est *Heste* in eodem episcopatu inter *Alhusen*, *Erbfen*, *Istrup* et *Schmechte*; et *Ziateffen* est *Siddefen* haud procul a vico *Rehr* in eodem episcopatu, iter unius horæ ab oppido *Brakel* distans.

(q) De *Aficone* vide supra §. 218. not. (n).

(r) *Syrice* nomen proprium in Saxoniam nostram olim fuit vsitatum. Supra §. 205. ha- De *Syrice*.  
buimus villam, nomine *Sirikeshus*, quæ indubie a *Sirico* quodam nomen accepit. co.

(f) De *Reynberio* postea fusius exponemus.

(t) *Mergildehusen* villa erat, teste nostro Registro, in pago *Aringo*, quem exstitisse in De villa  
regione circa urbem *Alfeldiam*, iam supra §. 214. demonstrauiimus. Intelligi. Mergil-  
mus ergo, designari per villam *Mergildehusen* vicum *Marckeldisen*, in saltu *Hils*  
inter *Deliefen* et *Capellenhagen* situm in Principatu *Wolfferbuttelano* eiusque  
præfectura *Grene*. Eam ob causam putamus, *Sebardum* nostrum, qui in ea-  
dem villa, quidquid habuit, donauit, ad progenitores comitum *Northeimen-*  
fium, *Dasseliensium* et *Homburgicorum* spectasse, atque cum probabilissi-  
me eundem fuisse, qui infra §. 235. appellatur *Suitbard*, nisi hic sit  
*Sibard*, qui in hoc §. inter testes apparet, de quibus iam supra §. 104. not.  
(l) egimus. An vnus ex his sit *Sigibardus comes*, quem *Hludouicus* rex quasi  
adfectorem infidelitatis *Ernufti* summatis inter omnes optimates suos anno 861.  
exauctorauit, & qui, *Vtone*, *Berengario* et *Waldone* in *Gallias* ad *Carolum* re-  
gem secedentibus, intra patriam domi remanserit, testantibus *Annal. Francorum*  
*Fuldensibus* Tom. I. S. R. G. *Freheri* p. 34. altioris res quidem est indaginis;  
potuit tamen res ita se habere, nam *chronologia* non repugnat. Infra enim §.  
224. *Luidolfum* ducem, qui demum anno 875 mortuus est, adhuc viuentem  
deprehendimus.

(u) Notetur, quomodo hoc tempore vocabulum *Hludouicus* in sermone quotidiano fuerit tritum atque scriptum.

(v) *Hellonbus* erat villa in pago *Almunga* sita, teste Registro nostro. Villa fuerit deso- De villa  
lata oportet, quia neque in campo *Sintfeldico*, neque in regione fluminis *Alme*  
intra *Paderbornensis* episcopatus terras vicus eius nominis atate nostra reperitur. Hellon-  
bus.  
Quamuis enim in campo *Sintfeldico* sit *Helmeren* vicus, atque, *Ellinckhusen*  
vicum dominatum *Wevelsburgi* subsuisse, constet, et vicum vltimum quispiam pro  
*Hellonbus* reputare possit, abiecta aspiratione *H*, quæ hoc tempore valde in vsu  
erat, vti ex vocibus *Hludouicus*, *Hlotharius* aliisque constat; nihil certi tamen  
defini-



Ab anno huiusmodi debitor fuit quidquid pater suus illi reliquerit testes harid *bruni*  
854 vsq. arnulf et alii quinque.  
877. re-

gnante  
Hludo-  
uico et

## §. 223.

Tradidit edic dimidiam partem de omnibus quae possedit in loco qui dicitur *hrodgheldeffang* (w) testes teti tingrid aldger cyllhard helmdac luthard filef brunnuard albmer odger ailred.

## §. 224.

Tradidit *luidolfus comes* in *bennenbusen* (x) mansum unum testes ricdac herred buni aluini ofdac et alii XII.

## §. 225.

definiri potest. Fortassis coloni villae *Hellonbus* cum aliis in oppidum Blanckenrode, de quo egimus supra §. 218, confluerunt. Videtur *Hellonbus* eadem fuisse villa quae, in *Vita Meinwerct*, episcopi Paderbornensis, Tom. I. Script. Rerum Brunsvic. Leibnitii p. 541. num. 38. appellatur *Helessem*. Id si ita esset, villam *Hellonbus* ad aquam quandam olim existisse oporteret, quia l. c. refertur, quendam hominem aquam molendini in *Helessem* ecclesiae Paderbornensi donauisse.

De villa  
Hrod-  
gheldes-  
fang.

(w) *Hrodgheldeffang* in Registro nostro plane omittitur. Nescimus ergo, vbi nam locus ille quaerendus sit. Interim patet e traditionibus nostris §. 121, nomen *Hrodgeldi* esse nomen viri. Arbitramur ergo, *Hrodgheldeffang* idem esse ac *biuangum* cuiusdam *Hrodgeldi*. *Biuangum* quid sit, iam ante vidimus. In *Brabantia* adhuc parochiae ambitum adpellant incolae *biuanc*, quasi *comprehensum*, *befangen*.

De villa  
Bennen-  
busen.

(x) *Bennenbusen* erat villa in pago *Nitbega*, testante Registro Bonorum Abbatiae Corbeiensis a Sarachone abbate confecto. Quanam autem in regione pagus *Nitbega* fuerit, id ampliori expositione non eget, cum iam supra §. 163. et passim alibi demonstraerimus, eundem pagum existisse in diocesis Paderbornensi et Corbeiensis ad flumen dictum *die Neite*, a quo fluuio vicus *Erclen* in episcopatu Paderbornensi non procul abest, in cuius tractu villa *Bennenbusen* quoque est quaerenda. Id litterae abbatis Corb. Henrici de *Homborg* testantur, quas hic primum ex autographo in lucem emittimus. En illas.

gratia praesens

Henricus dei gr̃a Corbeieñ. eccl̃ie abbas omnibus p̃ns scriptum uisuris salutem. Notum esse cupim⁹ p̃sentib⁹ et futuris quod cum dilect⁹ ñr Hinric⁹ sacerdos pleban⁹ in *Erclen* domū unā siue curiam sitam in *Bennesen* et unum mansū cum suis propriis denariis de *Hermanno* d̃cō apud molendinum et suis heredibus emptionis titulo parasset nos domū et curiam eandem libertauim⁹ hoc modo uidelicet quod p̃far⁹ Henric⁹ pleban⁹ de *Erclen* ad tempus uite sue his omnib⁹ libere p̃ruatur ipso autem sublato de medio mansus solus cum suis redditib⁹ p̃ remedio aīe ipsius Henr. ad ñr̃m conuentū libere conuertetur. Porro domū p̃d̃cā siue curiā in ipsa uilla *Bennesen* quicunq. pleban⁹ fuerit in *Erclen* libere possidebit ut p̃pter hoc soluendā singulis annis de p̃d̃cō manso annonā ñr̃o conuentui eo diligentius et fidelius expetat et requirat. Nam si ex negligentia ipsius plebani staret quo min⁹ p̃d̃cā annona de manso eodem ñr̃o conuentui solueretur ex tunc carebit et priuari debet eadem curia et domo que sicut ipse mansus uocabunt ñr̃e eccl̃ie libere et solute. In cui⁹ testimonium p̃sentem l̃r̃am ñr̃is figillis dedim⁹ roboratam. Datum anno d̃ni M. CC. XC. sexto feria tertia post festum b̃ti Ioh̃is baptiste.

Sigillum est eidem simillimum, quod adfixum membranae abbatris nostri Corbeiensis Henrici, ari incilium exhibuimus.

Sigillum uide in Tab. IV num. 3.

Quodsi



## §. 225.

Tradiderunt albmer pumi magenhard et foref adallog fastred atque hildiburg mansum unum in *alberteshusen* (y) cum familia uocrinred et al-  
 terum mansum in *boffeshus* (z) cum familia hun pro anima hranuuardi tes-  
 tes giki *asie* uuulf frid *adahuuard* pumi et alii decem et unuf.

guber-  
 nante  
 Corbe-  
 iam Adal-  
 gario.

## §. 226.

Tradidit redmer quidquid habuit in *hemmentorpe* et *suitbodeshusen* (A)  
 testes albmer maynhard *adahuuard*.

## §. 227.

Quodsi vero iam ante e documentis fide dignissimis demonstrauius, ducem  
 Saxonie, *Ottonem*, patrem *Heinrici* aucupis, in eadem regione bona hereditaria  
 possedisse, neminem fore, speramus, qui dubitet, traditionem illius mansi in  
*Bennehusen* fuisse auum *Heinrici* Regis, *Luidolfum* ducem Saxonie et filium *Ec-  
 berti* ducis, de quorum prosapia iam supra §. 104. ex instituto pluribus egimus.  
 Nullum alium virum, nomine *Luidolfum* et comitis dignitate fulgentem, in no-  
 stra Saxonie præter dictum *Luidolfum* hæc temporibus vixisse, omnes vno ore  
 hæctenus sunt professi. Sententiam huic contrariam doceri posse documentis  
 coætaneis et fide dignis, liceat inficiari. Fuisse autem adhuc *Luidolfum* in viuis  
 hoc tempore, patet ex eo, quod constat, illum demum anno 875 extremum vi-  
 tæ suæ spiritum edidisse. Vltimis autem annis seu potius mensibus vitæ suæ  
 tradidisse hæc bona *Luidolfum*, facile crediderimus, cum in traditionibus nostris  
 nulla eius mentio porro iniiciatur. Voluimus ergo eam ob causam configna-  
 tionem annorum ad marginem adpositam in sequentibus mutare. Dignum au-  
 tem memoratu censemus, dominum e gente Brunoniana possedisse villam *Ben-  
 nenhusen*, a quodam *Bennone* probabilissime appellatam. Huius nominis domi-  
 nos bene multos in familia Widekindæ deprehendimus. Vnde denuo conie-  
 cturamus, gentem Brunonianam et Widekindæm vnus eiusdemque fuisse ori-  
 ginis.

- (y) De *Alberteshusen* villa in pago *Auga*, quæ hodie dicitur Albaxen, vide supra De villa  
 §. 52. Alberteshusen.
- (z) *Boffeshus* villa itidem erat in pago *Auga*, vti iam supra §. 124. vidimus. Ea ap- De villa  
 pellatur hodie *Boffzen*, ad Wileram vicus, qui vix iter dimidiæ horæ a celebra- Boffeshus.  
 tissimo castro Brunonisburgo abest. Quodsi igitur minus probabile est, alium  
 dominum potuisse in villa *Boffeshus* bona hereditaria possidere, quam potentissi-  
 mum possessorem castri Brunonisburgi, capropter *Albmarum*, *Pumi* et *Magen-  
 hard*, inter posteros Brunonis ducis §. 104. not. (n) retulimus. Ipsi sedecim  
 testibus sunt vfi. Inter hos *Asie* probabilissime ducis *Luidolfi* filius fuit. *Adal-  
 wardus* §. 108. inter coheredes ducis Ostfalorum *Hessi* refertur. Vnde suspi-  
 cari licet, *Albmarum*, *Pumi*, et *Magenhardum*, fureulos nobilissimæ arboris fuisse.
- (A) Situm villarum *Hemmentorpe* et *Suitbodeshusen* didicimus e Sarachonis nostri Re- De villis  
 gistro Bonorum et Proventuum Abbatie Corbeiensis. In eo enim refert dili- Hem-  
 gentissimus abbas, has villas existisse in pago *Guddingo*. Vnde colligere licet, mentor-  
 villam *Hemmentorpe* eandem fuisse villam, quam traditiones nostræ supra §. 181. pe et  
 appellabant *Hemmontorpe*, quippe quæ ab eodem Sarachone l. e. tribuitur æque Suitbo-  
 pago *Guddingo*. Intelligi vicum seu oppidum *Hemmendorf* in præfectura Lau- deshufen.  
 enstein ad fluium Sale, in regione oppidi *Eltze* *Leinæ* influentem, constat in-  
 ter omnes. De pagi *Guddingo* locis optime differuit Vir Cl. *Daniel Eberhar-  
 dus* Baringius in libro, *Beschreibung der Saala im Amt Lauenstein*, Lemgouie edito  
 1744. 4. In eadem enim regione olim existisse pagum *Guddingo*, iam vidimus  
 supra §. 7. Probe autem oppidum *Hemmendorf* discernendum est ab oppido  
 seu vico hodie dicto *Saltz Hemmendorf*, itidem sito ad flumen Salam intra præ-  
 fecturam Lauenstein principatus Calenbergici. Oppidum *Saltzhemmendorf* anno  
 860 nondum existisse videtur. Hæctenus enim nullum prodiit in lucem docu-  
 mentum, quo illud potuit demonstrari. Verisimilius erit potius, domibus, quæ  
 pede-



Ab anno  
85+vsque  
877. re-  
gnante  
Hludo-  
uico et

pederentim falis fontibus, non procul a villa desolata *Sualenhusen* scaturientibus, sunt adiunctæ, a villa nostra *Hemmentorpe* nomen *Saltzhemmendorf* esse inditum. Situm villæ *Suitbodeshusen* nondum ostendere possumus. Aliis ergo hanc tradidimus lampada. Fortasse nomen huius villæ latet in vico *Snathusen*, vel in vico *Steinhusen*, quorum meminere litteræ Sophiæ Gandersheimensis abbatissæ, ad annum 1411 datæ, exhibitæ in *celeb. D. I. C. Harenbergii Historia ecclesiæ Gandersheim. diplomatica* p. 432. At nec cognitus est situs locorum *Snathusen* & *Steinhusen*, teste *Baringio* p. 66. Illud hoc loco obseruasse nos non pœnitebit, locum *Hemmentorpe* olim spectasse ad dynastiam *Homburgicam*. Id diplomata adprobant. Vnde probabile fieri arbitramur, *Meinbardum*, qui, teste §. 181, mansum tradidit, in *Hemmonthorpe* obuium, atque in §. nostro inter testes apparet, cum *Redmero* inter progenitores nobilium dominorum de *Homburg* videri referendum, de quibus egimus supra §. 104. not. (1) atque infra §. 338. Fortasse *Redmerus* frater *Meinbarði* erat, atque ambo fuere factores *Dominorum de Wallensen*, quos nomen accepisse prædicant a vico seu oppido *Wallensen*, ad præfecturam *Lauensteinensem* spectante, iridemque sito ad *Salam*, flumen ante dictum. Villam *Walehusen* iam anno 1068, et probabiliter ante hunc annum, existisse, satis constat. In eadem villa olim fuisse castrum, sedem quorundam comitum dictorum de *Wallensen*, incolæ eiusdem oppidi perhibent. Ostendunt illi mihi quondam locum dictum *den Burgbos*, referentes, se ex traditione patrum atque auorum suorum accepisse, quondam ibi fuisse sedem comitum quorundam. Nihil habemus, quo illud refutare licet. *Meinbardus* et *Redmerus* nostri fortassis fuerunt factores istorum nobilium dominorum, quibus extinctis, bona eorum peruenisse videntur ad illorum agnatos, nobiles dominos de *Homburg*. Fortassis ad eosdem nobiles referendus est *Erkanbertus episcopus*, qui teste *I. F. Schannati Corpore Tradit. Fuldens.* p. 300. num. 8. prædica sua *S. Bonifatio tradidit in Mazheimere marca et in pagis Zigilde et Marstein et in pago Zigilde prædium in Maienhusen et quatuor villas Haselbechi, Hilwartshusen, Gemundi et Weisfeldt.* Ad aliam familiam eundem episcopum *Erkanbertum* referre vix poteris, quam ad gentem *Homburgicam*, cuius progenitores cum comitibus de *Northheim* et *Dassel* supra §. 104. not. (1) ex vna stirpe deduximus. An *Mazheimere marca* olim non procul a monasterio *Loccumenſi* existerit, vbi adhuc reperiuntur *Mesencampe* et *Meringen*, id in medio relinquere cogimur. Si autem ipsa ibi exstiteret, eadem marca terminum inter pagos *Bukki*, *Asterburgi*, *Marstem* et *Guddingo*, seu inter *Angariam* in orientali regione et inter *Saxoniam orientalem* constituisset. Et fortassis villæ *Mesveld*, *Mesmerode* et *Meinſen*, in comitatu *Schaumburgico* sitæ, ab hac marca nomina retinuerunt. Quod si vero hæc regio tibi minus placet, eandem marcam existisse circa vicum *Meineholtzen* in Principatus *Wolfenbuttelensis* præfectura *Wickensen* non procul a vico *Vorwolde*, per me tibi persuadere potes. Id si est verum, hæc marca terminus inter *Suilbergi* et *Wikanavelde* pagos fuisset. *Maienhusen* porro in pago *Zigildi* seu *Tilgethi*, vti in Traditionibus nostris is pagus appellatur, videtur fuisse vicus *Meinſen* in præfectura *Lauenau*. *Haselbechi* est vel *Haselbechi*, de qua Traditiones nostræ loquuntur §. 31, vel *Hilwartshusen* seu *Hilwartshusen* intra præfecturam *Erichsburg*, vel *Hilwartshusen* olim monasterium, hodie præfecturam principatus *Gottingenſis*. *Gemundi* est *Munden* ad *Wiferam*, vbi hic fluiuium *Fuldæ* recipit, probe discernenda a villa *Gemunden* in principatus *Waldecenſis* præfectura *Lichtenfels*, in qua domini de *Enze* feuda tenuere ad ecclesia nostra *Corbeiens*. *Weisfeldt* videtur esse *Wesefeldt* villa, quam anno 1170 tradidit *Burchardus Fuldenſis abbas* consensu capituli sui præposito de *Hildewardshusen* eiusque ecclesiæ, teste diplomate adlato in *Polyc. Leyseri Historia comitum Eberstein.* p. 24. Ea an fuerit villa *Wesfelde*, quæ in Traditionibus nostris tribuitur pago *Fleithi*, aliis diiudicandum relinquimus. Qui vero norunt, *Wesfelde* esse *Wesfelde* villam præfecturæ *Winceburgensis* eiusque episcopalis *Hildeshemensis*, illi vix a sese impetrabunt, vt *Wesfeldam* eo traducant. Ipsum nomen *Erkanberti episcopi* mouet nos præterea, vt credamus, eundem ex progenitoribus comitum de *Northheim*, *Dassel* et *Homburg* procreuisse. Sunt nobis ad manus rationes non contemnendæ, quibus euinci poterit, *Erkanbertum*, illustrem *Corbeiensem* abbatem, eodem, quam dixi, genti adnumerandum esse. Electus est ille non anno 1107, vti *Annalista Saxo Tom. I. Corp. Hist. Medii Æui Eccardi* p. 619. perhibet, sed anno 1106. Hoc ipsius *Erkanberti* abbatis diplomata testantur.



## §. 227.

Tradidit *uuibert* in *loffurdi* (B) pro anima gheruuard mansum unum  
testes *rainold* marchodu huniuuard hroding.

guber-  
nante  
Corbe-  
iam Adal-  
gario.

## §. 228.

tur, de quibus latius in Historia egimus Corbeiensi. Patet autem nobis id inter hæc, *Erkenberti* nomen in familia Homburgica non fuisse inusitatum. Cum ergo bona tradita indicent, *Erkenbertum* episcopum ad hanc spectasse familiam, ad eandem omnino quoque gentem Homburgicam referendus est Abbas, quamuis vinculum vtriusque genealogicum ostendere non liceat. Si sciremus, quomam ille tempore vixerit, et cui sedi præfuerit, iudicatu foret facile, cuius is probabilissime filius fuerit. Inter Mindenses ecclesie episcopos a *Lebeccio* in *Chronico episcoporum Mindens.* T. II. S. R. B. *Leibn.* p. 158. quidam nominatur *Hercumbertus*, et ab Anonymo *Tom. I. S. R. G. Meibomii* p. 551. *Hercumbertus*, atque a *Bussenio Watenstedio* in *C. F. Paulini Syntag.* p. 6. *Erembertus*, *Herimbertus*, *Hercumbertus* et *Erkanbertus*. Dicitur hic *nobilis Saxo*, qui ante Carolum M. in vigilia S. Medardi sit mortuus. Ab auctore *Chronici Saxonici*, a *Dñō Casp. Abelio* editi p. 237. appellatur *Arcumbertus* ad annum 810 mortuus. Hos auctores sequitur M. *Iulius Schmidt* in *Breui Catalogo Mindensium episcoporum*, *Rintelii* a. 1650 edito p. 24. Si hic Mindensis episcopus fuisset ille, qui bona ante memorata tradidisset ecclesie Fuldensi, ille esse videretur frater *Siwarti*, quem supra statuimus factorem nobilium dominorum de Homburg. Cum autem hæc tantum in coniecturis nostris sint sita, nil certi definire licet, inprimis cum secundum computationem *Bucelini* in *Germania sacra* quidam episcopus *Erkanbertus* ab anno 836 vsque ad annum 854 ecclesie præfederit *Friisingensi*, quem ipse nominat nepotem ex fratre *Hittonis*, antecessoris sui. *Erkanbaldus* archiepiscopus *Moguntinus*, teste *Necrologio Fuldensi* anno 1021. mortuus, in censum venire heic non videtur, neque *Erenbertus*, *Wormatiensis* episcopus, qui teste *Bucelino* l. c. floruit anno 798, neque *Erkanbaldus* episcopus, qui eodem *Necrologio* teste ad annum 991. 6. id. Octobris vitam cum morte commutauit. Si *Moguntinus* archiepiscopus designaretur, facile intelligi posset, quomodo ei bona, ecclesie Fuldensi tradita, in manus venire potuissent. Ipse enim appellatur *Tom. I. Leibnizii* p. 460. propinquus consanguinitate *Bernwardo* *Hildesheimensi* episcopo, qui e familia *Billigana* ortus erat, vti ante §. 104. vidimus. Nam eodem modo, quo *Hildesheimensis* *Bernwardus*, bona in pagis *Tilithi*, *Merstem*, *Fleithi* et *Logne* acquisiuit, ea quoque acquirere valuisset *Erkanbaldus* archiepiscopus *Moguntinus*. Sed hæc tantum sunt coniecturæ nostræ, fortassis tibi anam præbituræ, in veritatem accuratius inquirendi et penetrandi. Confer de villa *Hemmentorpe* postea §. 404. Succurrit locus *Sibbesse*, villa præfecturæ *Wincenburgenensis* & quidem in superiori huius tractu conspicua siluam inter *Hildeshemensis* ac septem montes, ad urbem *Gronau* fere procurrentes. Villa hæc in verustioribus rerum *Hildeshemensium* membranis appellari solet *Suitbaldigeshusen*. Consonat fere voci huic nomen *Suitbodeshusen*. Nomina enim olim pro varietate pronuntiationis admodum varie a librariis ac scribis fuerunt efformata. Id vero videtur huic coniecturæ esse impedimento, quod *Westfelde*, quadrantem horæ a villa *Sibbesse* distans, pago *Fleithi* seu *Flenithi* adtribuatur, nec in hunc vsque tractum pagus *Goddingo* produci possit ex diplomatum auctoritate. Pago enim *Valun* fuit terminus versus villas *Sibbesse* et *Weltelde*. In pago *Valun* sitæ fuerunt *Lütkenholteshusen*, *Memerholteshusen*, *Hozingissen* nunc *Hoënze*, aliaque loca, a terminis *Flenithi* haud multum remota. De hac villa *Hozingissen* *Ioannem Christophorum Harenbergium* fecisse mentionem in *Novis Eruditorum Actis* 1741 p. 170, res ipsa eiusque tractatio satis indicat. Dum igitur *Cl. Baringius* in *Descriptione Sale Calenbergici* p. 231. sibi persuasit, illum a ianua aberrasse ac villam *Heinsen*, pagi *Goddingen*, minus recte constituisse, *Baringius* aliquid humani passus est, eius amplissimis meritis iure condonandum. Namque opere in longo fas est obrepere somnum.

(B) Villa *Loffurdi* erat, abbate nostro *Sarachone* teste, sita in pago *Tilithi*. Intelligi. De villa  
D d d mus *Loffurdi*.



Ab anno  
884 vsque  
877 re-  
gnante  
Hudo-  
uico et

mus ergo, designari vicum *Lattferde* ad Wiseram in ducatu Calenbergico Gron-  
dam inter et urbem Hameloam, vbi nobiles domini de Haken, qui sedem suam  
fixerunt in vico Ohren, bona quaedam possident. Sequentes id approbant li-  
tera, quas cum multis aliis iisque præstantissimis documentis, in clientela no-  
stra Corbeiensi edendis, e manibus dictorum dominorum de Haken, quibus hic  
merito publiceque memori deuotaque mente perfoluimus gratiam, accepimus.  
En litteras vnas.

Van Godes gnaden wy *Hinrik Hertogh* tho Brunfwig und Lune-  
borch Zaligen Hertoghen *Otten Some* bekennen openbar in und myt  
dussen unfern breue vor uns unse Eruen nakomen und vor allf weme.  
dat wy *Herman* und *Erneste* vedderen *de Haken* belehnt hebben und  
belehnen iegenwerdigen in und mit krafft dusses unses breues tho ey-  
nen rechten eruen zampt man lehne mit dussen nabefchreuenen gu-  
dern de van uns und unfer herschop tho lehne gan by nhamen mit  
einen haluen thegeden tho *Bauenhusen* by *Byschopperode* und then  
houen landes tho *Holtzmyne* und olden *Holtzmyne* und etliken wor-  
tinsen darfulueft einer houe landes tho *Lattferde* den haluen tegeden  
tho *Holtzmyne* den de van der Oldenborg tho lehne gedragen hebben  
twen houe landes tho *Warlffen* twen houe landes tho *Selkeffen* achte  
houen eyner haluen houe landes tho *Rederen* fees houe landes tho  
*Vorffe* twen houe landes tho de *Oldendorpe* dren houe landes tho dem  
*Zulbeke* den thegeden tho *Vardexen* und vif houen tho *Enmeren*,  
vertheyn houe landes to *Oder* eynen hof und dren houe landes einen  
schapwerke tho *Vroleuesen* eyner dorpstede geheten dat *Douikenpoel*  
mit der *Albeke* und orer gerechticheyt eyner houe landes und twen  
kothsteden tho *Perdestorp* und mit vertich morgen landes vor *Hoxer*  
an den stad grauen in den peters velde und mit dren vrihen husen in  
der stad darfulueft und vorth mit alle duffer guder gerechticheiden  
und thobehoringen in holte velde water wyschen acker fischerey wey-  
den befoet und unbesoet woe me de benomen mach nichts darvon  
uthbescheyden one alle behelp und geuerde und wy obgn. furst  
schullen und willen den guten Haken unsen mannen des gudes beken-  
nige heren und wahrende wesen und entheuen van allen deren an-  
spraken geistlikes und weltlikes gerichtes wanner und wu vaken on des  
noth und behoef finde und uns angefunnen werde doch hic inne be-  
holden und uthbescheyden uns und gen yderman unschedelick an sy-  
nen gerechticheyden. darentiegen heben uns de gntn Haken lofte  
und eyde gedan uns truw und holt to zinde, und sick thegen uns tho  
holdende alze eynem manne thegen synen heren na lehnrechts rechte  
will geboren. des in Orkunde der warheit und eynen openbaren  
schyne hebben wy obgn. furste unse ingesegel mit witschop an dus-  
sen breiff lathen hangen na Cristi unses heren geborth vertheynhun-  
dert im veyer und negentigesten Jare am dage sancte Iohannes baptiste  
decollat.

Siquis e nobis quærat, cuiusnam stirpis fuerit *Wibertus*, qui in hac villa *Lof-  
fardi* cœlitibus pro anima *Gherwardi* mansum vnum tradiderit, ei respondemus,  
*Wibertum* videri consanguineum fuisse *Gherwardi*, qui iam supra §. 19. in eam-  
dem villa donauerat, quidquid habuerat, Corbeiensibus. Ipsi *Gherwardo* filium  
hunc transferiberemus fortasse *Wibertum*, nisi obstaret grauis ratio. *Gherwar-  
dus* enim omnia sua bona, in villa *Loffardi* sita, tradidisse fertur. Bona ergo,  
quæ *Wibertus* largitus est, paterna dicere non licet, neque libet perhibere, eam-  
dem ex hereditate patris *Gherwardi* in manus venisse *Wiberti*. *Gherwardus* ita-  
que pater *Wiberti* esse nequit. Potuit tamen *Wibertus* nepos *Gherwardi* fuisse  
ex fratre, cuius ex probabili coniectura nomen fuit *Walbertus*. Hic fuit nepos  
*Widekindi* Magni, vti iam ante §. 104. docuimus. Filium sane habuit iste *Wal-  
bertus*, nomine *Wibertum*, qui hoc ipso tempore in viuis fuit. Familiam vero  
*Widekindem* in pago *Tilithi* bona possedisse hereditaria, iam supra §. 104. de-  
monstrauimus. Quocirca hic idem valetur *Wibertus* fuisse, qui §. 111. inter  
cohe-



## §. 228.

Tradidit *gerulfus* (C) partem possessionis quam habuit in *Stehla* testef  
ailbert beuo syni fridubold aldger daguelp uuoldman.

guber-  
nante  
Corbe-  
iam Adal-  
gario.

## §. 229.

Tradidit *ragenberi* (D) in *apuldrum* latof III cum familiis et terris in  
*foan-*

coheredes numeratur ducis Ostfalarum Hessi. Nomen itaque suum accepisse  
*Wibertum* ab auo paterno, eiusque fratrem fuisse *Ragenberum*, de cuius poste-  
ris dicturi sumus §. 229, non profus pronuntiatu est infulsum.

- (C) De *Gerulfo* seu *Geroldo* iam supra egimus §. 163. not. (D) eumque filium appella- De Ge-  
uimus *Alsburga*, *Walberti* coniugis, quæ nata fuisse ex stirpe Brunoniana rulfo et  
videtur. Dona id adprobant, quæ filius eius tradidit ecclesiæ Corbeiensis. *Steb-* villa  
*la* enim villa erat in pago *Auga*, nostro Registro teste. Hæc nunc nuncupatur Stehla.  
*Stable*, vix iter vnus et dimidiæ horæ disiuncta a castro Brunonisburgo, olim  
ad familiam Brunonianam relato, vti iam ante significauimus. *Gerulfus* itaque  
fuit priuignus *Walberti*, fraterque vterinus *Wiberti* ac *Ragenberi*, quorum hæ  
traditiones meminerunt §. 227 et §. 229. Hi vero tres fratres vna cum suis  
confanguineis vno tempore accessisse videntur Corbeiam, idque probabiliter eo  
tempore, quo *Gerulfus* monasterium Corbeienſe intrauit, receptus inter laicos  
fratres. Ex testibus sane coniecimus, magnum ea tempeſtate fuisse publice con-  
fectum negotium in nostra Corbeia, ad quod tantus numerus nobilissimorum  
dominorum confluerit, qui suam operam impertierint dominis, quibus eo die  
de nostra Corbeia bene merendi erat voluntas prolixia. Sunt enim inter testes §. 227.  
228. et 229. conspicui 1) *Rainoldus*, frater *Wichardi*, factoris comitum Nort-  
heimensium: 2) *Marchodu*, comes *Marchodo*, de quo diximus ante §. 106: 3)  
*Ailbert*, *Adalbertus*, filius *Cobbonis*, factor comitum Tecklenburgicorum: 4)  
*Beuo* nisi ipse *Beuo* comes frater *Luidolfi* ducis, certe eius eodem nomine filius:  
5) *Syni*, filius *Theodgeri* comitis e domo Brunoniana: 6) *Aldger*, forte *Adalgar-*  
rius, frater abbatis Corbeienſis *Adalgarii*, 7) *Raynberi* filius, *Ragenberi* puta,  
aui reginæ *Mathildis*: 8) *Radman*, fortasse *Raymannus* comes, de quo diximus  
§. 213. 9) *Erdac*, *Erdag* proauus regis *Conradi* I: 10) *Aldricus*, filius *Deddi*.  
De vtroque egimus §. 112. 11) *Suthardus*, *Sehard* §. 221. 12) *Ymmo*, filius  
*Immedi*, nepos *Widekindi* M. 13) *Hoaldus* pronepos S. *Meinulfi* et abnepos  
ducis *Angariorum* *Brunonis*: 14) *Dendi* filius *Folchardi*, factoris comitum de  
*Luttersberg*, de quo egimus §. 112: 15) *Gerbo*, frater *Erdagi* proauus regis *Con-*  
*radi* I: 16) *Hassa*, vel ducis *Luidolfi* filius, vel frater *Gerhonis* et filius comitis  
*Eslic*: 17) *Hemmit*, stirpis *Widekindæ* vir, de quo egimus §. 111: 18) *Alfdae*,  
frater *Esleonis* comitis, de quo dictum fuit §. 216. 19) *Hildibaldus*, fra-  
ter *Suithardi*, inter progenitores comitum *Northeimensium* referendi: et 20)  
*Benno* IV, homo stirpis *Widekindæ*. Quodsi autem *Geroldus* VII annos in no-  
stra Corbeia vixerit et anno 876 obierit, quemadmodum *Annales* Corbeienſes  
MSCti referunt, exinde sequitur, hæc ipsa peracta esse, atque hodie dominos  
in abbata nostra præsto fuisse anno circiter 870. Hoc tempore *Wibertus*, quem  
*Geroldi* fratrem appellauimus, nondum erat episcopus *Verdensis*, quippe qui  
dum anno 872 clericæ vitæ officio dominoque Deo consecratus fuit, prouo-  
catus ad id genus vitæ deligendum, ni fallor, exemplo fratris sui *Geroldi*.

- (D) Quidquid supra §. 98. de pago *Bukki*, intra comitatum *Schaumburgicum* obuio De pago  
differuimus, egregie confirmatur verbis huius loci, collatis cum Registro bono- Bukki.  
rum abbatiæ Corbeienſis, per abbatem *Sarachonem* confecto. In eo enim ad-  
signantur pago *Bukki* villæ *Apuldrum*, *Alblokeſtorpe* et *Padlo*, quas inuenimus  
in comitatu *Schaumburgico*. Quamuis enim villa quædam nomine *Appelern*  
inueniatur æque in episcopatu *Paderbornensi* inter *Emifam* et *Lippiam* fluuios,  
atque ita videri posset indicatus vicus *Boke* ad *Lippiam* flumen ibique pagi *Buk-*  
*kenſis* situs; tamen ob loca adiuncta pateſcit satis, per villam *Apuldrum* intelli-  
gic vicum *Apelern*, locum Comitatus *Schaumburgici*, quippe qui adhuc anno 1374  
er



Ab anno 854 vsque 877 regnante Hludouico et  
*foanwederi* latum unum cum familia et terris in *alblokestorpe* latum unum cum familia et terris in *padlo* latum unum cum familia et terris testet *rayn-beri* radman erdac aldric suuitharduf ymmo hoalduf dendi gerho hafla hemmic alfdac uuulfing hildibalduf uuulfdag alfuuini fader ailger hildired benno alger uuenda uualh.

§. 230.

et 1486 in diplomatibus appellatur Apeldoren. In hoc loco nobiles domini de Munchhausen areem splendidiorem tenent, ac bona adiecta possident ex feudo, a comitibus de Schaumburg profecto. Deinde *Alblokestorpe* videtur esse *Algedorf*, locus situs eadem in regione haud procul a Lauenau in Principatu Calenbergico. Denique villa *Padlo* haud procul ab Apelern et Lauenau eodem in tractu extitit, quippe in quo inuenitur adhuc *das Poler* seu *Polderholz*, *das Polder Wasser* et *der Polder Knick*. *Faenwederi* villa fuit posita in pago Mersthem intra Calenbergicum Principatum. Deea differemus post hæc §. 231. Suspicio itaque subnascitur nobis, *Ragenberium*, qui bona in his villis tradidit, fuisse fratrem *Gerulsi* et *Wibertii*, atque auum reginæ *Mabildis*, ac proauum cesaris *Otonis* M. Confer supra §. 104. Vt nunc, data occasione, testimoniis scriptorum coetaneorum confirmemus, quod in progeniei Ottonum tabulis representatum fuit, necessarium videtur.

De Origine ducum Brabantie et Landgrauiorum Hassie.

Sator eorum Ragenberii, Widekindi M. pronepos.

*Stirpem Widekindam in pago Mersthem amplissima prædia possedisse, iam antea contendimus, documentis fide dignis adducti. eam ob causam censuimus, Ragenberium nostrum ad eandem gentem spectasse, eumque esse illum, de quo Widekindus Corbeiensis in Annal. Lib. I. hæc prodidit memoria, que in MSCto nostro, sæpius ab editis plane diuerso, ac propterea digno, quod edatur, ita exhibentur: Erat namque ipsa domina regina (Mahlida regis Henrici vxor) filia Thiadrici, cuius fratres erant Widukind Immed et Rainbern ex Ragenbern. Rainbern autem ipse erat, qui pugnavit contra Danos, multo tempore Saxoniam uasantes: uicitque eos, liberans patriam ab illorum incursionibus usque in hodiernum diem. Et hi erant stirpis magni ducis Widukindi, qui bellum potens gessit contra magnum Karolum per triginta ferme annos. Ex his uerbis id est sane certissimum, reginam Matildam, Henrici aucupis coniugem, fuisse stirpis Widikinde, patremque eius Thiadricum ex stirpe M. Widekindi prodiisse. Deinde pater ex eisdem, fratres Thiadrici fuisse Widukindum, Immed et Rainbern. Quamuis enim uocula cuius de Matilda regina exponi, et dici, possit, Widukindum, Immedum et Rainbern fratres fuisse Matilda; arbitramur tamen, statuendum esse, dictos tres dominos Thiadrici fuisse fratres, quia uocula cuius citra alterius uerbi interuentum sequitur uocabulum Thiadrici. Censuimus itaque, monachum Hamerslebensem T. I. S. R. B. Leibn. p. 707. melius explicasse Widukindum nostrum, quam Sigibertum, auctorem Vitæ Theodorici Merensis Episcopi l. c. p. 295, qui illos fratres appellat coniugis Henrici regis. Cum uero Widekindus Corbeiensis prodiderit, Widukindum, Immedum et Rainbernum procreatos esse ex Ragenbern, Ragenberius ille fuerit auus reginæ Matilda oportet, eiusque uxor Matildania, quippe que mater appellatur Thiadrici comitis, atque mortuo suo coniuge Herifordensi Parthenoni præsedit. Id ipsum apparet ex auctore Vitæ Reginæ Matildis, qui T. I. Leibn. p. 194. ita tradidit: A posteris ergo eiusdem Witikini egregii (in occidentali regione) ducis processit stirps beatissima Matildis (reginæ) cuius pater nomine Thietricus in occidentali regione comes fuerat gloriosus, et uenerabilem Reinbildam, Danorum Fresonumque germine procreatam, moribus probabilem sibi met adiunxerat coniugem, que meruit dono Dei gignere infantem hominibus amabilem. O felix partus huius infantis, cui gratia Christi postmodum contigit dignitas regalis! Nam exstitit gloria parentum, letitia propinquorum, spes hereditatis, et decus totius future sobolis: amabilis, dum nascitur, et amabilior, dum nutritur. Quid plura? Tuoc temporis raro uidebatur infans talis. Cum ergo illustris paruula esset ablactata, desiderauit abbatisa Mathild, mater Thietrici comitis, que in Herifordensi sede præsedit abbatisa, præfatam puellam nutriendam suscipere. Parentes autem illius consentientes petitioni abbatisæ, sibi met ad procurandum commendabant, ut illum doceret sacras lectiones et manuum operationes. Narrat deinde auctor*

l. c.



l. c. nupsisse eandem *Mabildam*, ex consensu parentum, *Heinrico*, filio *Otonis* du-

gubernante Corbeiam Adalgario.

Quodsi igitur scire peruelimus, quo potissimum tempore *Raginberius* noster, regina *Mabilde* auus, floruerit, meminisse oportet, *Heinricum* aucupem contraxisse cum *Mabilda* matrimonium anno 908. Eo igitur tempore, 1) *Matbildis*, aua reginae, adhuc abbatissa fuit Herifordensis, et 2) *Thiadricus* eiusque vxor *Reinhilda*, regina *Mabilde* parentes, in viuis fuerunt. Iam porro ponamus, reginam *Mabildam* anno ætatis XVI nupsisse *Heinrico* aucupi, et *Thiadricum Reinhildam* in tori fœdus suscepisse anno ætatis XXII. Id si finxeris, *Thiadricus* viuere cepit anno 867, et *Reinhildam* connubio sibi iunxit anno 889. Anno ergo 908, quo *Mabilda* nupsit *Heinrico*, *Thiadricus* habuit ex fictione nostra annos XLI. At *Raginberius*, pater *Thiadrici*, quatuor gauisus fuit filiis. Ponamus ergo, eos natos esse intra annos quinque. Celebrauit igitur hac ratione nuptias *Raginberius* cum *Matilde* anno 852. Id quoniam anno ætatis eius XXIV. euenisset, *Raginberium* nasci oportuisset anno 828. Anno ergo 870, quo abbatiam nostram donis suis ornauit *Raginberius*, annos habebat XLII. Consequuntur hæc ex opinione sumta & vna & altera, satis probabili.

Si porro exquirendis ætatibus progenitorum *Raginbertii* intenti esse volumus, siquidem nemo veterum de illis aliquid, ad temporum rationes relatum, litteris prodiderit, *Raginbertii* pater existit *Walbertus* et mater *Alsbuig*. *Alsbuig* antea thalami socia erat *Geroldi*, de quo disseruimus supra §. 163. not. (D) *Geroldus* anno 826 e vita videtur emigrasse. *Alsbuiga* itaque denuo nupsisse videtur *Walberto* anno circiter 827, et quidem anno ætatis *Walberti* XXIV. *Walbertus* igitur natus est fere anno 803. Habuit ergo annos LXIX anno incarnationis domini 872, quo illum supra in diplomate, §. 104. not. (u) producto, deprehendimus. *Walbertus*, pater *Walberti*, procreauit liberos octo, qui intra annos XII nasci potuerunt. Si itaque ipse duxit vxorem anno ætatis XXIV, consortem thalami adiecit anno 791, primumque vitale lumen hausit circiter anno 767. *Widekindus Magnus*, pater *Wichertii*, *Alfrici*, *Obritti* atque *Herimanni* intra sex annos hos filios ex coniuge suscipere potuit. Si thalami sociam sibi delegit duxitque anno 761, tunc eo ipso natus videtur fuisse anno 737. Ad annum ergo Christi 772, quo bellum mouit contra *Carolum Magnum*, annos habuit huic calculo congruenter XXXV, et anno 807, quo animam creatori reddidisse creditur, LXX. *Theodoricus*, pater *Widekindi*, generauit duos filios, *Widekindum* scilicet et *Brunonem* duces. Intra tres annos hi nasci potuerunt. Thalami ergo sociam ducere potuit ipse anno 734, et natus esse anno 710. Cum ergo anno 744 se dedere debuit *Carolomanno* et *Pipino*, regibus Francorum, Annalibus Rerum Francorum *Eginhardi* p. 144, testibus, annum ætatis tunc egit XXXIV. *Ethelbardus* seu *Adelbardus*, quem patrem *Theodorici* fuisse coniecimus, habuit duos filios, qui intra tres annos nasci potuerunt. Ipse ergo se sociare cum vxore recenti potuit anno 704. si ita ipsi contigit vxor anno ætatis eius XXIV, editus in lucem fuerit ipse oportet anno 683. Cum vero ille anno 734 dux Saxonum occidentalium fuerit, quemadmodum ante vidimus §. 161, habuerit ea tempestate idem annos LI ætatis suæ, necessum est.

Hanc nouam computationem licet nequeamus dicere certissimam, nihil tamen repugnans vel absurdi opinionibus adsumtis contineri, putamus; multum potius verisimilitudinis in eis inesse, auguramur. Primum enim ex ea annus natalis illustrissimæ reginae *Mabilde*, qui adhuc latuit, accuratissime erui potest. Si enim pater *Mabilde* *Thiadricus* natus est anno 867, atque anno ætatis XXII *Reinhildam* in fœdus thori suscepit sociam, *Thiadrico* nupsit ipsa anno 889. In vitam ergo ex *Reinhilda* produit *Rupertus* anno 890, *Ansfritus* circiter anno 891, et *Mabilda* anno 892, qui annus cum anno 908, quo *Mabilda* nupsit *Heinrico*, accuratissime congruit. Ex hoc autem momento deinde pater, quem annum ætatis regina *Mabilda* adtigerit, cum moreretur anno 967, testante *Chronico* nostro coætaneo, annum scilicet ætatis LXXV. Et vt denique adhuc vnicam obseruationem adiungamus (complures enim alias perspicaci lectori relinquimus) e dictis id quoque elucefcit, *Thiadrico* per ætatem licuisse, filiam suam *Mabildam* in folio regali aspicere. Anno enim 919, quo sceptris donatus est *Heinricus*,



Ab anno  
854 vsque  
877 re-  
gnante  
Hludo-  
uico et

cus, vti eius originalia diplomata in archiuo Corbeiensi attestantur, *Tbiadricus* de-  
mum egisset annum ætatis LVI.

Hiscæ præmissis, de singulis his dominis ac dominabus eorumque posteris quæ-  
dam in medium proferre animum induximus nostrum. Vt autem rebus nostris  
lucem adferamus, non obscuritatem, præmittenda sunt geographica, quibus  
omissis, tota fluctuaretur oratio nostra. In Friesia, et Belgio Fœderato, nec non  
in Ducatu Brabantia dominos illos amplissima possedisse prædia, post hæc doce-  
bimus. Intermittere ergo non possumus, quin Tabulam nostram Geographi-  
cam, qua Belgium Fœderatum cum quibusdam adiacentibus prouinciis delinea-  
rum sistimus, explicemus ex æuo medio planissime, vt pateat cunctis, niti eam  
diplomatum veterumque chartarum fide, et testimoniiis scriptorum coætaneorum  
fuisse superstructam.

De pago  
Hame-  
land in  
Belgio  
Fœde-  
rato.

Agedum initium faciamus a pago notissimo *Hameland*, cuius in sequenti tracta-  
tione primam iniiciemus mentionem, adfirmantes, Athelam, filiam Immadi co-  
mitis et matrem episcopi Paderbornensis Meinwerci Widikindei, in hoc pago  
tenuisse bona quam plurima. Pagum eundem *Hameland* fuisse pagum Saxoni-  
cum, patet e *Sigeberti Vita Theodorici Metensis episcopi*, qui *Tom. I. S. R. B. Leib-  
nitii* p. 294, *Deodoricum ex pago Saxonie Hamalant comite Euerbardo patre et Amal-  
rada matre progenitum* esse, refert. Iuxta Rhenum fluuium olim existisse pa-  
gum *Hameland*, comprobant diplomata, et imprimis chartæ Heinrici IV, impera-  
toris augusti, in quibus ille anno 1085, V. kal. Ianuarii indiēt. VIII anno regni  
XXVIII et imperii II Wormatiæ profitetur, se *Rome ante biennium, capta vrbe  
Leonina, Liemaro Hammaburgensis ecclesie archiepiscopo contulisse abbatiam Eltene  
dictam in pago Hameland, iuxta Renum sub honore sancti Viti sitam*. Quoniam  
autem in Rheno tractu, an superiori an inferiori idem existit pagus *Hameland*,  
dignoscendum et colligendum esse arbitramur e villis, quæ in veterum Chartis  
eidem pago tribuuntur. Hæc autem sunt eæ, quas subiiciemus.

1) *Abbatia Eltene in honore S. Viti martyris constructa iuxta Renum fluuium  
in pago Hameland et in Gerardi comitatu sita, quam rex Heinricus Heinrici filius  
imperatoris secundi anno 1083 indiēt. VI. X Kal. Iulii anno ordinationis suæ XXIX. et  
regni XXVII Rome post urbem captam, Liemaro Hammaburgensis ecclesie archiepiscopo  
perpetuo iure possidendam tradidit*, testibus eiusdem imperatoris litteris. Cum  
igitur hæc abbatia sit abbatia *Elten*, hodie dicta *Hochelten*, sita ad Rhenum in co-  
mitatu Zurphania, sine vilo dubio pagus *Hameland* in eodem comitatu Zurpha-  
niæ quondam conspicuus fuit.

Longitudinem autem et latitudinem huius pagi diiudicare poteris e ceteris vil-  
lis, quæ secundum seriem Traditionum Laurisheimensium sunt

2) *Lefua*, quæ videtur esse locus *Lovet*, non procul a munimento *Schea-  
ckenfchanz* situs.

3) *Dorenburg* et

4) *Angrina* sunt *Dorenburg* et *Angeren*, trans Rhenum in tractu, qui *Be-  
taw* dicitur, sitæ,

5) *Pheleppe* est recentiori nomine *Velp*, cis Islam flumen vnum circiter  
milliare ab vrbe Arnheim sita.

6) *Wagenlose* probabilissime est locus *Wengel*, inter vrbes Deventer et Zwol  
in Transsalaria obuius.

In Sarachonis Registro Bonorum et Prouentuum Abbatie Corbeiensis eidem  
pago *Hameland* tribuuntur

7) *Lathem*

8) *Duisburch*

9) *Sutseno* et

10) *Upplun*. *Lathem* est *Letem* locus, ad Islam fluuium obuius. *Duis-  
burch* et *Sutseno* sunt procul dubio vrbes *Doesburg* et *Zurphen*, ad eundem flu-  
uium



uium Islam site, quarum posterior postea toti comitatu et comitibus de Zurphen, vafallis seu clientibus fiduciariis quondam ecclesie Corbeiensis, nomen dedit; *Uplun* autem locus defolatus est, quondam haud procul ab Elrene abbatia obuius. Teste diplomate Ottoniano ad annum 954 erat is in pago *Hamelant* et in comitatu *Wigmanni*.

11) Locus *Davindre*, qui nunc adpellatur vrbs *Deventer*, sita ad Islam flumen in Transsalaria inter Zutphen et Zwol vrbes. Quibus omnibus addimus loca quaedam, que anno 1046 rex Henricus *Bernoldo* Traiectensis ecclesie episcopo tradidit, *talem scilicet proprietatem, qualem ille tenebat in loco Daventre cum comitatu in Amelande, nempe de Ratnon ad Hunne, de Hunne ad Weggestapelen, et inde ad Westerse, de Westerse ad Agastaldaburg, de Agastaldaburg ad Stevere per siluam, et in alia parte Isle ad Louenen vsque ad Erbeke, de Erbeke ad Suichempe, et item ex alia parte Isle ad Ascete.* Daventre est procul dubio iam supra dictus locus Davindre. Sunt autem

12) *Ratnon* locus, Rande, non procul a Deventer vrbe situs:

13) *Hunne, Hunnep* ad fluuium Schipbeck,

14) *Weggestapelen*, ni fallor, *Wechel* eadem in regione obuius locus,

15) *Westerse, Westervlier* ad idem flumen Schipbeck reperiendus, haud procul a loco Diepenhem.

16) *Agastaldaburg* esse poterit Slangenburg, vel Swanenburg, vel Hardenburg, vel Brantenburg, vel Wildenburg, vel Woldenburg. Loca sunt in comitatu Zurphanie sita.

17) *Stevere* erit Steender in eodem comitatu.

18) *Isa* flumen est fluuius *Yssel*.

19) *Louenen, Loenen*, in tractu Velouienfi eminet.

20) *Erbeke, Eerdbeek* villa eadem in regione visitur.

21) *Suichempe*, videtur esse Eempt, et

22) *Ascete Eshede*, locus inter Deventer et Zutphen vrbes, in comitatu Zurphanie obuius.

Huic pago Hameland conterminus erat *pagus Felve*, etiam *Felva, Folum* et De pago *Felve* dictus. Eundem fuisse in tractu Velouienfi, id omni caret dubio. Indicio certe sunt villa, ad eundem pagum relata, nominatim

1) *Duickingen*

2) *Lona*

3) *Sulmonda* seu *Sulmunda*

4) *Wageninga* et

5) *Werdupa*, in quibus, teste Wilh. Heda in *Historia Episcoporum Ultraiectionis* p. 51, anno 838 *Rotgarius* comes proprietatem suam donauit ecclesie Traiectensi. Inter has erit *Duickingen* vel *Dudenschantz* ad Rhenum inter Arnhem et Wageningen, vel *Touchin*, locus intra terram Traiectensis episcopatus situs, vnum circiter milliare ab oppido Wick, olim *Duyrstede* dicto, septentrionem versus distans. *Lona* erit vel locus *Loo*, vnum milliare et quod excurrit positus ab vrbe Deventer versus occidentem, vel *Lone*, villa vix iter duarum horarum conspicua inde ab vrbe Zutphen, itidem occidentem versus. *Sulmonda* est probabilissime *Silwolde*, non procul a villa Lone obuia. *Wageninga* est oppidum *Wageningen*, Rheno adiacens. *Werdupa* esse videtur *Weesp* in Velouienfi tractu, uno circiter milliari ab vrbe Hattem posita versus orientem. Teste Chartulario Werthinensi Tom. I. S. R. Br. Leibnitii p. 104 in pago *Folum* erant anno 801

6) villa *Englandi*, et

7) silua *Braclog*, quas tradidit Hrodulfus, filius quondam Wibaldi, abbati Liudgero. *Englandi* est vicus *Engelant*, in Velauia situs. *Braclog* probabiliter est silua, *de Brokberger Bor* dicta, non procul ab *Engelant* vico. Porro eodem pago tribuuntur

8) *Ap-*



Ab anno  
854 usque  
877. re-  
gnante  
Hludo-  
uico et

8) *Appoldro* villa, quam fuisse locum *Appoldorn*, omnino putamus, situm in tractu Velauicnsi non procul ab arce Loo,

9) *Halpa*, probabilissime censendus est esse locus *Eep* in eodem tractu,

10) *Utterlech, Uddel*, in tractu eodem non procul a mari dicto dat *Uddeler Meer*, conspicitur.

11) *Zagolt, Salck* locus, situs est ad fluuium *Islam* haud procul ab vrbe *Campen*, et

12) *Selebach* villa, quæ videtur esse locus *Schanderbeeck*, vnum circiter milliare distans ab oppido *Harderwyck*, sito ad mare dictum *de Zuyder-Zee*. Teste diplomate regis *Heinrici IV*, dato anno 1077 indict. XV. V kalendas junias et anno ordinationis domni *Heinrici quarti* regis XXIII, regni vero XXI in pago *Velve* et in comitatu *Diederici* erat situm

13) *pradium Bruoche*, quod nobis locus *Ryt-broeck* non procul a villa *Appeldoorn* situs, fuisse videtur. In Registro Bonorum et Prouentuum Abbatie *Corbeicnsis* pagus noster ab abbate *Sarachone* appellatur *Felue*, eidemque tribuuntur

14) *Afzi villa*, quam habemus pro vico *Essen* in tractu *Velouicnsi* sito, et

15) *Wisside*, quæ villa *Wissen* erit in *Velow* obuia non procul a loco *Loo*. His villis denique addimus

16) locum *Agilmari*, quam venerabilis regina *Mabilda, mater Ottonis regis*, anno 950 tradidit monasterio, quod ipsa in honorem sanctissimæ *Dei genetricis Mariæ* sanctique *Dyonisii martyris* in loco, *Angari* nuncupato, construxit, teste inedito diplomate regis *Otonis*, quod *Bruno Cancellarius* ad vicem *Wicfridi archicappellani* recognouit, quodque datum XVII Kal. Maii anno dominicæ incarnationis DCCCCL indict. VII anno vero domni *Otonis XIII*, et actum *Quitlingaborchi*. Hæc villa probabilissime nulla est alia, nisi locus *Emelaar*, obuius in tractu *Velouicnsi*, et situs duo circiter milliaria ab oppido *Amersfoort* orientem versus.

De pago  
Flehite in  
Belgio  
fœderato.

Ad fluuium *Hemum*, hodie dictum *de Eem*, exonerantem se in mare, appellatum *de Zuyder-Zee*, quondam eminebat pagus minor, *Flebite*, qui versus orientem *Felue* pago erat contiguus. Exstat in *Wilbelmi Heda Historia Episcoporum Vltraieclens.* pag. 41 seq. diploma *Karoli Magni*, in quo ille anno nono regni sui VII idus Iunii donat ad *Basilicam S. Martini, quæ erat constructa in Traiecto veteri subtus Dorestado, ubi venerabilis vir Albricus presbyter et rector præesse videbatur, villam suam Lisiduna in pago, qui vocatur Flebite, super aluicum Hemi, cum omni integritate vel adiacentiis seu appendiciis suis, et quantumcumque Wiggerus comes ibidem per Karoli beneficium tenuit, etiam et forestas illas, quarum vocabula sunt Hengesschote, Fornbese, Mokevoth et Widock, quæ sunt de ambabus partibus Hemi.* Cum fluuius *Hemus* nullus alius esse poterit, nisi flumen *Eem*, et villa *Lisiduna* sit *Leusden* prope *Amersfoort*, hæc traditio procul dubio continet omnem tractum circa flumen *Hemum*, et filuas seu forestas, quæ prope *Veenbusen*, et in altera fluuii *Hemi* ripa olim conspiciebantur.

Probabilissime hic pagus *Flebite* idem est, qui in diplomate quodam *Folckerii*, quod ex antiquo *Chartulario Censuum monasterii Werdinensis* exhibet *Miræus* in *Opp. Dipl.* Tom. III. p. 561, circa annum 855 nominatur *Fleibetti*. Cum enim idem *Folckerius* abbatiam *Werdinensem*, in *Westfalia* conspiciam, amplissimis per *Frisiæ* prouinciam possessionibus augeret, donationem firmavit in pago *Fleibetti* in villa *Hlara* XVII idus nouembris indict. III regnante *Hludouico imp. iunioris augusti* XV. *Hlara* villa procul dubio est locus *Laren*, vno circiter milliari a flumine *Hemo* disiunctus versus oppidum *Narden*, in terminis *Goylandiæ* situs. Caue autem, ne confundas hunc pagum *Flebite* cum pago *Fleithi* seu *Fleitibi*, intra *Principatum Wolferbuttelensem* circa oppidum *Gandersheim* et per adiacentem præfecturam *Winceburg Hildeshemensis* sito.

De pago  
Northu-  
anti in  
Belg.  
Foed.

*Pagum Northuanti* connexuimus cum pago *Flehite*. In *Goylandiæ*, in qua iuxta mare, dictum *de Zuyder-Zee*, oppidum *Naarden* exstat, existisse hunc pagum arbitramur. Teste chartulario *Werthinensi* Tom. I. S. R. B. Leibniti



p. 102. et p. 116. in eodem pago erant villæ *Manheri*, *Hafungun*, *Huleri*, et *Hrenberi*, in quibus Oodhelmus quidam, maritus Theodlindæ et filius quondam Oodwerci, tempore Karoli Magni houas quasdam tradidit Liudgero presbytero. Esse autem videtur villa *Manheri* locus *Marfen*, vel *Maren*, situs in terra Traiectensis episcopatus. *Hafungun* est *Huyfen* locus, situs non procul ab oppido Naarden. *Huleri* est villa *Haar*, haud procul a Beersteyn intra Traiectensis episcopatus terras posita. *Hrenberi* esse videtur Hert villa, dicta *t' Huis t' Hert*, intra eandem regionem obuia.

In eadem terra Traiectensis episcopatus, hodie dicta *t' Land van Utrecht*, procul dubio præterea olim exstitit *pagus Insterlacus*. Comprobant id villa, quæ huic pago tribuuntur. In harum censum referunt chartæ veteres

1) villam *Fetbna*, quam *vir illustres, Carolus maior domus, filius Pipini, ipso die Kalend. Ianuarii anno secundo, regnante glorioso domino Theodorico rege, donauit monasterio, quod est intra muros in Traiecto castro situm et constructum ubi et apostolicus vir D. et in Christo pater Willebrordus archiepiscopus sub sancta conuersationis canobitalis ordine custos præesse videtur. Actum Herefiallo villa publica. Diploma ipsum habetur in Wilh. Hedæ Historia Episc. Ultraiectens. p. 28 seq. Fetbna hodie dicitur *Fechten*, iacetque ad Rhenum, vno circiter milliari distans ab ipsa vrbe Traiecto.*

In eodem *Insterlake* pago et intra comitatum Ruotbodonis deprehendimus

2) villam, *Amudam* vocatam, et telonium, quale prius walger in eodem comes exigebat loco. Eam in proprium donauit Otto II imperator Augustus Traiectensi ecclesie, teste diplomate l. c. p. 87 seq. adlato, quod datum est VIII idus Iunii anno dom. incarnat. 975, indict. III, anno regni Ottonis XV, imperii VII, et actum *Erperfurt*. Hanc villam *Amudam* esse oppidum *Muyden* situm inter Naarden atque Amstelodamum vrbes, neminem negaturum speramus.

Errore librarii in ea charta, quam I. G. Eccardus in *Histor. Genealog. Principum Saxonie Superioris* p. 19. in lucem produxit, pagus noster nominatur *Juscarlake*. Tradiderunt autem per Chartam eandem, in *Chartulario Traiect.* exstantem, *Ouo, Addo, Rothard, Thitbald et Beren ad ecclesiam S. Martini, que constructa est in castello Traiecto in pago Insterlake pro remedio Wibracti, sicut illis ipse ac filius eius Walbertus ad perficiendum legitime tradiderunt, quicquid in Oesterbac et in Praß idem Wibrach videbatur possidere. Acta est hæc traditio publice in villa Hosterbac VIII Kal. Iunii anno 834 indict. XII, regni imperatoris Lothowici anno XXI. Fortassis Oesterbac et Hosterbac vna eademque est villa. Locus quidem Oesterbeek est ad Rhenum obuus et non procul ab oppido Arnheimio intra tractum Velouiensem situs. Villa autem *Eraß* est tractus oppidi Arnheimensis, antiquum adhuc retinens nomen. In eadem regione familia Widi-kindea plura possedit prædia, vt posthæc videbimus. Hinc nullus dubito, *Wibractum*, qui in Traditionibus nostris appellatur *Wibertus*, atque *Walbertum*, filium ac nepotem fuisse *Widkindi M.* Illud in expedito est, urbem *Traiectum* exstitisse quondam in pago *Insterlaco*.*

Porro annotauit illustris auctor Chronici Gottwicensis p. 644 villas sequentes, ad pagum nostrum relatas, nempe

- 1) *Cotben*, quæ erit *Cooten* ad Rhenum inter Wyck-Duurstede et Traiectum sita,
- 2) *Durostadium*, quod est vrbs dicta Wyck-Duurstede, ad Rhenum posita:
- 3) *Gana*, probabilissime *Goy* inter Cooten et Houten, vel *Ganschof*, itidem ad Rhenum inter Nyenrode et Beersteyn sitam:
- 4) *Grunwertb*, quæ verisimillime est *Groenvecht* inter Voortwyck et Gunterstein ad fluuium Vechtam visenda:
- 5) *Haetnam*, iam ante dictam *Houten*, vel *Hoet*, non procul ab vrbe Traiecto; obuiam villam:



Ab anno  
834 vsque  
877 re-  
gnante  
Hludo-  
uico et

6) *Judefax*, id est, *Judfaes* inter Froonesteyn, Pletsenborg et Rynhuysen sitam:

7) *Luricbe* seu *Leerix* iuxta Houten versus Odyk positam:

8) *Ostherhem*, fortassis nunc *Outdaen* ad Vechtiam flumen, vel *Ostherwaert* ad eundem fluuium, vel *Oostbroeck* in eadem Traiectensis episcopatus terra vnum circiter milliare sitam ab vrbe Traiecto versus orientem:

9) *Werconden*, nunc *Werkboven*, non procul a Rheno et Beerwaart versus Odyk conspicuam:

10) *Westerhem*, per quam designatur vel *Vossestein* non procul a Doren, vel *Wynestein*, non procul a villa Heemstede seiuncta:

11) *Wiltaburgum*, nunc *Wiltenburg*, situm inter Amelissewer, Rhynouven, Wynestein et Plotenborg:

12) *Abekevalde*, quam villam habemus pro *Abcoude* loco, vnum milliare et dimidium secreto a celebratissima vrbe Amstelodamo versus Traiectum:

13) *Fumerchbara*, quae videtur esse locus *Haar*, non procul a vico Maarfen disiunctus:

14) *Hera*, quae esse videtur *Hermelen* villa, sita haud procul ab eodem loco Maarfen:

15) *Lona*, seu villam *Loenen*, ad fluuium Vechtiam positam:

16) *Lonacalaca*, quae hodie dicitur *d' Huis te Loenersloot*. Et denique

17) *Marsna*, quae videtur esse *Maarsen*, locus ad flumen ante dictum situs.

De pago  
Munt-  
tuursintigis in  
Belgio  
foederato.

Teste quodam diplomate Ottoniano ad annum 985, pagus quidam, nominatim haud designatus, erat inter *Lieram* et *Hislam*, cui tribuuntur villae *Bleeswyk*, *Bokelsdyk*, *Buescoop*, *Crulingen*, *Flardinga* seu *Pbladirtinga*, *Golda*, *Lede*, *Leyra*, *Maerdrecht*, *Pinaker*, *Roderisen*, *Rotterdamme*, *Sciedamme*, *Scieplada*, *Swanerdrecht*, et *Zevenhusen*. Pagos anonymos praeterea in Saxonia nostra nondum inuenimus. Putamus vero, pagum istum vel fuisse pagum *Munttuursintigis*, vel pagum maiorem *Testerbantiam*. De utroque ergo pago quaedam dicenda esse omnino arbitramur. Ad Friesland loca memorata spectasse, negare non licet. Villa *Rotterdamme*, et flumina *Liera* et *Hisla* id satis probant. Intra Hollandiam praeterea, et quidem in tractibus, hodie dictis Selmonde, Schieland, Delfland et Rhyndland, omnes haec villae reperiuntur. Est enim

1) *Bleeswyk*, Bleyfwyck in Schielandia,

2) *Bokelsdyk*, Poeldyk in Delflandia,

3) *Buescoop*, Boskoop in Rhyndlandia,

4) *Crulingen*, Cralinge in Schielandia,

5) *Pbladirtinga*, Vlaeringe in Delflandia ad flumen dictum de Merwe,

6) *Golda*, vrbs *Gouda* ad fluuium dictum die Yssel, qui ante dicta *Hisla* est, per Schielandiam fluens,

7) *Lede*, Lynde, haud procul ab vrbe Dordracō, ob synodum Dordracenam celebratissima,

8) *Leyra*, Lier in Delflandia,

9) *Maerdrecht*, Moordrecht ad fluuium *Hislam*, non procul ab vrbe *Gouda*,

10) *Pinaker*, Pynaker in Delflandia,

11) *Roderisen*, Roderys in eodem tractu sita,

12) *Rotterdamme*, Rotterdam vrbs celebratissima, intra Schielandiam obuia,

13) *Sciedamme*, Schiedam, vrbs inter Vlaeringam et Delfshaven oppida,

14) *Scieplada*, Schipluy, locus intra Delflandiae tractum situs,

15) *Swa-*



- 15) *Swanesdrechte*, Swyndrecht locus, non procul ab vrbe Dordracō dis-  
iunctus, et guberna-  
nante  
16) *Zevenbusen*, Sevenhufen locus intra Schielandiam, ab oppido Gouda  
vix vnum milliare distans. Corbe-  
iam Adal-  
gario.

Iam pagum *Muntuuwfontigis* ad Fresiam referunt Traditiones Fuldenfes I. F. Schannati p. 316. Hæ, in eodem quondam existisse villas *Reisheim* et *Balvatinge*, num. 73 tradunt. Non videmus, qua in alia regione pagus *Muntuuwfontigis* collocari queat, nisi in ea ipsa, in qua ante memoratas villas deprehendimus. Vrbi, olim castro, *Montfoort*, sito non procul ab oppido Oudewater in Hollandia, probabiliter a pago nostro nomen inditum est. Quamuis enim illud castrum demum circa annum 1170 a Godefrido, Traiectensi episcopo, ad Hollandorum insultus compescendos constructum fuisse referatur in W. Hedæ *Historia Episcoporum Ultrajectens.* p. 174; non tamen additur, illud tum prima vice exstructum fuisse. Probabilius vero nobis videtur, illud iam antea existisse, quemadmodum *Hoborstum*, *Woerden* et *Vollenho* castella, quæ eodem tempore contra Gelros, Traiectenses et Frisios ædificasse episcopum illum; l. c. perhibetur. Fit ergo veritati consentaneum, castrum *Montfoort* nomen accepisse a veteri pago *Muntuuwfontigis*; villæ autem *Reisheim* et *Balvatinge* videntur esse *Rynegem*, non procul ab vrbe Lugduno Bataurum, et *Palestein*, locus inter Gouda, Delphi ac Lugdunum vrbes obuius. Vt doctiores Bataui, et inprimis Lugdunenses, situm harum villarum accuratius inuestigent, eos publico nomine admodum volumus rogatos.

Adscriptimus autem, inducti testimonio veterum chartarum apud Will. Hedam l. c. ad annum 1063 reperendarum, Tabulæ nostræ Geographicae, et quidem ante dictis regionibus præterea alias villas, inter quas recensendæ sunt 1) *Flardinge*, Vlaardinge, Phladirtinga: 2) *Kirchwerve*, Werve, 3) *Hatago*, Hlaga comitum in Delflandia: 4) *Schie*, Sion: 5) *Rinesburg*, Rynenburg: 6) *Agathenkyreca*, Koudekerk: 7) *Aftelekerwald*, Alkemade: 8) *Rinslaterwald*, Rinslaterwoude: 9) *Liethemuthen*, Leymuyde, 10) *Warmunde*, Warmont, 11) *Velfereburgh*, Veenenburg seu Velferslot locus in Kenemaria situs, 12) *Hamenzenkireca*, Hemenstede, et 13) *Spermerewald*, Spaarwou, cunctæ in Rhynlandia sitæ villæ, quas omnes coniectura nostra ad pagum *Muntuuwfontigis* spectasse iudicamus.

In Kenemaria et Westfrisia, vulgo et vernacule dicta Noord-Holland, pagum De pago existisse *Kilingo*, verisimillimum nobis videtur. Ad Fresiam hic pagus refertur *Kilingo* in Traditionibus Fuldensibus I. F. Schannati, in quibus p. 314 num. 41 inue-  
nimus, in eodem pago *Kilingo*, et quidem in villis *Huntagi* et *Merheim*, tradi-  
disse ecclesiæ Fuldensi bona quædam Marcwartum et Vpponem. *Huntagi* no-  
bis videtur fuisse vna ex illis villis, quæ dicuntur *Ooster* et *Wester-bout*. *Mer-  
heim* autem habemus pro *Meressteyn*. Omnes hæ sunt in Kenemaria sitæ. His et  
adnumerandæ sunt alia villæ, quæ ex diplomate, apud W. Hedam in Hist. Episc.  
Ultraj. ad a. 1063 reperiundo, adducendæ quondam in his regionibus depre-  
hendebantur. Illæ sunt 1) *Afscumannedilf*, quæ procul dubio est Assendelst, *Kilingo*  
2) *Egmunde*, Egmont, quæ etiam iam existit anno 913 teste diplomate in Mir. *in Belgio*  
Opp. Dipl. Tom. I. p. 35, et in qua comes Theodoricus anno 1083 abbatiam *fœderato.*  
fundavit, teste diplomate l. c. Tom. III p. 18, 3) *Alemere*, vrbs Alkmaer, 4)  
*Heilegolo*, Heyloo, 5) *Pethem*, Pettenheim, alias Petten, sita ad mare dictum  
de Noordzee, 6) *Afsenthorp*, Avendorp, 7) *Woggenum*, Wognum sita in  
dem Wognummer Ban, 8) *Vronlo*, fortassis Vrsium in dem Vrsumer Ban, 9)  
*Schirmere*, Schermer in Nortschermer Ban, et 10) *Sloten*, Sloet etiam in  
Kenemaria sita. Confer Hedam in Hist. Ep. Ultraj. qua in p. 132 seq. illud  
documentum deprehendes, e quo videbis, omnes has villas, et supra scriptas,  
iam anno 1063 existisse.

Hiscæ missis, recensendæ quoque sunt villæ, olim ad celebratissimum pagum De pago  
*Testerbant* relatæ. Ad Inferiorem Terram spectasse pagum *Testerbant*, aliosque *Testerbant*  
pagos sub se comprehendisse, conclusimus e verbis auctoris Vitæ Meinwercei, *in Belgio*  
quæ Tom. I. S. R. B. Leibnitii p. 544 sic habent: *Facta in diebus eius* (scilicet *fœderato.*  
Mein-  
to.)  
Eee 2



Ab anno  
854 usque  
877 re-  
gnante  
Hludo-  
uico et

Meinwerici episcopi Paderbornensis) *fame valida, missis nuntiis frumentum comparari fecit in Colonia, et duas naues onustas ad Inferiorem Terram deferri, et dispensatione villicorum super Velve in Testerbant taliter mandavit erogari, ut una pars propriis, alia familie indigentis, secundum numerum domesticorum distribueretur: tertia ad prouentum seminis, quarta mendicis erogaretur. Quod episcopi mandatum villicus super Velve deuote peragere studuit. Ille vero in Testerbant partem pauperibus ordinatam fraudari perniciose non timuit.* Hæc verba ponderantes, quaerimus, vtrum Velve vsurpetur pro pago, an pro villa? Et respondemus: pro pago. Quamuis enim locus quidam nomine Wel ad Mosam in tractu, dicto Bomelewert reperiatur, qui heic in censum venire posset; maluimus tamen hanc villam interpretari per villam Welle, quam Saracho abbas in Registro Bonorum et Prou. Abbatia Corb. tribuit pago Testerbant. Quodsi ergo Wel quondam est dicta Welle, uocabulum Velve in uerbis adductis locus Wel esse non poterit. Præterea inquirendum foret: an in vna villa tantum fuerit vnus vel plures villici? Villici quondam non erant liti seu mancipia, sed ministeriales abbatis, abbatissæ vel episcopi, vti patet e litteris Irmegardis de Widigensten, abbatissæ Heruordensis ad annum 1290, datis. In diplomatibus aliquando priorem locum tenent villici inter ecclesiæ ministeriales. Possemus villicos dicere administratores, teutonice Verwalters, quin imo etiam Amtleute. Interdum vnus tantum erat villicus in curte dominicali, alias curtes minores sub se comprehendente, vti latius deduximus in Clientela Corbeiensi. Cum igitur villicus Meinwerici episcopi super Velve distinguatur a villico eius in Testerbant, arbitramur Velve non fuisse villam, sed pagum. Quia autem Velve fuit in Testerbant, sequitur Testerbantiam fuisse pagum maiorem seu generalem, alios pagos minores sub se comprehendentem. Accedit, Meinwericum episcopum multa possedisse prædia in Inferiori Terra, vti infra demonstraturi sumus. Euidētissimum ergo erit, auctorem Vitæ Meinwerici dicere voluisse, Meinwericum episcopum studuisse hominibus suis propriis tam in pago Velve, quam in pago Testerbant degentibus, atque annona carentibus, subuenire. Sit itaque pagus Testerbant pagus maior.

Illud quoque fiet palam ex villis, olim ad pagum Testerbant relatis, quas accurate considerandas in animo habemus. Illæ sunt

- 1) Hero
- 2) Ukele, et

3) Trile, quippe quæ teste diplomate in Wilh. Hedæ Hist. Episc. Ultraj. p. 94 anno 997 erant infra comitatum Testerbantia. Hero videtur fuisse Herren in tractu Nouiomagensi, Ukele, Uchelen in tractu Velouicensi, et Trile, Driel, non procul ab vrbe Heusden in tractu Betuensi, vel Driel in tractu, Bomelewert dicto. Illa, non hæc, placet.

Porro Otto III imperator augustus anno 998 III idus Aprilis indict. XII anno regni XVI et imperii III Anfrido Traiectensi episcopo largitus est omnem districtum super villam Bomele in comitatu Vurochi comitis in pago Testerbantia dicto situm, et quidquid Poppo, filius Walgeri, habuit in ministerium in eodem comitatu et in villa Arclo, vti patet e diplomate apud Hedam l. c. p. 95. reperiundo, quam traditionem eisdem fere verbis confirmat Henricus II anno regni sui primo, id est, III nonas septembris anno domin. incarnationis MIII indictione I, teste diplomate apud eundem Hedam l. c. p. 100. seq. Bomele procul dubio est oppidum Bommel ad Vahalim fluuium situm in tractu Bomelerwaard dicto, probe discernendum a vico Bommel seu Bemmell, in tractu Betouienensis terræ non procul ab oppido Heusden conspicuo. Villa autem Arclo erit locus Arkel, vnum circiter milliare situs ab oppido Gorcum in tractu, dicto t' Land van Gorcum.

Anno 1006 Anfridus Traiectensis episcopus fundauit abbatiam Ordinis S. Benedicti in loco Hohorst, teste diplomate, quod ex copia licitum erit inferere, quia illud facem accendit illis, quæ infra de illo Anfrido, seu Ansfrido ex gente Widekindea orto, dicturi sumus. Est autem ipsum diploma sequentis tenoris:

In



In nomine sanctæ et indiuiduæ trinitatis. Notum sit omnibus sub gubernante Corbeiam Adalgario. Christianæ religionis norma degentibus qualiter ego *Ansfrius* licet indignus Traiectensis episcopus in loco qui uocatur *Hoborsta* aedificari præcepi cellulam in primis in honorem dñi nri ihu xpi constructam nec non gloriosissimæ genetricis eius mariæ sed et btorum apolorum petri et pauli meiq. patroni specialis scilicet martini, ea ratione, ut inibi fratribus monachis sub scilicet benedicti regula feliciter uiuere cupientibus dies ducere liceat huic uitæ concessos. Vt autem locus prædictus in dei seruitio firmiter possit esse stabilitus, iam dictis fratribus tradidi, quidquid uisus fui habere in uilla *Thrile* in pago *Testerbantensi* cum omni familia cunctoq. seruitio et districtione, ita ut omni tempore tenui ac possedi absque ullius contradictione, regali scilicet manu traditione ac stipulatione nobis concessum et in *Tuente* dimidium census teloniarum et monetæ et foreste in *Rumelo* et quartam partem siluæ in *Fugenboute*. præter hæc tradidi inter uillas *Hese* et *Sous* XIII mansos cum prædio *Hoborst* prædicto cum mancipiis et omnibus appendiciis id est siluis pratis pascuis molendinis aquis aquarumq. decursibus acquisitis et acquirendis quod dedit quidam garuuardus miles scilicet martino. et nouale quoddam de monte *Hoborst* usque in *Bacheuorth*. addidit et has ecclesias *Ermelo masumunster Liuemunster Leyre Suindrecht Hamertbe Loysden*. Actum est hoc publice coram idoneis testibus in basilica scilicet Mariæ scilicet Martini in *Hoborst* ipso die dedicationis eius id est XIII kal. decembris anno ab incarnatione dñi MVI indict. IIII regnante Heinrico II imperii sui anno V.

His litteris adductis dispiciendum erit, ubi locus *Hoborsta* exstiterit. Reperitur primo in Velouiensis tractu non procul ab oppido Haderwik uilla *Horst*, et deinde in terra Traiectensis episcopatus uilla *Horst* haud procul ab urbe Rhenum ad fluuium Rhenum sita. Sed uterque locus non placet. Eandem enim abbatiam exstiterit primo lapide ab Amersfortio, et anno 1050 in urbem Traiectum translata D. Pauli nomine innotuisse, *Arnoldus Bachelius*, Batauus, in notis ad Chronica Iohannis de Beka p. 37. annotauit. Non procul ab oppido prædicto reperitur locus *Hoost* et Mons Sanctus, super quo abbatiam *Hoborsta* exstiterit putamus. Cumque haud procul ab eodem loco *Hoost* inueniatur uicus *Barvoort*, eundem fuisse locum *Bacheuorth*, cuius *Ansfrius* in diplomate adducto meminit, censemus.

Ecclesiæ, quas laudatissimus præsul addidit, sunt probabilissime in locis sequentibus repertæ.

- 1) *Ermelo* esse poterit uicus *Ermel* in Velouiensis tractu situs.
- 2) *Masumunster*, si non subest uicus *Moost* non procul a loco *Hoost* reperiendus, erit *Monster* in Delflandia.
- 3) *Liuemunster* locus nobis non est cognitus.
- 4) *Leyre* esse poterit *Lielaar* non procul ab urbe Amersfortio, vel *Lier* in Delflandia, olim dicta, uti supra uidimus, *Leyra*.
- 5) *Suindrecht*, *Swyndrecht* haud procul ab urbe Dordracō, quondam, uti supra uidimus, etiam appellata *Swanesdrecht*.
- 6) *Hamertbe* esse poterit *Hoemen* in Velouiensis tractu, vel *Harten* in tractu eodem non procul ab urbe Arnheim, vel *Harwert* in Betouiensis tractu ad Rhenum, vel, uti nobis uidetur, *Hemert* ad fluuium *Mofam* haud procul ab urbe *Heusden*.
- 7) *Loysden* autem poterit esse vel *Leyden* non procul Amersfortio, vel *Loinen* ad flumen *Vahalin* haud procul ab urbe *Nouiomago*, vel *Loosduyne* in Delflandia unum circiter milliare ab Haga comitum reperiendus locus. Villam *Thrile*, quam in pago *Testerbantensi* exstiterit *Ansfrius* asserit, habemus pro *Driel*, cuius iam supra mentionem inieimus.



Ab anno  
85+ usque  
877 re-  
gnante  
Hludo-  
uico et

His villis addimus loca *Radinheim*, *Putten*, *Vortbusun*, *Tuilon*, *Hasti*, *Gamberen*, *Helue* et *Niuucla*, vna cum villis *Appele* et *Wehse*. *Tuilon* erat mater ecclesia, ad quam anno 1031 spectarunt capellæ *Hasti*, *Gamberen*, *Helue* et *Niuucla*. *Tuilon* est locus Thuyl, ad Vahalim situs in Tielerwaard non procul ab oppido Bommel. *Helue* itaque erit *Helwy* in eodem tractu ad Vahalim sita, *Hasti* *Haften* non procul ab *Helwy*, *Niuucla* *Nywalde*, et *Gamberen* *Gameren*, quæ vltimæ villæ reperiuntur in tractu *Bommelerwart* haud procul ab oppido *Bommele*. *Radinheim* ad Rhenum erat sita, et procul dubio intelligitur vrbs *Rhene* in terra *Traiectensis* episcopatus. *Putten* vsque in hodiernum diem appellatur *Putten*, et sita est in *Velouensi* tractu non procul a locis *Ermel* et *Schonderbeek*. *Vortbusun* erit *Verhusen*, in tractu *Berouensi* non procul ab oppido *Rhene* sita. *Appele* hodie nominatur *Appel*, et *Wehse* *Wessel*, quæ villæ reperiuntur in *Geldria* ducatu et spectant ad tractum *Velouensem*. In omnibus his villis bona quondam possedit monasterium SS. Petri et Pauli O. S. Bened. in suburbio *Paderbornensi* situm, vulgo dictum *Abdinghov*. Et largitus est illi bona eadem *Paderbornensis* episcopus *Meinwercus*, eiusdem fundator, vt diplomata in *Nicol. Schatenii Annal. Paderborn. Tom. I. p. 483. et p. 765. testantur.*

Hiscæ dictis suppleri atque emendari possunt ea, quæ reuerendissimus atque eruditissimus D. auctor *Chronici Gottwicensis* de pago nostro *Testerbant* in medium protulit. In illo relatum legimus, ad eundem pagum quoque spectasse villas *Bracola*, *Malsen*, *Tbielle*, *Buria*, *Empele*, et *Buria*, quæ probabilissime sunt *Brakel* ad Vahalim sub tractu *Bommelerwart* dicto, *Molenste* in terra *Traiectensis* episcopatus, non procul a vico *Walenborg*, vel *Maren* ad *Mosam* fluuium, vel *Malden* in tractu *Nouiomagensi*; *Tiel* in tractu *Tielerwaard* ad Vahalim, vrbs *Buren* in comitatu *Buren*, a qua non procul absunt *Buurmalfen* et *Geldermalfen*, quarum vna esse possit villa *Malsen*. *Empele* est *Empel* ad *Mosam* sita, et *Buria* denique in *Bierrip*, non procul ab vrbe *Heusden* in tractu dicto *rLand van Altena* sita, latere videtur.

Omnes has villas, ad pagum relatas *Testerbant*, vt ab aliis villis, ad alios scilicet speciales pagos spectantibus, accurate distingueremus, in tabula nostra Geographica lineola subduximus. Patet autem ex eisdem, pagum *Testerbant* sub se comprehendisse pagos *Muntuwisingis*, *Flebite*, *Felwe*, *Huitingoe* et *Bathua* dictos, de quibus posterioribus nunc quædam in medium proferre volupe erit.

De pago  
Huitin-  
goe in  
Belgio  
foedera-  
to.

*Pagi Huitingoe* primam mentionem iniecit *Will. Heda* in *Hist. Episc. Ultraj. p. 51.* his verbis: *Sub isto Alpbrico* (*Traiectensis* episcopo) *Rotgarius comes donauit ecclesie Traiectensi plurima bona sua, quæ habuit in proprietatem, et in pago Leomerike in villa Thuina, Alatinge, Westrehest in pago isto, in villa Duitlingen, in pago Felua in villa Lona, Sulmonda, Wageninga, Werdupa, in pago Huitingoe in villa Houdna, in villa Bracola, Tbule, cui Alpbricus vicissim contulit in beneficium ac præstariam, vt aiunt, seu usum ad vitam, quæ ecclesia in villa Gruosna et Furnerchara et Hera, itemque in Seyst, Lisidunon, Hest, Thorene habuit anno regni Ludouici XXV salutis scilicet DCCCXXXVIII, quo anno passus est S. Fredericus. Ad quæ verba Buchelius l. c. p. 52. not. (d) hæc annotauit: Gerbrandus hanc donationem integram ponit, et est in meis MSS. in qua nominantur pagi Leomerike, vel Lomerike sorte de Limersche, Velua, buiten-goye: villa vero Twine, Westerbese, Duitingen, Lona, Sulmunda, Wageninga, Houdna, Brakela, Tbule, Zeyst, Lisidunon, Hese, Thoerne. Loca sepe sunt nota. Villa Houdna, quæ in his verbis tribuitur pago *Huitingoe* esse poterit *Heesbeen*, non procul ab vrbe *Heusden* sita, vel ipsa vrbs *Heusden* haud procul a fluuio *Mosa* obuia, vel *Hintum* primo lapide ab vrbe *silua ducis*, vulgo *Hertogenbosch* dicta, reperiunda, vel *Houtmeer* in tractu *Nouiomagensi*. *Bracola* seu *Brakela* est *Brakel* in tractu *Bommelerwaard*, et *Tbule* *Tiel* vel *Thuyl* ad Vahalim in tractu *Tielerwaard* dicto, sita.*

De pago  
Bathua in  
Belgio  
foedera-  
to.

*Pagus Bathua*, quem etiam ad pagum maiorem *Testerbant* spectasse putamus, procul dubio situs erat eo in tractu, qui hodie appellatur de *Betuwe*. Partem hunc esse pagum prouinciæ veterum *Batauorum*, insulam inter *Rhenum*, *Leckan*, et *Vahalim* incolentium, quæ partem *Geldria*, partem *Traiectensis* prouinciæ, et partem *Hollandiæ* occupabat, omnino arbitramur. Eiusdem pagi *Bathua* primo men-



mentionem iniecit circa annum 727 *Karolus maior domus filius Pipini*, qui teste diplomate, apud Will. Hedam l. c. p. 50. seq. reperiundo, tradit Willebrordo episcopo in pago *Bathua* villam turis sui nuncupatam *Eliste* in ipso loco *Maritbaine* quantumcumque ibi habuit vel possedit *Euerhardus*, dum ipse infidelis regi apparuit, et in regis Francorum infidelitate foris patria ad infideles se sociavit, et propter hoc omnes res sue in fisco regali fuerunt redactæ, quas gloriosus rex *Hildebertus* genitori eius *Pipino* de suo fisco concessit, Karoloque genitor eius *Pipinus* iure hereditatis in proprietatem concessit, hæc omnia, et quidquid *Euerhardus* habuit in *Bathua* vel possedit, tradit ad basilicam saluatoris nostri *Jesu Christi* et *B. Mariae* genetricis *Dei* et *B. apostolorum Petri et Pauli* omniumque apostolorum, sanctique *Johannis baptiste* et ceterorum sanctorum. Actum *Tulpiaco* castro publico mense Iulio anno sexto regnante glorioso rege Francorum *Theodorico*. Testes erant *Saleco comes*, *Folcarius comes*, *Bergersensis comes*, *Maginbarius comes*, *Luidoiphur*, *Odo*, *Agilo*, *Herigerus comes*, *Erkenfridus comes*, qui aduocatus fuit episcopi, et hanc traditionem manu sua cum domino suo suscepit.

In autographo quædam aliter esse lecta, prout l. c. ea exhibuit Heda, non est dubitandum. Interim neminem inficari posse censemus, *Euerhardum* istum ex proceribus *Fresonum* seu *Saxonum* fuisse. *Bathua* pagum olim ad *Saxones* spectasse, nullus negare poterit. Familiam etiam *Widekindam* et *Brunoniam*, vno ramo progerminantem, in eadem prouincia amplissima possedisse prædia, omni caret dubio. Cum igitur nomen *Euerhardi* in eadem gente crebro sit repetitum, vti supra vidimus, coniectura auguramur, istum *Euerhardum* fuisse patrem vel fratrem *Adelbarði*, auum *Theodorici*, et proauum *Widekindi M.* et *Brunonis*, ducum *Westfalorum* atque *Angariorum*, de quibus posterioribus *Annales* rerum Francorum indubitata nobis momenta prodiderunt. *Euerhardum* illum tempore regis *Hildeberti*, id est, *Childeberti III* vixisse oportet, quem anno 711 mortuum esse referunt. Cumque *Theodoricum* ad regnum Francorum euectum anno 721 perhibeant, sequitur, diploma allegatum circa annum 727 esse datum, atque *Euerhardum* ab *Hildiberto* seu *Childeberto III*, seu potius a *Pipino* maiore domus, ante annum 711 esse victum, cum quo *Annales* veterum conueniunt, qui tempore *Pipini* *Fresones* et *Saxones* esse victos tradunt. Chronologia ergo non pugnat, si perhibemus, *Euerhardum* illum esse potuisse proauum *Widekindi M.* ac *Brunonis* ducis.

Quidquid autem sit, siue *Euerhardus* ille sit referendus inter progenitores *Widekindi M.* siue minus, nullus tamen inficias ire poterit, pagum *Bathua* quondam in *Betuwe* existisse. Probat id 1) villa *Eliste*, alias *Maritbaine* dicta, quæ necul dubio est locus *Elst* ad *Lingam* flumen in tractu *Betuwe* situs, 2) *Cannita* villa et 3) *Falburc marca*, quarum altera est *Gent*, ad *Vaholim* vnum milliare et quod excurrit ab vrbe *Nouiomago* reperiunda, vti iam obseruauit auctor illustris *Chronici Gottwicensis*; altera autem probabilissime in regione loci *Falborg*, inter *Nouiomagum* et *Wageningen* vrbes reperiundi, existit. Verisimillime hæc marca tempore *Carolingicorum* limes fuit veteris *Saxonie* et *Francie*. Addimus his villis 4) *Hustin* villam, quam diligens noster abbas *Saracho* in *Registro B. et P. Abb. Corb.* ad pagum *Bathua* retulit, quamque *Hoesden* locum, in tractu *Betuwen*si aequali fere itinere ab oppidis *Rhene*n et *Wageningen* versus meridiem situm fuisse, putamus.

Probabilissime quoque noster ille est pagus, qui in *Traditionibus Fuldens. I. F. Schannati* p. 304. num. 95. appellatur *Bata*. Refertur enim l. c. quendam seu quendam (an enim femina vel vir fuerit, ignoramus,) *Wolewich* tradidisse in plaga *Saxonie* bona quædam in pago *Fladate* in *Elbirga*, *Holzhusen* et *Rimbrabter*, et in pago *Bata* in *Hufuduna*, *Castre*, *Warade*, *Wotun*, *Hebun*, *Wide* et *Hommeru*. Pagus *Fladate* nobis esse videtur pagus *Flebite*, etiam, vti supra vidimus, *Flethette* dictus. *Elbirga* esse poterit *Echel* in terminis *Goylandie* situs, *Holzhusen* *Huyfen* ad mare dictum de *Zuyderzee* reperiundus, et *Rimbrabter* *Rinswou* ad flumen *Hemum* villa existens, vel *Ruyterbrock* ad eundem fluuium reperiunda. Pagus autem *Bata* probabilissime est pagus *Bathua*. Si enim

5) *Hufuduna* villa non est nostra e *Sarachonis* *Registro* producta villa *Hustin*, id est, *Hosden*, erit illa oppidum *Heusden* ad *Rhenum* situm.

6) *Castre*



Ab anno  
854 usque  
877 re-  
gnante  
Hludo-  
uico et

6) *Castre* villam habemus pro vico *Kesteren*, ad flumen Lingam inter Hoesden et Ochten obuio.

7) *Warade* esse poterit *Varick*, in Tielerwaart sita inter Hemert et Heesfelt, vel *Wurt* non procul ab vrbe Nouiomago reperiunda.

8) *Watun* existimamus probabiliter esse *Wycken*, inter Vaholim et Mosam fluuios in tractu Nouiomagensi conspicua.

9) *Houn* erit Huen villa ad Mosam sita.

10) *Wide* videtur esse Wamel in eodem tractu ad Vaholim non procul a Tiel, vel *Wees* ad flumen Lingam inter Heins et Hoefden obuia, et denique

11) *Homeru* villam haberi posse arbitramur pro *Homen*, ne vno quidem lapide distita a vico Huen, ad Mosam posito.

De pago  
Scaldis  
in Infe-  
riori Ter-  
ra.

Hactenus locuti sumus de pagis, ad pagum maiorem Testerbant spectantibus. Volupe tamen iam erit, quaedam adicere de pagis eidem contiguis. Illi sunt primum *pagus Scaldis* a fluuio Scaldis, hodie dicto die Schelde, procul dubio nomen sortitus. Villæ eidem pago in Chartis veterum tribuuntur sequentes:

1) *Bergar*, est vrbs *Bergen op Zoom* satis nota.

2) *Crebca* esse poterit *Kraffel* locus, situs inter Kruisland, Blauwesluys, Berlekestove, Oudenbosch atque Kalfdonk, ac duo milliaria, et quod excurrit, ab vrbe Bergen op zoom septentrionem versus distans.

3) *Gusaba* erit vicus *Gulse*, duo milliaria ab vrbe Breda versus orientem situs inter Reien, Hulten, Riel, Alphen, Chaem et molendinum Molefscheet.

4) *Maudaco* est vel locus *Meerdycck*, vnum milliare cum dimidio conspicuus ab oppido Gertrudenberg inter Gravenmeer, Ruyth, Kapelle, Suydewy, Sprang, Kaashenvel, et Donsen, vel villa *Meenwen*, æquali fere itinere reperiunda inter Gertrudenberg et Heusden.

5) *Pepinglandia* esse poterit *Poppel*, quatuor milliaria locus situs ab vrbe Breda versus orientem, vel *Bavel* iter vnus horæ ab vrbe iam dicta, vel *Pape-mus* vnum milliare ab vrbe Tolen distans.

6) *Sprange* est procul dubio iam supra dictus locus *Sprang*, tria milliaria versus occidentem distans ab vrbe Silua ducis, teutonice appellata Hertogenbosch.

7) *Steninge* hodie appellatur *Sestingen*, vicus situs ad fluuium Scaldim, vnum milliare cum dimidio ab oppido Santvliet versus occidentem.

8) *Sonnenmere* et *Sonnenmeri* sunt probabilissime vici dicti *maior* et *minor Sundert*, distiti ab vrbe Bergen ob Zoom quatuor milliaria versus orientem. Denique

9) *Waterange* erit vel *Teteringen* vel *Warnde*, duo loca non procul ab vrbe Breda sita.

De pago  
Bragban-  
to in  
Terra In-  
feriori.

Pago Scaldis contiguus erat *pagus maior Braghanto*. Paucula quoque de eo in medium proferre, postulant Traditiones nostræ Corbeienfes. Vidimus enim supra §. 184. Euricum quendam in pago *Braghanto* in villa *Blorwanscote* ecclesiæ Corbeienfi tradidisse bona sua. Quatuor comitatus seu pagos minores pagum *Braghanto* sub se comprehendisse, patet e diuisione regni Hlotharii, a Hludouico et Karolo regibus anno 860 facta, quæ Capitulis Karoli calui regis atque Annalibus Bertinianis inserta legitur.

De pago  
Taxan-  
dria Brag-  
bantenfi.

Vnus erat *pagus Taxandria*, a *Taxandris* populis ita dictus, quos *Phil. Cluuerius* in *Geographia Antiqua* inter Mosam et Flandriam ad oceanum collocat, et perhibet, Taxandrorum tractum nunc esse *Zelandiam* et Brabantia inferioris partem. Sed Cluuerium non recte posuisse limites veterum Taxandrorum, quos veterum *Cattorum* progeniem fuisse Men. Altingius in *German. Infer.* p. 79. arbitrat, patet e duobus fluminibus ad pagum *Taxandriam* relatis, quæ sunt *Dutbmola* et *Digena*. *Dutbmola* fluuius hodie dicitur *Dommel*, qui fluit per oppida Peer et Eyndhoven, atque urbem Siluam ducis, tandemque exoneratur in fluuium Mosam. Circa hoc flumen

*Dommel*



*Dommel* olim existisse pagum *Taxandriam*, omnino arbitramur. Tribuuntur gubernante huic pago in Testamento S. Willebrordi

1) villa *Wadradoch* super flumine *Dutbmola*, quam fuisse locum *Waalderen*, ad fluium *Dommel* vno lapide ab oppido *Eyndhoven* disiunctum, nemo negare poterit. Hæc villa in *W. Hede Hist. Episc. Ultrai.* p. 28. nominatur *Waderloe*, et fluius *Dumella*, quem in Tabula nostra Geographica secuti sumus.

2) *Busloth* esse videtur vel *Boxtel*, vel *Boekoop* ad fluium *Dommel* inter *Eyndhoven* et *Silua* ducis sita.

3) *Bocanshot* fuerit oportet *Baersbot* duo circiter milliaria versus meridiem ab vrbe *Silua* ducis reperiendus vicus.

4) *Hinesloten* habemus pro vico *Hoogloen*, duo milliaria circiter sito ab oppido *Eyndhoven* versus occidentem.

5) *Alpbeim* est *Alphen* locus tria circiter milliaria remotus ab vrbe *Breda* orientem versus.

6) *Diora* super fluium *Digena*, est *Dieffen*, iter dimidiæ horæ seiunctus ab oppidulo *Hilvarenbeek*. Denique eis

7) villam *Budilio* addimus e diplomate *Karoli M.* per quam vicum *Buel*, situm inter *Hamont* et *Weert* oppida, designari intelligimus, inde ab vrbe *Ræronde* tria milliaria, et quod excurrit, reperiendum.

Alter pagus, ad pagum maiorem *Bragbanto* relatus, est *pagus Riensis*. Ad pagum *Bragbanto* eundem spectasse pagum, patet partim ex *Antwerpe castello*, quod *Rienti* ad tam pagum *Bragbanto*, quam pagum *Rienti*, tribuitur, partim e villa *Blowanscote*, quam in *Bragbanto* in *pagum Rienti* existisse, *Saracho* noster in suo Registro Bonorum et *Prouentium* *Abbatia* *Corbeiensis* nos docuit. Sunt autem villæ, ad pagum *Riensis* relatae, sequentes præterea:

1) *Blowanscote* est *Blommescbot* duo circiter milliaria ab vrbe *Antwerpa* versus orientem locus, inter *Wechelerzande*, *Lille*, *Vispelin*, *Crabbels*, *Pulderbosch* et *Soerfel* situs.

2) *Boucholt* ad annum 974 est villa *Bouhaut*, duo milliaria ab vrbe *Antwerpia*, et vnum milliare ab oppido *Lier* reperiunda.

3) Flumen *Nutta* est fluius *Notbe*, qui intra oppidum *Lier* recipit riuum *Nethe*, et se in *Dile* et tandem in *Scaldim* fluios exonerat.

4) *Castellum Antwerpo* est *Antwerpia* ad *Scaldim* sita vrbs celebratissima, quæ procul dubio etiam *marca Antuerpa* nomen dedit, cuius meminit *Annalista Saxo* Tom. I. *Eccardi* p. 525, referens ad annum 1076, *cesarem Henricum ducatum Lotbaringie* filio suo *Conrado*, *marcam vero, quæ Antwerpa dicitur, Godefrido consobrino Gocelonis seu Godefridi ducis, impigro ad rem militarem adolescenti, tradidisse, qui etiam postea Lotbaringie ducatum obtinuerit.*

5) Erat in eodem pago *Rienti* fluius *Scalde*, id est, flumen *Schelde*, cuius etiam pars quædam ad pagum nostrum spectauit.

6) *Bacwalde*, quæ probabilissime erit locus *Bauwel*, duo milliaria ab oppido *Lier* situs orientem versus.

7) *Winnelincheime* erit vel *Wommelgem*, vel *Wynegem* villæ, vnum milliare et quod excurrit ab vrbe *Antwerpa* existentes versus orientem.

8) *Furgulare* habemus pro *Vogelensank* non procul ab vrbe prædicta reperiundo vico versus meridiem. Infra eundem comitatum siue pagum *Riensis* *Anfridus Traiectensis* episcopus, e stirpe *Widikindea* oriundus, quandam sui iuris hereditatem in villis *Westerlo*, *Oldobolo*, *Mierbeke*, *Hoybeck* (*Honbecke*) et *Borchte* anno 994 seu 997 tradidit ecclesiæ sanctæ Mariæ sanctique *Martini* in *Traiecto*, teste diplomate, in *W. Hede Histor. Episcop. Ultrai.* p. 93, et in *Mirai Opp. Diplom.* Tom. I. p. 52. reperiundo. Ex his est

9) villa *Westerlo* vicus *Westerloo* ad fluium *Nethe*, duo milliaria cum dimidio distans ab oppido *Lier*.



Ab anno  
854 vsque  
877 re-  
gnante  
Hludo-  
uico et

10) *Oldlobolo* verisimillime erit Oosterloo ad eundem fluuium reperiendus locus.

11) *Mierbeke* seu *Mirenbecke*, vti Heda legit, est vicus *Meerbeck*, ad idem fluuium obuius.

12) *Hoybeck*, seu, vt Heda habet, *Honbecke* erit vel *Heulken* in altera fluuii *Nethe* ripa non procul a *Meerbeck* existens, vel *Hoboken* haud procul a supra dicta villa *Vogelensank* reperiunda. Hæc, non illa, placet. Denique autem erit

13) *Borchte*, *Borchte* ad fluuium *Scaldim* non procul ab *Hoboken* villa, iter vnus horæ ab vrbe *Antwerpa* obuia.

Ville ad  
pagum  
Bragban-  
to spe-  
ctantes.

Ad ipsum pagum *Bragbanto* referuntur

1) villa *Dorp*, quam Falquinius quidam anno 950 tradidit monasterio *Gamblacensi*, hodie dicto *Gemblours*, olim *Leodienfis*, hodie *Namurcensis*, dioeceseos in *Brabantia*. *Dorp* erit vicus *Dworpe*, duo milliaria et quod excurrit situs ab vrbe *Bruxellis*.

2) *Filsardo* erat teste diplomate *Caroli M.* regnantis anno quinto in pago *Bragbando*. Vide sis diploma in *Lunigs Reichs Archiv Spic. Eccles. Cont. I. p. 1141* seq. Hæc villa procul dubio est oppidum *Vilvorden* inter *Bruxellas* et *Mechlinium* vrbes obuium.

3) *Alostum* erit *Aelst* seu *Alost* oppidum situm ad fluuium *Dendre*, qui se *Teneramundæ* exonerat in *Scaldim*.

4) *Brucfella* est vrbs *Brussel*, totius *Brabantia* metropolis.

5) *Ganda* absque dubio erit *Gent* vrbs notissima, hodie spectans ad *Flandriam Auftriacam*.

6) castrum *Louanicum* esse urbem *Louanium*, gallice *Louvain*, et teutonice dictam *Loewen*, nemo negare poterit.

7) *Malisne* absque controuersia erit vrbs *Mechlinium*, gallice *Malines*, et teutonice *Mecheln* dicta, sita ad fluuium *Dile* in *Brabantia*.

8) *Condatum* erit vrbs *Conder*, gallice dicta *Conde*, sita ad *Scaldim* in *Hannonia gallica*.

9) *Niviola* hodie dicitur *Nivelle*, quatuor circiter milliaria sita ab vrbe *Brussel* versus meridiem. Plures villas addere, in præfentiarum superuacaneum esse videretur. Longitudo et latitudo pagi nostri *Bragbanto* e dictis satis superque elucefcit.

De pago  
Masao in  
Inferiori  
Terra.

Progredimur ad pagum *Masao*, qui in veterum documentis nuncupatur modo pagus *Masagowi*, modo *Masagove*, modo *Masanorum*, modo *Masagobbi*, modo *Mose*, modo *Maso*, modo *Maselant*, modo *Masagao*, modo *Mosgaua*, modo *Mosau*, et modo *Mosanur*. *Saracho* noster in suo *Registro Bonorum et Prouentuum Abbatia* *Corbeiensis* eundem pagum appellauit *Masao*, quod nomen in *Tabula nostra Geographica* retinuimus. A fluuio *Mosa*, hodie dicto die *Maer*, eundem pagum nomen accepisse, constat inter omnes, qui eundem probe dignoscere sciunt a pago *Mosalgowe*, cui nomen inditum a fluuio *Mosella*, teutonice dicto die *Mosel*. Pagum *Masao* in superiorem atque inferiorem pagum esse diuisum, patet e diuisione regni *Lotharii* facta anno 870, quam vide apud *Baluzium Capit. Regum Francorum Tom. II. p. 221*, *Miræum Opp. Diplom. Tom. I. p. 28*. atque alios. Ad pagum *Masao* siue *Maso* refertur anno 855

1) *Monasterium Berg super fluuium Rura*. Fluuius *Rura* est flumen *Roer*, quod ad urbem *Roermunde* influit *Mosam*, et monasterium *Berg* erit celebris abbatia, quæ hodie appellatur *S. Odilienberg*. In *Traditionibus Fuldensibus I. F. Schannati p. 312. num. 14. in pago Masao iuxta flumen More* (lege *Mose*) positas inuenimus villas *Blaricge*, *Walare* et *Oslan bretana*.

2) *Bla-*



2) *Blarige* est procul dubio *Blerik* vicus, ad Mosam haud procul ab oppido Venlo situs inter Baerle, Brey, et castellum S. Michael.

3) *Walare*, esse poterit *Viller* villa obuia haud procul ab oppido Gennepe, seu *Weel* ad Mosam reperiunda inter Blitterswyk, Wansen, Geestern, Aeyn, Helfsum, Hekeren, Wees, Wissen, Kevelaer, Tuiſten et Vorſt.

4) *Oſanbretana* autem villa videtur esse *Offenbroek* vicus, situs non procul ab oppido Cleef inter Freudenberg, Beber, Opthau, oppidum Cleef, Kellen, Wardt, et Haſſert in ducatu Clivenſi. Eginhardus tribuit pago *Mafano*.

5) *locum Gangluden*, qui nobis videtur fuiſſe *Gangel*, situs inter oppida Venlo et Roermonde, ſive potius inter vicus Baerle, Holthufen, Keſſel, Neer, Keyſersboſch, Myl, et Helden. Teſte Sarachonis Regiſtro B. et P. Abb. Corb.

6) *Lumi* villa erat in pago *Mafaco*, quam fuiſſe putamus vicum *Leunen*, ſitum duo milliaria ab oppido Venlo verſus ſeptentrionem inter Oerle, Tinray, Caſtenrey, Horſt, Severum, Lieſſel, Vlierden, Durne, Grotenberg, Marſel et Venroy. Denique

7) *Traiecta* anno 896 in pago *Mafeland* nulla videtur alia fuiſſe villa, quam vrbs *Traiectum* ad Mosam, hodie dicta *Maſtric*. Plura de hoc pago addere a ſcopo noſtro alienum eſt.

Pago *Mafagorvi* conterminus erat *pagus maior Riboarienſis*. Maiorem eundem fuiſſe pagum, alios pagos ſub ſe comprehendentem, patet ex eo, quod *pagum Bunnenſem* et *pagum Ruricogwe* in pago exiſtiſſe Riboarienſi, diplomata docent. Teſte diplomate authentico caeſaris Hlotharii, quod ſupra exhibuimus, villa *Caſſenicha* erat in pago *Riboarienſi* et in comitatu ſeu pago *Bunnenſi*, de qua villa et pago etiam ſupra egimus. Quidquid enim hic C. F. Paulini aliique de pago *Ritbarienſi* blaterant, nugae ſunt, quippe quae cum litteris authenticis parum conueniunt. Abbatia *Werthina* erat in pago *Ripuariorum*, Chartulario Werthinenſi teſte Tom. I. S. R. B. Leibnitii p. 102, vbi etiam p. 108 *Werthina* et *Lopanheldi*, p. 110 *Heſtingi ſuper fluuium Rura*, p. 110 *Hernaſſet ſuper ripam fluminis Rura*, item *Heſtraſſeſſe*, p. 111 villa *Menithin* ſuper ripam Rurae, p. 112 *Witi* et p. 115 locus *Totentborra* et villa *Fiſlaca* eidem pago *Riporum* tribuuntur, quibus villis addendae ſunt e *Vita Ludouici pii Flamenſisheim, Aquigranum*, et *Duria*, quibus, ſi placet, adnectenda eſt curtis *Will*, quae anno 1138 erat in pago *Riboarienſi* in comitatu Adelberti comitis, teſte diplomate, quod exhibuit J. C. Lunig im Reichs - Archiv Spie. Eccleſ. P. II im Anhang p. 304.

In pago *Ruricobo* in loco, qui dicitur *Werthina*, ſuper fluuium *Rura* in ſilua *Wenſwald* eccleſiam et monaſterium adificandi Luidgero Mimigerneſordenſi epiſcopo ius concedit Carolus imperator auguſtus, et ad perficiendum in eodem loco monaſterium res ſuas proprias, id eſt, ſicum ſuum, qui vocatur *Lothuſa*, in pago *Brabant* cum omni integritate in proprietatem donat circa annum 802, teſte diplomate in Lunigs Reichs - Archiv Spie. Eccleſ. P. III p. 691. In eodem pago *Ruricogao* in villa *Fiſlaco* particulam hereditatis ſuae Sigihard tradit ad eccleſiam in loco, qui dicitur *Werthina* in pago *Ruricogao* in ducatu *Ripuariorum*, vbi *Hildegrius* et *Gerfridus* epiſcopi rectores praefſe videntur, ad annum 819 teſte diplomate in Lunigs Reichs - Archiv l. c. p. 692. Anno 1065 in pago *Ruricogao* et in comitatu *Herimanni* comitis palatini erat curtis regia *Turburch*, teſte diplomate, quod allegat Dominus *Georgiſch* in Regeſtis Chronologico - diplomaticis p. 404. In eodem pago *Ruricogao* erant, teſte Chartulario Werthinenſi Tom. I. S. R. B. Leibn. p. 109 *Burgbeki* riuuulus, p. 112 *Witi* villa, p. 114 *Podrebeci* et *Farnthrapa* flumina, p. 120 *Menithina* villa, p. 101 ſeq. locus *Diapenbeci* in ripa *Rura*, p. 103 ſilua *Hoiffi* in aquilonali ripa fluminis *Rurae*, p. 106 villa *Fiſlaca* iuxta ripam fluuii *Rurae*, et p. 107 *Weldi*. De ſitu harum villarum quaedam adiungere volupe erit.

1) *Werthina* eſt celeberrima abbatia *Werden*, ad *Ruram* ſita in comitatu *Villa* in *Marcano*, et dioceſeos *Colonienſes*, cuius abbas inter immediatos S. R. imperii proceres refertur.

2) *Lopanheldi* erit probabiliffime *Lipperheyd*, locus vnum circiter milliare ſitus ab abbatia *Effen* in eodem comitatu *Marcano*.



Ab anno  
854 vsque  
877 re-  
gnante  
Hudo-  
uico et

3) *Herlingi* est vicus *Herling*, iter vnus horæ ab abbacia Werden reperiendus versus septentrionem.

4) *Hernatsset* villam fuisse *Hetterscheid* itidem iter vnus horæ ab abbacia Werden sitam versus meridiem, putamus.

5) *Hestratesetbe* erit verisimillime *Egerscheid*, iter vnus horæ villa obuia ab *Hetterscheid* occidentem versus.

6) *Menithin* erit vel *Minert*, vnum milliare sita ab oppido Werden ad Ruram, vel *Menden* ad eundem fluuium reperiunda in ducatu Westfalia. Illa, non hæc, placet.

7) *Witi* est locus *Witen* in comitatu Marcano, tria milliaria et quod excurrit diffusus ab abbacia Werden orientem versus.

8) *Tottenthorra* fortassis est locus, qui hodie dicitur *in den Dornen*, situs ad fluuium Wupper in ducatu Montensi. Videant et iudicent de ea docti Werthinenses.

9) *Fislaca*, est probabilissime locus *Vischel* in archiepiscopatu Colonienfi tria circiter milliaria reperiendus ab vrbe Dusseldorp occidentem versus.

10) *Flameresheim* habemus pro loco *Flamersheim* in ducatu Iuliaco, vnum milliare sito ab oppido Munster-ciffel versus septentrionem, et tria circiter milliaria ab vrbe Dueren versus meridiem.

11) *Aquisgranum* absque dubio est vrbs celebratissima *Aken* inter vrbes S. R. Imperii liberas primaria.

12) *Duria* est oppidum *Dueren* in ducatu Iuliaco, situm ad flumen dictum die Roer, quod ad vrbs Roermundam ebibitur a fluuio Mosa, vti iam supra diximus. Tandem

13) villa *Will* esse poterit *Weel* ad flumen Mosa in ducatu Geldriae sita, vel *Wiler* in archiepiscopatu Colonienfi sita ab vrbe metropoli Colonia duo circiter milliaria septentrionem versus, vel *Wehlen* in comitatu Recklinghufen ad fluuium Imser conspicua. E dictis patet, pagum *Riboariensem* seu *Ripuariorum* fuisse amplissimum pagum inter flumina Mosam, Rhenum et Lippiam, determinatum, aliosque pagos minores sub se comprehendisse.

Villæ in  
pago Rur-  
icogowe.

Ad specialem pagum *Ruricogowe* spectarunt cum abbacia *Werthina* prædicta

1) *silua Weneswald*, quæ est procul dubio saltus iuxta fluuium Rura, quem S. Ludgerus, *data alia terra possessori*, comparauit, arborum opacitate et siluarum densitate vndique conclusum, in quo arboribus dirutis idem vir sanctus monasterium fieri curauit, teste Alfrido monasterienfi episcopo in Vita S. Ludgeri Tom. I. Script. Rerum Brunsvic. Leibnitii p. 98. seq.

2) *Fislaco* est locus *Vischel*, de quo iam supra num. 9. egimus. Patet ex hac villa, pagum *Ruricogowe* se etiam vsque in terram archiepiscopatus Colonienfis extendisse.

3) *Turbuch* est procul dubio vrbs *Duysburg*, ad fluuium Ruram sita, ob academiam ibi florentem celebratissima.

4) *Burgbeki* riuulus est riuus haud procul ab abbacia Werthinensi influens Ruram.

5) *Witi* villa erit *Witen* iam supra num. 7. memorata.

6) et 7) *Podrebeci* et *Farntrapa* flumina sunt riuus in saltu Weneswald non procul ab abbacia Werthina se miscentes cum fluuio Rura.

8) *Menithina* villa erit eadem, cuius iam supra inter villas Riboarienses num. 6. mentionem inieimus.

9) *Diapenbeci*, riuus in ripam Ruræ euadens, est riuus haud procul a vico Schelenberg cum flumine se miscens prædicto.

10) *Hoissi* silua in aqilonali parte fluminis Ruræ.

11) *Fir-*



11) *Fislacu* villa iuxta ripam fluminis Ruræ, et

12) *Weldi* locus adhuc latent in obscuro. Rogamus doctos Werthinenses, vt studiosius in situm istarum villarum inquirent. *Weldi* esse poterit Wald in ducatu Montensi locus, situs inter Medman et Solingen.

gubernante Corbeiam Adalgario.

Progredimur ad *pagum Wironi*, qui orientem versus conterminus erat pago *Hameland*. Ad *Fresiam* hic pagus *Wirenensis* refertur in Tradition. Fuldens. I. F. Schannati p. 312. num. 2, vbi asseritur, quendam Gebi in eodem pago bona quædam tradidisse ecclesiæ Fuldensi. Et eadem pagina num. 8 quædam largiti sunt eidem ecclesiæ *Ilanbald* eiusque vxor *Sigibirn* in pago *Wirab* in villa *Broncelar*, atque pag. cit. num. 5. in pago *Wironi* erat villa *Witulsinsfurt*, pagina autem 316 num. 60 nominatur hic pagus *Wirenensis*, in quo *Gebo* quidam bona quædam tradidit, villa autem, in qua eadem bona fuerunt, omittitur. Fortassis huic pago nomen inditum erat a loco *Wird*, cuius eadem Traditiones p. 312 num. 6 aliaque documenta mentionem iniiciunt, qui nobis videretur esse oppidum *Werd*, in Monasteriensi episcopatu situm ad verus flumen *Yssel* haud procul ab vrbe *Aenholt*, sede quorundam quondam comitum de *Anholt* vasallorum *Corbeiensium* in comitatu *Zurphaniensi*. *Witulsinsfurt* autem erit *Wilvoort*, in eodem comitatu locus, vix iter vnus horæ ab oppido *Brevoort* versus orientem reperiendus. Villa vero *Broncelar* probabilissime est *Boetzlar* locus, in ducatu *Cleve* trans *Rhenum* inter *Wesaliam* atque *Emmerich* oppida obuius.

De pago Wironi in Belg. Fœderato.

Hicce positis, pago *Wironi* septentrionem versus contiguus fuit pagus *Tochingen*. Ad *Fresiam* quoque hunc pagum spectasse, e Traditionibus *Fuldensibus* Schannati patet, in quibus pag. 313 num. 12 refertur, quendam *Wolfraban* bona quædam tradidisse in pago *Tochingen* in villa *Waltheim*, et pag. 314 num. 41 tradunt *Marcwart* et *Vppo* in *Orlinguerba* in pago *Tokingen* bona quædam, atque eadem pag. 314 num. 44 tradidit *Wolfhelm* bona quædam in pago *Tokingen* in *Tippinheim* et *Tunenwert*, quæ villa *Tippinheim* l. c. p. 315 num. 53 appellatur *Dippingheim*, et tandem l. c. p. 316 num. 71 quidam *Nohrleib* pro vxore sua *Lugarda* quædam tradidit in pago *Tokingen* in villa *Waltheim*.

De pago Tochingen in Belg. Fœderato.

Villa *Waltheim* nulla videretur alia fuisse quam vicus *Weldam*, in *Transsalaria* situs haud procul ab oppido *Goor* inter *Peckedam*, *Sruivelaer*, *Goor*, *Olidam*, *Weckdam* et *Nienhus*. *Orlinguerba* esse videretur *Olidam* villa iam dicta. Multis enim villis in *Belgio* veteri syllaba *Dam* recentioribus temporibus addita est a crebris aggeribus, aduersus aquæ impetum atque inundationes circa eas constructis. *Tippinheim* seu *Dippingheim* (vna enim eademque villa videretur) est procul dubio locus *Diepenbem* in *Transsalaria* situs vnum milliare ab oppido *Borckeloo* in comitatu *Zurphaniæ* versus *Aquilonem*. *Tunenwert* autem villa si non est locus *Tuvelaar* seu *Stuvelaar* non procul ab oppido *Goor* reperiendus, desolatus erit, cuius situm nondum explorare potuimus.

Relicto pago *Tochingen*, pedem proferimus in pagum contiguum *Twente*. In eodem *Belgii Fœderati* tractu, qui vsque in hodiernum diem appellatur *die Twente*, exstuisse hunc pagum, id omni caret dubio, et probant id villæ, ad hunc pagum relatæ. Illæ sunt

De pago Twente in Belg. Fœderato.

1) villa *Aldefale*, in qua *S. Lebuinus* anno 766 mortuus est, vti supra §. 3. not. (d) vidimus. Ea est absque controuersia locus *Oldensael*, in *Twentia* situs.

2) Erat in eodem pago *Twente* anno 1006 villa *Rumelo*, et

3) filia *Fugenboute*, teste diplomate *Ansfredi Traiectensis* episcopi supra inserto. Est autem *Rumelo* locus *Roomolo*, ab oppido *Oldensael* tria circiter miliaria situs versus meridiem, qua in regione est etiam filia, quam pro saltu *Fugenboute* habemus.

4) Spectabat ad eundem pagum *Thwente* locus *Gore* infra comitatum *Godescalci* comitis, quem circa annum 1046 clericus quidam *Adolphus* militis officio functus tradidit ecclesiæ *Traiectensi* cum conuenientia heredis suæ *Wiburgis abbatisse de Frikenburst*, per manum aduocati sui *Walonis*, testante diplomate in *Willh. Hedæ Historia Episcoporum Ultraiect.* p. 127 seq. Hic locus *Gore*



Ab anno  
854 vsque  
877 re-  
gnante  
Hudo-  
uico et

De pago  
Thrente  
in Belgio  
Fœdera-  
to.

nullus esse alius poterit, quam oppidum *Goor* in Transfalsania tria circiter millia-  
ria situm ab oppido Oldensael versus occidentem.

Huic pago *Twente* contiguus erat *pagus Thrente*. Multae villae huius pagi in diplomatibus et chartis veterum, plurimae autem in Sarachonis Registro Bonorum et Prouentuum Abbatiae Corbeiensis reperiuntur, quas haec prima vice in lucem emittere volumus, e quibus patebit, eundem *pagum Thrente* quondam in ea Belgii Fœderati parte, quae nuncupatur *die Drente*, existisse. S. Ansgarius noster hunc *pagum* appellat *Thrianta*, quando in Vita S. Willehadi a pag. 656 vsque 659 refert, *Willebadum ex Anglia venisse in Fresiam ad locum Docyncyrcia vocatum in pago Hostracha, ubi iam olim martyrio coronatus D. Bonifacius episcopus, inde vero procedentem transisse fluuium Louecke, et venisse ad locum Humarcha, ibique secundum morem gentilium sortem super eo esse missum, viuere an mori deberet, quia dixisset, insanum et vanum esse, a lapidibus auxilium petere, et a simulacris mutis et surdis subsidii sperare solatium, denique vero inde transentem Willebadum venisse Thrianta, qua in regione eundem verbum domini praedicasse, barbaros autem cum interimere, atque euaginato gladio illi caput abscindere tentasse, eoque corrigiam quidem capse cum sanctis reliquis in collo suspensa praedidisse, collum vero S. Willehadi non vulnerasse.* In Chartulario Werthinensi Tom. I. S. R. B. Leibniti p. 119 hic *pagus* appellatur *Threant*, et eidem tribuitur villa *Arlo*, quae probabilissime est vicus *Amen* in Drentia tria circiter millia-ria situs ab vrbe Groninga versus meridiem. *Heinricus* rex interdicir anno 1006, vt nullus comitum aliorumue quorumcunque hominum in *pagu Thrente* nuncupato et in comitatu *Baldrici*, ceruos, vrsos et apros insuper et bestias, quae teutonice *Elo* et *Seclo* appellantur, absque *Anfrido Traiectensis* ecclesiae antistitis permisso venari praesumat, teste diplomate in Willh. Hedae Histor. Episc. Ultrai. p. 101. Idem imperator *Heinricus* anno 1024 interuentu coniugis suae *Canigunda*, et *Adelboldi Traiectensis* ecclesiae episcopi, ac *Haymonis Verdunensis* episcopi, et fidelis comitis sui *Bertolphi* dedit ac concessit ecclesiae *Traiectensi* comitatum de *Thrente*, vt videre est e diplomate l. c. reperiundo p. 112 seq. Rex *Heinricus III* anno 1046 interuentu coniugis suae *Agnetae* reginae *Bernoldo Traiectensi* ecclesiae praefuli comitatum, qui post obitum *Goselini ducis* suae ditioni in *Trente* visus est subiacere, perpetualiter habendum tradidit, vt patet e diplomate apud eundem Hedam l. c. p. 124 seq. Idem *Heinricus* rex iam anno 1040 pro patris sui *Conradi* imperatoris anima *Bernoldo Traiectensi* ecclesiae episcopo donauerat praedia in *Upbelte*, *Wittbelte* et *Pitheloi*, quae *Ulffo* et frater eius in *comitatu Treme* tenuerant, itemque praedia *Lintberunge* et *Euen*, quae *Ulffo* et frater eius in *comitatu Radolphi* possederant, et quicquid de eorum praedio erat inter *Emese* et *Laueke*, testantibus diplomatibus apud Hedam l. c. p. 120 seq. Tandem eodem anno *Heinricus* ecclesiae *Traiectensi* pro remedio animae patris sui *Conradi* imperatoris, cuius ventris interiora in eadem sepeliuerat ecclesia, tale praedium, quale visus fuit tenere in villa *Groninga* nuncupata in *comitatu Thrente* situm, libera manu donando concessit, teste diplomate l. c. p. 121 seq. Inter has villas

1) *Upbelte* est *Uffelte* in Drentia, quatuor circiter millia-ria ab vrbe Coevorden versus orientem sita.

2) *Wittbelte* erit *Witholte* iter duarum horarum obuia a loco *Uffelte* versus aquilonem.

3) *Pitheloi* habemus pro *Pitteloo*, itidem in Drentia reperiunda duo millia-ria et quod excurrit ab vrbe Groninga versus meridiem.

4) *Lintberunge* erit probabilissime *Lieveren* locus situs duo millia-ria a *Pitteloo* versus septentrionem.

5) *Euen* videtur fuisse locus *Amen* non procul existens a villa *Assen*, de qua infra dicemus plura.

6) *Groninga* absque dubio erit vrbs celebratissima *Groningen*, quae quidem hodie ad Drentiam non spectat, olim autem, vt e diplomate supra citato patet, ad *pagum Thrente* relata fuit. Hisce villis ex Abbatis nostri Sarachonis Registro Bonorum et prouentuum abbatiae Corbeiensis addimus sequentes, et quidem

7) *Me-*



7) *Meppin* villam, quam probe discernas velim ab abbacia *Meppia*, quæ olim sita erat in pago Agrotungun ad Emifam flumen, hodie in episcopatu Monasteriensis. *Meppin in pago Thrente* erit oppidum *Meppel* in Drentia quinque milliaria ab vrbe Coevorden versus occidentem situm.

gubernante Corbeiam Adalgario.

- 8) *Havun* est *Haren* locus reperiendus non procul ab vrbe Groninga.
- 9) *Vollun* videtur fuisse locus *Valter* in Drentia haud procul a fortalio dicto Valterfehans disiunctus.
- 10) *Rocun* villam habemus pro loco *Roon* sito vnum milliare ab vrbe Groninga in Drentia.
- 11) *Burtunum* esse poterit *Bunne* locus duo circiter milliaria reperiendus ab eadem vrbe Groninga versus meridiem.
- 12) *Deringon* nobis videtur fuisse locus *Dieveren* situs non procul a Witholte, cuius iam supra mentionem inieimus.
- 13) *Hulefdon* esse videtur *Hauelte* locus obuius ab oppido Meppel vnum milliare versus aquilonem.
- 14) *Birfun* fortassis est *Beyne*, itidem in Drentia existens quatuor milliaria ab vrbe Coevorden versus septentrionem.
- 15) *Hwinni* poterit esse, abiecta littera H, *Weende* in Westerswaldia situs locus, vel *Witten* in Drentia reperiendus non procul ab Assen vico.
- 16) *Afnun* habemus pro *Assen* existente in Drentia tria milliaria ab vrbe Groninga versus meridiem.
- 17) *Hallitbe* nobis videtur fuisse locus *Halen*, versus meridiem situs vnum milliare ab Assen vico.
- 18) *Wachendorpe*, si non est locus Wenneperveen aequali fere itinere inter Vollenhove ad mare dictum de Zuyderzee, et Meppel situs, nobis est incognita.
- 19) *Wesderewalde* est procul dubio locus *Westeruelde* in Drentia, ad tria milliaria reperiendus ab vrbe Groninga.
- 20) *Lodon* erit Loo non procul ab Assen vico.
- 21) *Burgiri* hodie appellatur *Borger*, vnum circiter milliare conspicua a fortalio Valterfehans.
- 22) *Anlidun* est villa *Anlo* tria milliaria obuia ab vrbe Groninga versus meridiem.
- 23) *Gallinbusen* villa adhuc latet in obscuro. Licet enim in Drentia reperiantur loca Gocfinge, Gyffelte, Kochingen, Gees, Grollo, Gasselte, Gieten, Gafteren et Glimme, vti didicimus e litteris docti amici ex hibernis Drentianis annis superioribus ad nos datis, nihil tamen definimus. Doctos dominos Groningenses, vt nos certiora doceant, hec publice rogamus, qui etiam
- 24) et 25) situm villarum *Fimmun* et *Burgun* inuestigare poterunt, si antiquæ Geographiæ patriæ suæ sunt studiosi atque amantes.
- 26) *Fersne* probabilissime est *Vries* locus, reperiendus duo milliaria Groninga versus meridiem.
- 27) *Dalamun* erit vicus *Dalen* non procul ab vrbe Coevorden existens.
- 28) *Mundesvide*. Hæc villa nobis quoque incognita est. Mundendam locus situs inter Groningam et Winschooten ad pagum Thrente spectasse non videtur.
- 29) *Afderingen* habemus pro *Aldringa* ad vnum milliare sita ab oppido Wendischoten versus meridiem.
- 30) *Embini* erit *Emmen*, vnum milliare et quod excurrit sita ab vrbe Coevorden versus Aquilonem.
- 31) *Helderi* habemus pro *Helpen* ne vno quidem lapide disiuncta ab vrbe Groninga versus meridiem.



Ab anno  
854 vsque  
877 re-  
gnante  
Hludo-  
uico et

- 32) *Derfmen* villæ situs nobis non est cognitus.
- 33) *Bryffina* villa in eodem pago *Thrente* nobis esse videtur locus *Peysse*, ad vnum milliare situs ab vrbe sæpe dicta Groninga.
- 34) *Redun* est *Ree* illis obuia, qui Groninga proficiscuntur Assam. Sita est hæc villa inter loca *Vries* et *Pitteloo*.
- 35) *Dorbun* habemus pro villa *Drouwen*, inter *Gasselte*, *Buyme*, *Borger* et *Bonne* conspicua.
- 36) *Alodun* esse poterit *Eelde*, vnum milliare et quod excurrit reperiunda ab vrbe Groninga versus meridiem.
- 37) *Dude* fuisse videtur *Donderen* duo circiter milliaria distans versus meridiem ab vrbe Groninga.
- 38) *Widropla* esse poterit *Westrup* ab vrbe *Coevorden* sita tria circiter milliaria versus Aquilonem.
- 39) *Roggun* fortassis est *Robaen* vnum milliare distans Groninga.
- 40) *Dynmun* nobis videtur esse *Dunninge*, ad vnum milliare reperiunda ab oppido *Meppel* versus orientem.
- 41) *Walinoon* habemus pro *Pater - Wolde* vnum milliare sita ab vrbe Groninga versus meridiem.
- 42) *Gezzi*, est *Gees*, locus vnum milliare existens ab vrbe *Coevorden* versus occidentem, et
- 43) *Anrepe* erit *Anrepe* villa, non procul reperiunda a loco *Assen*. In omnibus his villis quondam possedit abbatia nostra Corbeiensis multos homines proprios, de quorum fatiis plura dicturi sumus in Clientela Corbeiensis.

De pago  
Ilois in  
Belgio  
fœdera-  
to.

Hactenus locuti sumus de villis, ad pagos *Twente* et *Thrente* spectantibus. Reuertimur ad pagum *Ilois*, dictis pagis conterminum. Pleraque autem de hoc pago dicenda iam prælibauit illustris Chronici Gottwicensis auctor, qui eundem pagum *Ilois* in *superiorem* atque *inferiorem* diuisit, atque asseruit, illum ad dextram *Isalæ* seu *Fleui* ripam vsque ad eius diuortium in locum *Zuyder-Zee*, qui etiam hodie *Sallandia* dicitur, hunc autem inter dextrum *Isalæ* litus et fluiuium *Fleuum*, a mari australi siue *Zuyder-Zee*, vsque ad vtriusque fluiuii ostium, ac inter *Stauriam* et *Enchusam*, siue inter pagos *Texla* et *Westracha* fuisse sitos. Ad *superiorem* pagi *Ilois* tractum retulit auctor citatus villas *Witmundi*, *Renberi* et *Okinni*.

1) *Witmundi* est viro illustri *Witmund* prope *Zutphen*. Quia autem ibi erat pagus *Hameland*, vti supra demonstraui, malumus intelligere locum *Wytman* ne vno quidem milliari situm ab vrbe *Zwol* versus orientem.

2) *Renberi* nobis fuisse videtur *Raen* locus in *Sallandia* situs.

3) *Okinni*, reperiunda *Tom. I. Script. R. Brunsvic. Leibniti* p. 102, etiam *l. c. p. 116.* appellata *Ocani*, est reuerendissimo domino auctori citato *Ockenbroeck* inter *Ryssen* et *Daventriam*, quem locum in *Tabula nostra Geographica* retinuimus. Fortassis autem in censum venit *Auckum* villa in *Sallandia*, sita vnum milliare et dimidium ab vrbe *Zwol* versus orientem. Addimus hæc e *Sarachonis* nostri *Registro Bon. et Prouent. Abbatie Corbeiensis villas*

4) *Aschendorphe* et

5) *Wesderevalde*, ad pagum *Ilois* relatus. *Wesderevalde* villa probe discernenda est a *Wesderevalde* ad pagum *Thrente* spectante. *Wesderevalde* in pago *Ilois* est locus *Westeruelte* non procul ab vrbe *Zwol* reperiendus, in quo homines quidam proprii olim spectarunt ad ecclesiam Corbeiensis. *Aschendorphe* est *Assendorp* locus haud procul ab eadem vrbe *Zwol* existens. Eandem autem villam probe discernas velim ab *Aschendorphe* siue ab *Askintborpe* villa, quam in his Traditionibus infra §. 474 ad pagum *Generalem Emisgo*, et ad pagum *specialem Laingo* spectasse, deprehendimus. Hæc procul dubio est locus *Aschendorp* in *Emslandia* ad fluiuium *Emisam* in *Monasteriensi* episcopatu situs. De *Aschendorpio* in *Emslandia* sito eruditissime egit summe reuerendus ac doctissimus dominus *Iodocus Hermannus Nunning* in *Monumentorum Monasteriensium Decuria*

ria



ria Prima pag. 94. seqq. cuius egregii libri continuationem summopere exoptamus. Pace autem præstantissimi viri querimus, an non probabilius nomen villæ *Afkinthorpe* deriuandum sit a quodam Afikone seu Afich, quam ab Aefga siue Aegfe nomine, quod lingua Frisonum veteri iudicem seu iudicium denotat. Querimus præterea, annon oppidum *Meppia*, quod, teste Alfrido, ad parochiam S. Ludgeri non spectabat, sit oppidum *Mepbin*, supra a nobis ad pagum Thrente relatum? Hoc a villa nostra *Afchendorpbe*, ad pagum *Isloi* spectante, sex fere miliaria distat discreta.

gubernante Corbeiam Adalgario.

De locis pagi *Isloi inferioris*, siue comitatu de *Stauero*, seculo XIII ab vndis maris absorpti, e mente Ven. domini auctoris, qui scripsit Chronicon Gottwicense, nullus alius locus memoratur præter *Stauriam* siue *Stauero*, in littore maris sitam, Westergouviæ provinciam adscriptam. Addimus autem ex abbatis nostri Sarachonis Registro B. et P. A. C. villam *Spana*, quæ est vicus *Spangen*, in termino Transsalaranæ quatuor circiter miliaria ab oppido *Staveren* versus orientem disiunctus. Atque ex eo patet, olim totum littus maris Zuyderzee, ab oppido *Staveren* vsque ad vicum *Spangen* decurrens, partem fuisse pagi *Isloi*. Comitatus *Stauero* anno 1077 fuit *Egberti marchionis*, teste diplomate regis Henrici IV in Wilh. Heda *Hist. Ep. Vitrai*. p. 139, cuius interuentu cæsar eundem comitatum, *Egberto* ablatum, tradidit *Conrado*, *Traiectensi* ecclesie episcopo. Idem cæsar eidem *Egberto* Frisiam comitatum, nomine *Oostrogouwe* et *Westrogouwe* inditum, anno 1086 abstulit, et *Traiectensi* ecclesie velut proprium tradidit, teste diplomate eiusdem apud Hedam l. c. p. 140. Heda ibi memorauit, exstare duo alia Henrici IV de eadem donationis materie diplomata, quorum altero imperator comitatum prædictum, *Egberto* ablatum et *Traiectensi* ecclesie datum, eidem marchioni supplicii, veniamque petenti, inuito episcopo *Traiectensi* *Conrado*, iterum restituerit, et postea huic, ad priorem mentem relapso, denuo ademerit, et eum ecclesie prædictæ reddiderit ad annum 1089; altero autem significetur, comitatu *Irlegouwe*, quem tenere consueuerat *Egbertus marchio*, hunc per antea dictum imperatorem fuisse priuatum, ipsumque Comitatum denuo *Traiectensi* episcopo cæsar fuisse donatum anno 1086. Posterius diploma exhibuit Io. Ge. *Eccardus in Historia Geneal. principum Saxonie superioris* p. 307, qui etiam recte monuit, eundem *Egbertum* fuisse *Ebertum*, Brunsvicensem dynastam, Comitem per varios tractus, et Misnia ac Thuringia Marchionem.

Pago inferiori *Isloi* conterminus erat pagus *Waldabi*. Huius pagi *Waldabi* bona quædam ecclesie Fuldensi tradidit quædam Gelfswint, ad villam *Wictulfsinge* furi sita, testibus *Tradit. Fuldens.* l. F. Schannati p. 316. num. 63. An hic pagus *Waldabi* sit idem, qui anno 943 ab Ottone I in diplomate apud Hedam in *Hist. Episc. Vitrai*. p. 83. seq. appellatur pagus *Forestensis*, et in quo erat silua *Fulnabo*, vbi cæsar Baldrico *Traiectensi* episcopo ceruos, vrsos, capreas, apros, bestias insuper, quæ teutonice lingua *elo* et *schelo* appellantur, venari permisit, id in medio relinquimus. Idem pagus erat conspicuus in comitatu *Euerhardi*. In huius *Euerhardi* comitatu situs erat eodem anno 943 præterea pagus *Trente*. Putat eam ob rem Heda loco laudato, pagum *Forestensem* eundem fuisse, qui nominatur *Trente*, quippe in quo, vti supra vidimus, cæsar Henricus II anno 1006 idem venandi ius concessit ecclesie *Traiectensi*. Quemadmodum vero id veritati non repugnat, vnum comitem habuisse comitatum suum in pagis diuersis, eisque contiguis; ita putamus, pagum *Waldabi* in ea Frisiam regione quondam exstitisse, quæ hodie *Seven-Wolden* nominatur. Si pagus *Forestensis* fuit pagus plane diuersus a pagis *Thrente* et *Waldabi*, minutissimum sane eundem fuisse pagum necesse est, fortassis in eo regionis *Seven-Wolden* tractu reperiendum, cui nomen *Stellingwerf* posterius indiderunt. Sed villa *Fenkiga* huic sententiæ non fauet, quippe quæ haud secus ac villa *Hessiga* in Sarachonis nostri Registro B. et P. A. C. ad pagum *Walderen* refertur. Hunc pagum eundem fuisse arbitramur, qui in *Traditionibus Fuldensibus* nominatur *Waldabi*. Villa *Fenkiga* sine vlllo dubio est locus *Finckega*, non procul a fluuio *Linde* in *Seven-Woldia* obuius, et ter duo miliaria ab vrbe *Staveren* versus orientem disiunctus. *Hessiga* videtur esse *Hassche*, locus icidem in *Seven-Woldia* situs duoque miliaria ab oppido *Sloten* distans. to.

De pago Waldabi in Belgio federato. De pago Forestensi.

De pago Walderen in Belgio federato.

Ggg

Wictul-



Ab anno  
854 usque  
877 re-  
gnante  
Hludo-  
uico et  
De pago  
Westrache  
in  
Belgio  
fœdera-  
to.

*Wictulungefurt* autem in loco *Tiallebert*, intra eandem *Seven-Woldiam* visendo, videtur latere.

Missis autem hisce, progredimur ad pagos *Westrache* et *Ostrache*, qui pagis *Waldere*n et *Thrente* fuere contigui. Pagum *Westrache* partem *Fresie* ducatus fuisse, atque in eo villas *Canninge* et *Hunderi* existisse, didicimus ex autographo diplomate cesaris Hludouici ad annum 840, supra inserto. Villa *Canninge* est locus *Kingma* in tractu, *Westergoe* dicto, distans dimidio milliari ab vrbe *Franeker* versus orientem. *Hunderi* esse videtur *Hiddem* locus, ad mare positus, duoque milliaria circiter ab vrbe *Franeker* versus meridiem discretus.

In *Traditionibus Fuldensibus* hic pagus pag. 314 num. 35 adpellatur *Westeriche*. In eo erat villa *Hafalon*. Intra hanc sita comes *gerhart* bona quedam tradidit ecclesie *Fuldensi*. Eadem villa l. c. num. 37 appellatur *Hafalon* et ibidem memoratur pagus *Westerache*, quippe in quibus et in *Huron* bona quedam donarunt ecclesie predictae *Vulpolt*, *Alptag*, et *Folewart* pro fratre *Otgero*. Iisdem *Traditionibus* testibus p. 315 num. 57, *Reginbertus* comes hereditatem suam largitus est ecclesie *Fuldensi*, sitam in *Allen*, item in *Huchingen* et *Heterheim*. Tandem *Egilmarus* quidam eiusque vxor *Goltgart* sita in eisdem pagi *Westrache* villa *Hintinlose* bona quedam tradiderunt eidem ecclesie. Hæc ultima villa probabilissime eadem est, quæ l. c. pag. 313 num. 25 nominatur *Hindoblop ad flumen Mardanga*. Huius nonnihil tradidit quidam *Albrih*. Nomen hoc contractum fuisse videtur ex *Alberico*. Villa *Hafalon* seu *Hafalon* videtur esse vicus *Hieslum*, situs in tractu *Westergoe* inter oppida *Worckum* et *Bollwerdt*. Villam *Huron* fuisse partem pagi *Westrache*, traditiones *Fuldenses* non asserunt. Quodsi autem id ita esset, vellemus designare locum *Arum*, vno circiter milliari situm et distantem ab vrbe *Franeker*. *Huchingen* esse videtur *Hottinga*, æquali fere itinere sita inter oppida *Franeker* et *Bollwerdt*, et *Heterheim*. *Heitinga* vno milliari cum dimidio reperiunda est ab vrbe *Franeker* progrediendo versus orientem. *Hintinlose* videtur esse *Hindelopen* oppidum situm ad mare. Addere autem his villis omnino debemus locum *Fronekeram*, cuius iam ad annum 1085 meminit diploma *Conradi*, *Traiectensis* episcopi, apud *Hedam* in *Hisp. Episc. Ultraiectens.* p. 140. Quamuis enim in hoc diplomate non significetur, eundem locum ad pagum spectasse *Westrache*; nullus tamen dubito, locum *Fronekeram*, omni ex parte villis, ad pagum eundem relatis, cinctum, pagi *Westrache* omnino fuisse partem.

De pago  
Ostrache  
in Belgio  
fœdera-  
to.

Pagus *Ostrache* versus orientem contiguus erat pago *Westrache*. Postulat ergo series regionum, vt de villis, ad pagum *Ostrache* relatis, agamus. In *Actis S. Ludgeri* Tom. I. S. R. Brunsv. Leibnitii p. 86 pagus noster appellatur *Astrache*. In eo et quidem eius loco *Doccinga* S. *Bonifacius*, martyrio coronatus, spiritum reddidit. Designari autem pagum *Ostrache*, patet e verbis l. c. p. 89. Hæc docent, S. *Lutgerum* doctorem ecclesie esse constitutum in pago, cui nomen *Ostrache*, in loco, vbi S. *Bonifacius* martyrio est coronatus. S. *Anfgarius*, noster Monachus et *Hamburgensis* archiepiscopus, in *Vita et Gestis S. Willehadi* cap. 3 p. 656 pagum nostrum ad *Fresiam* refert, eumque appellat *Hoftrache*. Locum, vbi D. *Bonifacius* episcopus martyrio fuit coronatus, nominat *Docyncirca*. Addit p. 656 idem, S. *Willebadum*, relicto pago *Hoftrache*, transisse fluvium *Louecke*, et venisse ad locum, dictum *Humarcha*. Villa *Doccinga* seu *Docyncirca* est sine dubio vlllo vrbs *Doccum*, sita in eo *Frisiæ* tractu, quem hodie nominant *Oostergoe*. In eadem regione pagum nostrum *Ostrache* existisse, nemo facile dubitat. Eandem regionem determinat a tractu, dicto *Groninga*, fluvius *Lauwers*, quem *Loueke* flumen fuisse, est in aprico positum.

Hisce præmissis addendæ sunt villæ, quæ in veterum chartis ac documentis pago nostro tribuuntur. In *Traditionibus Fuldensibus* I. F. Schannati p. 313 num. 19 pagus noster vocatur *Ostre*. In hoc sitam fuisse villam *Baltremodorf*, ibi indicatur. *Volbraht* et filius *Ispram* donarunt eius villæ bona quedam ecclesie *Fuldensi*. Eadem pagina num. 26 pagus noster appellatur *Osterriche*. Tradidit enim quidam *Reginhart* (cuius nomen in familia *Widikin* dea est vltimissimum)



mum) eidem ecclesie bona quaedam, posita in pagi *Osterriche* villis *Collebeim*, *Tunnsfurt*, *Wacheringe*, *Feterworde*, *Amblum*, item in pago *Osterriche* in *Merwid*, *Ringesbeim* et *Echmari*. Testibus eisdem p. 314 num. 40 bona quaedam tradiderunt pagi *Ostrabe*, sita ad villam *Mercheim*, eidem ecclesie Engelramus, Rabenic et Diotwar. Porro p. 315 num. 45 dedit eidem ecclesie Rudolfus quidam bona quaedam, sita ad *Walbeim* villam pagi *Ostrabe*, quibus bonis l. c. num. 50 Bubo quidam sitam in pago *Ostrabe* in *marcha Runwerde* addidit quinque boum terram, quam illi tradiderat *Helmwint* in hereditatem. Non minus pag. eadem num. 55 Sigerep ecclesie Fuldenfi bona quaedam largitus est, sita in pago *Ostrabe* in *Werba*. Tandem tradidit teste p. 316. num. 68 Reginmunt bona quaedam eidem ecclesie, sita in pago *Ostrabe* eiusque locis *Sibinwerde*, *Bintheim*, *Fratruwerde*, in *insula Ambla*, et *Tonawerde* et peraque in *Longon-mor*. Extricabimus obsecritatem, quae his locis inest, paullo curatius.

1) *Baltremodorf* est *Bieremerterp*, locus, qui vix iter vnus horae ab oppido *Doocum* abest.

2) *Collebeim* dudum nuncupatur *Collum*. Locus hic itinere duarum horarum versus orientem ab oppido iam indicato distat.

3) *Tunnsfurt* videtur esse vna eademque villa atque *Tonawerde*. Haec est *Tonnawert*, vno circiter milliari ab vrbe *Doocum* versus aquilonem remota.

4) *Wacheringe* esse videtur *Warrege*, locus, qui visitur ad lacum dictum *dat Hempter meer*, ab vrbe *Lecuwerden* vix iter vnus horae versus meridiem disiunctus.

5) *Feterworde* et *Fatruwerde* vna videtur esse villa. Habemus eam pro vico *Ferwert*, non procul a mari firo, versus occidentem et oppidum *Doocum* spectans.

6) *Amblum* et *Ambla* est *insula*, *Ameland* vulgo dicta.

7) *Merwid* videtur esse *Medum*, villa iter vnus horae distans ab vrbe *Leuardio* versus septentrionem, vel *Marwerd*, locus ab eadem vrbe vno milliari versus meridiem recedens, vel *Metzela*, haud procul a *Bieremerterp* obuia.

8) *Ringesbeim*, nobis videtur fuisse *Rienkama*, locus non procul a villa *Tonnawert* conspicuus.

9) *Echmari* haberi possit pro loco *Aeckmarip*, sito quidem intra tractum, *Seven-wolden* dictum, vix autem tria milliaria distat ab vrbe *Leuardio* versus meridiem; quanquam et cum eo in arenam prodire nolumus, qui perhibebit, designari locum *Egum*, vno milliari ab vrbe modo dicta meridiem versus remotum.

10) *Mercheim* est *Merrum*, vix iter vnus horae a loco *Ferwert*, iam supra dicto, meridiem versus distans.

11) *Waltheim* later in *Olt-wolde*, loco, qui, non procul a vico *Collum* situs, nomen *Old-wolde* nactus fuit, vt ipse distingueretur ab aliis, in ea regione obuiis, locis, scilicet ab *Ackerwolde*, *Murmerwolde*, *Wolterswolde*, *Dantumawolde*, *Veenwolde*, et aliis locis.

12) *Marca Runwerde* procul dubio existit in eo *Oostergoe* tractu, qui vique in hodiernum diem a loco *Rauwert* dicitur *Rauwerderbem*, et terminus pagorum *Westrache* atque *Ostrache* videtur fuisse.

13) *Werba* erit vel *Wiarda* vel *Wirдум*, duo loca, non procul ab vrbe *Lecuwerden* versus meridiem disiuncta.

14) *Sibinwerde* villa est. Habemus eam pro loco *Stoerda*, inter *Doocum* et *Lecuwerden* vrbes obuia.

15) *Longonmor* *Longemeer* locus, situs est inter duo maria, quorum alterum dicitur *Iempensermeer*, alterum *Bergumermeer*. His villis addendae sunt ex abbatis nostri *Sarachonis* Registro *Bon.* et *Prov.* abbatiae *Corbeiensis* aliae nonnullae. En eas:

16) *Pharanwodun*,

Ggg 2

17) *Sta-*



Ab anno  
854 usque  
877 re-  
gnante  
Hludo-  
uico et

- 17) *Stadun*,  
18) *Burcundun*, et  
19) *Hany* in pago Ostrache.

*Hany* nobis videtur fuisse *Hania*, vnum milliare distans ab oppido Doccum versus occidentem. *Burcundun* est *Burum*, locus non procul a flumine Lovecke siue Lauwers reperiendus. *Stadun* est vel *Stania*, iter vnus horæ distans ab Harica villa versus meridiem, vel *Stania*, obuia non procul a villa Siverda, iam supra dicta, versus Aquilonem. Denique locum *Pharanrodun* habemus pro *Pasfemboda*, non procul ab vrbe Leeuwerden versus septentrionem recedente.

De pago  
Fedirga  
in Belgio  
federa-  
to.

Hicse omisiss, progredimur ad pagos cis fluium Lauwers sitos, qui ex nostra sententia fuerunt pagi *Fedirga*, *Hugmerchi*, *Hunuga*, *Fivilga*, *Leomerike* et *Tyelle*. Ad Friesland hos pagos fuisse relatos, e veterum documentis est perspicuum. De pago *Tyelle* testantur id Traditiones Fuldenses. De quatuor prioribus lectorem docuit id ipsum Altfrius monasteriensis episcopus, qui in *Actis S. Ludgeri* T. I. S. R. B. Leibn. p. 90 ita tradidit: *constituit gloriosus princeps Karolus Ludgerum doctorem in gente Fresonum ab orientali parte fluminis Labeki super pagos quinque, quorum hæc sunt vocabula, Hugmerchi, Hunuga, Fivilga, Fedirga et vnam insulam, que dicitur Bant.* Ad ea verba Leibniti in not. (S) annotauit, hos pagos in Antwerpiensium eorumque Benedictinorum editione Vitæ S. Ludgeri vocari *Hugmerthi*, *Hunulga*, *Fivilga*, *Emilga*, et *Fedirilga*. De hac locorum differentia tute iudicabis e pronuntiatis sequentibus. Id iam significamus, in verbis adductis fluium *Labeki* sine vilo dubio eundem esse, quem S. Ansgarius noster in verbis supra productis appellauerat *Loveke*, hodie dictum *Lauwers*. Inde porro conclusimus, Ansgarium per *Humarcham* indicasse pagum *Hugmerchi*. Nemo itaque dubitabit, eosdem quatuor pagos, qui in orientali parte fluminis *Loveke* siti erant, existisse cis fluium Lauwers, et quidem in eo Frisæ tractu, quem hodie Groningæ et Omlandæ dynastiam appellant.

Pagum autem *Fedirga* in ea illius dynastiæ parte fuisse putamus, quam hodie dicunt *das Wester-Quartir*. Id enim comprobant villæ, quas enumerabimus.

1) *Dorpun* in Sarachonis Registro Bonorum et Proutentium Abbatæ Corbeiensis tribuitur pago *Fedirga*. Hæc procul dubio est locus *Dorp*, in orientali parte fluminis Lauwers situs. In *Traditionibus Fuldensibus* I. F. Schannati p. 312 num. 3 traditur Goto quidam ecclesiæ Fuldensi bona quædam in pago *Fetergowi* in *marca Nordwalde* in villa *Ceinlete* tradidisse. Ibidem num. 14 dedit quædam Alberici frater Rudine, cuius dominus et domina erant Helgricus et Agnes in pago *Federatgewe* in villis *Frisgana* et *Donobusen*. Secundum eandem Traditiones tradidit p. 315 num. 56 Wipuld sitam in pago *Federatgewe* ad villam *Awinge* hereditatem suam. Porro p. 316 num. 63 largitus esse dicitur Igolt bona quædam, in pago *Federatgewe* intra *marcam Nortwaldo* ad villam *Gelete* sita. Ad hæc, eadem pagina teste, tradidit ecclesiæ supra dictæ bona sua Wilo, intra pagum *Federatgewe* in villis *Frisgana* et *Donobusen* posita.

2) *Marca Nordwalde* idem retinet adhuc nomen.

3) villa *Geinlete* alibi vocatur *Gelete*. *Nordwalda* marca verisimillime existit ea in regione, vbi *Nordwolde* locus reperitur, vix iter vnus horæ distans ab vrbe Groninga versus aquilonem. Eadem regio videtur fuisse marca seu terminus pagorum *Fedirga* et *Tbrente*. Vidimus enim supra, ipsam urbem Groningam ad pagum *Tbrente* esse relatam. *Gelete* est fortasse locus *Clant*, vnum circiter milliare Groninga versus occidentem remotus.

4) *Frisganam* villam habemus pro loco *Fransum*, qui non procul a vico *Clant* seu *Glant* abest.

5) *Donebusen* seu *Duonbusen* latere videtur in loco *Oude-Alinge* seu *Adinge* busen, vnum milliare et dimidium ab vrbe Groninga versus septentrionem disiuncto.

6) *Awinge* videtur esse *Auma* locus, duo milliaria recedens ab vrbe modo dicta versus occidentem. His villis adnumerandæ videntur villæ *Helewirt*, *Werthen*



*then* et *Wiscuirt*, quarum mentionem iniecit Alfridus, monasteriensis episcopus, in Actis S. Ludgeri p. 91. In Fresia eas existisse, idem Alfridus refert. Videntur illæ pars fuisse illorum *quinque pagellorum in Fresia, quos, eadem pagina teste, Ludgerus ad agnitionem veræ et indiuiduæ Trinitatis de gentilitate perduxit.* *Wiscuirt* esse videtur locus *Virvliet*, ad fluuium Lauwers reperiendus. *Werthen* villa est vna ex illis, quæ non procul absunt a vico *Visvliet*, et nominantur *Wester-waert, Middel-waert* et *Oosterwaert.* *Helewirt* latere videtur vel in *Fertwert* vel in *Berwert* vel in *Oxwert*, vel in *Schwert*, vel in *Kenwert.* Hæc omnes villæ in tractu, *Wester-quartir* dicto, reperiuntur nostra adhuc ætate.

Pago Fedirga contiguus erat *pagus Hunusga.* Probabilissime hic idem putandus est pagus, qui in *Tradit. Fuldens.* ad *Fresham* refertur, et pag. 315 num. 46 *Hunusga* appellatur, quippe in quo et quidem in villis *Mitilistenheim* et *Hustinga* sita quidam *Ditmarus* bona quædam tradidit ecclesiæ *Fuldensi.* *Mitilistenheim* est *Middelstum*, locus ab vrbe *Groninga* duo circiter milliaria distans versus aquilonem. *Hustinga* est *Huisinghe* locus, ne vno quidem lapide distans a loco *Middelstum* versus orientem.

Regio, vbi quondam *pagus Fivilga* erat, vsque in hodiernum diem nomen antiquum retinet. Nominatur enim *Fivelingoo.* In *Abbatis Sarachonis Registro B. et P. Abbatie Corbeiensis* ad *pagum Fivilga* hæc villæ referuntur, quas adiicio.

- 1) *Ostwerdi*
- 2) *Baccamun,*
- 3) *Lasdorpe* et
- 4) *Wabtnun.*

*Ostwerdi* est *Oosterwierum* locus, non procul a sinu *Dollert* situs. *Baccamun* habemus pro vico *Baukens*, haud procul ab loco *Oosterwierum* posito. *Lasdorpe* videtur esse *Lofdorp* villa vno circiter milliari remota ab oppido *Delfzyl* versus occidentem. *Wabtnun* est villa *Watum*, ne iter vnus horæ quidem a vico *Lofdorp* distans. Teste diplomate *Heinrici IV* ad annum 1057, quod I. C. *Lunig* exhibet in *Reichs-Archiv Spicil. Eccles. P. I. im Anhang* p. 83 seq. acquisiuit *Adelbertus*, archiepiscopus *Bremensis*, *comitiam in Fivelgoe*, et dedit ei licentiam rex constituendi duos mercatus, alterum in *Winzebum*, et alterum in *Gerleviswert.* Hæc villa procul dubio est *Garrelweer*; illa autem videtur esse vel *Wirtdum* vel *Woreken.* Vterque locus non procul a vico *Garrelweer* conspicuus est.

*Pagus* ergo *Hugmerchi* in aliis *dynastiæ Groningensis* atque *Omlandensis* tractu non fuit, nisi in eo, qui *Hunfingoo* dicitur. In hoc minor est tractus quidam, qui appellatur *de Marren*, qui a *pagus Hugmerchi* nomen videtur retinuisse. Nul- lum quidem alium locum, *pagus Hugmerchi* inferendum, hæctenus in diplomati- bus inuenimus, præter villam *Raginni.* Hanc *Saracho* in suo *Registro B. et P. Abbatie Corbeiensis* eidem *pagus* tribuit. Ea nobis fuisse videtur locus *Ranum*, in tractu *Hunfingoo* obuius. Eapropter credimus, fore, vt nemo reiiciat senten- tiam nostram. Si enim quis nobis obicere vellet, *pagus Hugmerchi* ponendum esse circa finem *Dollartium*, tunc respondemus, *pagos Tyelle* ac *Leomerike* eo in tractu fuisse. Et de hisce pagis adhuc quædam restant dicenda.

Ad *pagum Leomerike* spectarunt anno 838 villæ *Thuina*, *Alatinge* et *Westrebesi*, teste *Wilhelmo Heda* in *Histor. Episc. Ultraj.* p. 51. *Thuina*, siue *Twine*, vti in *MS. 10* legitur, teste *Bachelio* l. c. p. 52, verisimillime est locus *Dune*, hodie dictus *Dune-Brouck*, situs ab oppido *Winschoten* iter duarum horarum versus orientem. *Alatinge* dicitur nunc *Addinga*, vnum milliare distans ab oppido prædicto versus meridiem. *Westrebesi* nobis videtur esse *Westerlee*, ne vno qui- dem lapide distans ab oppido *Winschoten* versus occidentem.

Denique nobis esse probabilissimum videtur, *Fresia pagum Tyelle* fuisse eundem, quem *Traditiones Fuldenses* I. F. *Schannati* p. 315 appellant *pagum Tyesle.* Ad *pagum Tyelle* in *Tyesle* referuntur l. c. num. 51 villæ *Langenmose*, *Witmundheim*, *Kinloren*, *Bretenheim*, *Tyeslemore* et *Lantobi.* *Pagus Tyelle* l. c. num. 53 tribuuntur villæ *Lantboy*, *Lang-*



Ab anno  
854 usque  
877 re-  
gnante  
Hludo-  
uico et

*genmore, sive Osmore, Bretenmor, Witamuntbeim, Tyeslemore, Kintlofen et Gankchala.* Hunc pagum existisse quondam circa sinum Dollartium, probabilissimum est pronuntiatum. Hic sinus *Dollart* olim terra erat, multis villis culta, quam anno 1277 funestissima diluuius in sinus illius voraginem commutauit. Hodie sinus *Dollart* dirimit dynastiam Groningæ et Frisiam orientalem. A pago nostro *Tyelle* probabilissime nomina accepere vicus *Dyle* et propugnaculum *Dylereschantz.* Ab his locis non procul abest locus *Stapelmoer*, qui nobis villa *Tyeslemore* videtur fuisse. *Bretenmoer* hodie appellatur *Breinermoer*, villa, quam a propugnaculo *Dylereschantz* iter vnus horæ et quadrantis horæ abesse, referunt. *Langenmore sive Osmore* videtur esse *Uttemoer*, locus in Frisia orientali situs intra præfecturam *Leere.* *Bretenbeim* videtur esse *Beerte* vel *Beerter Hamrick.* Hæc villæ, sitæ non procul a propugnaculo *Winschoten* intra dynastiam Groningæ atque eius magnam veterem præfecturam, dictam *het groote olde Ampt.* *Kintlofen* videtur esse *Kleibufen*, locus reperiendus ad *Emisam* fluuium. Villa *Kinloren* videtur fuisse sita non procul a mari, dicto *Suit laerder meer*, qua in regione etiam adhuc reperiuntur villæ *Nordlaren*, *Midlaren* et *Suidlaren.* Villa *Gankchala* videtur esse *Gockinga*, locus conspicuus in *Groeningensi* dynastia intra magnam veterem præfecturam, iam supra dictam. Cum præterea quondam in ea regione, in qua hodie sinus *Dollartius* conspicitur, extiterint villæ *Leide*, *Willgum*, *Wynemoer*, et *Wincham*, probabilissimum nobis videtur, villam *Leide* olim appellatam esse *Lantboy*, atque vnâ e posterioribus, *Witmuntbeim*, nisi perhibere velis, villam *Witmuntbeim* esse propugnaculum *Winschoten*, cuius iam supra mentionem iniicimus.

Villæ ad  
Frisiam  
olim re-  
late.

Hactenus diximus de villis, quæ ad *Frisiæ* pagos perspicuis verbis relatæ sunt. Addendæ porro sunt et villæ, quas quidem *Frisiæ* partem fuisse dicunt. At eidem, quoniam in pago eadem sitæ fuerint, non referunt. Plane de his villis tacere nos potuissè, fatemur. Ne autem quid omisisse videamur, nonnihil ex illis maluimus decerpere, quam tacere prorsus. Ea autem tantum modo adferre possumus, quæ maximam partem nituntur coniecturis vtunque probabilibus. Ea igitur, qua gaudeo libertate, alii quoque velim gaudeant, qui aliter de hisce sentiunt.

In *Traditionibus Fuldensibus* I. F. Schannati p. 312 seqq. ad *Frisiam* referuntur villæ sequentes. En illas:

Adinga  
mora.

1) *Adingamora* esse videtur campus circa locum *Addingen* in *Græningæ* dynastia situs. Traditoris nomen erat *Geybrant.*

Antlida.

2) *Antlida* probabiliter est *Andiel* in eadem dynastia. Traditor erat *Deodredus comes.*

Austmo-  
ra.

3) *Austmora* videtur esse *Osmore*, supra relatæ ad pagum *Tyelle.* Traditor est idem, qui bona ecclesiæ *Fuldensi* dedit in *Adingamora.*

Boge-  
heim.

4) *Bogeheim* esse videtur *Bockum* in *Geldria.* Tradidit sita ad hanc villam bona *Burgolf* eiusque pater *Antulf.*

Bunt-  
heim.

5) In *Buntbeim* obuia tradidit quædam *Sigitac.* Hæc villa videtur esse vel *Bente*, vel *Bunne* in *Drentia* sita, vel *Bentheim* locus, a quo comites de *Bentheim* nomen accepere.

Catwurt.

6) In *Catwurt* tradidit bona *Altfrit* pro patre suo *Ratgerio.* *Catwurt* videtur esse vel *Cotnwert* in *Westfrisia*, vel *Kenwert* in dynastia *Græningæ*, vel *Korwurt* in *Kenemaria.*

Citinge-  
moueldo.

7) *Citingemoueldo* fortassis est locus *Kinbell*, obuius in *Drentia.* Traditores erant *Frigart* eiusque filie *Friduwic* et *Fribure* eiusque filius *Rudolf.*

Colle-  
heim.

8) *Colleheim.* Eiusdem nominis villa erat in pago *Ostrache.* In hac tradebat bona sua *Reginhart*, ac *Wolfgartis*, fortassis *Reginharti* filia. Nisi hæc placeant, villa *Colleheim* quærenda est vel in *Colham* intra *Westfrisiam*, vel in *Col-*



- Coldam, vel in Coldinga intra Frisiam Orientalem, vel in Coldeveen intra Drentiam. gubernante Corbeiam Adalgario.
- 9) In *Creslinge* sita tradidit bona idem *Deodredus comes*, qui bona tradidit. Creslinge.  
rat, intra Antlidam sita.
- 10) *Eintides* esse possit Enzedel, vel Efens in Frisia Orientali sita, vel Ef. Eintides.  
sen, vel Eede in Geldria. Traditor erat eadem Wolfgartis, quæ bona dedit in  
Colleheim.
- 11) *Fardinheim* fortasse est Feringa in Grœningæ dynastia. Traditores Fardinheim.  
erant Esacha, filia Aronis, et Hera, filia Habonis.
- 12) *Finfluze* poterit esse Flunix in Frisia Orientali. Traditoris nomen Finfluze.  
erat Folcrih.
- 13) *Federsfort* est fortasse villa Fetervorde, quam supra deprehendimus in Feder-  
pago Ostrache obuam. Designari intelligimus locum Ferwert. Traditor erat fort.  
Ebbrih.
- 14) In *Gaddingenheim* bona dedit Liutbrant, et in Gaddingenheim.
- 15) *Gandingen* Erlof, eiusque coniux Vdalwich. Fortassis vna villa est Gandingen.  
Ganderingen in comitatu Zutphaniæ, atque altera Ganderingen ad flumen Mogen-  
sam, vel Gestingen itidem sita ad fluuium eundem.
- 16) In *insula Ganc* tradiderunt ecclesiæ Fuldenfi bona quædam Hera, fi- Ganc in-  
lia Habonis, Burgolf eiusque pater Antulf, atque Esacha, filia Aronis. An in-  
sula. sula.  
relligitur insula Grind, inter insulas Fliclandt, et Schellinch, et Westergoe  
sita?
- 17) Dedit eidem ecclesiæ bona Tetra quædam in *Getolfeim*. Gerolfeim.
- 18) *Gruosa* esse poterit Groetra in Westfrisia, vel Groyfen, ad Rhenum Gruosa.  
sita non procul ab oppido Heufden.
- 19) *Hera* fortassis est Heres intra Grœningæ dynastiam. Hera.
- 20) *Heimes* esse poterit Hinnema in Westfrisia, vel Heinsbrock in Kene- Heimes.  
maria, vel Hemen in Geldria. Traditor est eadem Wolfgartis, quæ bona tra-  
didit, ad Colleheim sita, et Eintides.
- 21) *Hef* fortassis est Helens in Westfrisia, vel Hees in Geldria, vel Hees Hefi.  
non procul distans ab vrbe Noviomago, vel Hefel in Frisia orientali. Elige, cui  
dicas, tu mihi sola places.
- 22) *Horgana* videtur esse Hoorn haud procul ab Addinga villa, vel Hoorn Horgana.  
non procul ab vrbe Groninga, vel Harinma intra Westfrisiam, vel Heringa in-  
tra Twentiam. Traditor est Burgolf filius Antulfi, iam supra nominatus.
- 23) *Hura* esse videtur Horn, vel Horn in Frisia orientali. Hura erat po- Hura.  
sita olim in comitatu Wiccingi, et traditoris nomen Folcrihi, iam supra dicti.
- 24) *Kinheim* villam habere quis possit pro loco Kins in Kennemaria, vel Kinheim.  
pro Keen in Geldria. Traditor dicitur Folcrih.
- 25) *Leimspiblege* esse videtur Lemseele in Zutphania. Traditoris nomen Leimspiblege.  
est Hangil.
- 26) In *Leonesbab* tradidit bona Folclint. In *Lionespach* et *Leonespab* tra- Leones-  
diderunt bona Burgolf eiusque pater Antulf, item in *Leonpich* tradidit bona bab.  
Folclint. Fortassis tantum subsunt duæ villæ, quarum altera est Lovenich in  
Geldria, atque altera Loopich, non procul ab vrbe Montfort posita.
- 27) *Lintaworde* fuisse videtur vel Lichtaerd vel Langwert in Westfrisia, vel Lintaworde.  
Lintfort aut Linderte in Geldria.
- 28) *Mardanga* fluuius, non procul ab Hindalop hodie dicitur Morra. Tra- Mardanga fl.  
ditor erat Albrih.
- 29) Tradidit iuxta *Marescleop* flumen terram ecclesiæ Fuldenfi Gerwic. Mare-  
Locus *scleop fl.*



Ab anno  
814 vsq[ue]  
877 re-  
gnante  
Hludo-  
uico et  
Mere-  
heim.

Locus Marfchlacht situs est in Groningæ dynastia. Fortassis in eadem reperietur fluuius Marefclcop.

Mermen-  
dorf.

30) In *Mereheim* tradidit bona nonnulla Hiltrih. In pago Ostrache fuisse villam Mereheim, iam supra vidimus. An sit vna eademque, vel an hæc sit Meer, aut Maren ad Mosam, aut Mormer aut Meeren ad Rhenum, aut Merumer in Groningenfi dynastia, aut Merum in Westfrisia, id omne in medio relinquimus.

Rochin-  
gere  
marca.

31) In *Mermendorf* bona quædam tradidit Adalger. Hæc fortassis est villa Merenburg, sita ad mare dictum *dat Leydsche Meer*.

Sasheim.

32) In *Rochingere marca* tradidit bona Fridurih. Eadem marca videtur fuisse non procul ab vrbe Harlem in ea regione, vbi reperitur Rockerfduen, sita.

33) Tradiderunt Altfrit in *Sasheim* l. c. p. 316 num. 6, Bruning in *Sahsingenheim* p. 315 num. 47, et Altfrit pro patre Rargerio in *Sahsingenheim* p. 316 num. 64. An semper vna eademque designetur villa, non certo scimus. Id si ita esset, intelligere liberet locum Sassenhem, in Rhyndlandia situm, vnum milliari Lugduno Batavorum distantem.

Scutnfort

34) *Scutnfort* probabilissime est Schilpfluert in Kenemaria. Traditor erat modo dictus Altfrit, filius Ratgerii.

Seyst.

35) *Seyst* esse videtur Zeyst locus, vno milliari, et quod excurrit, ab vrbe Traiecto ad Rhenum versus orientem discretus.

Sibusurte

36) In *Sibusurte* bona quædam tradidit ecclesiæ Fuldensi, testibus *Tradit. Fuld.* p. 314 num. 31, Folcrip. Hic locus latere videtur in Zybe-Carspel in Kenemaria.

Texal-  
more.

37) *Texalmore* spectauit ad Tertam. Fortassis hic locus spectauit ad pagum Texla, per quem intelligimus insulam Texlam significari.

Thore-  
ne.

38) *Thorene* esse possit Dorn in Geldria, vel Doorn in terra Traiectensis episcopatus, vel Toren non procul ab vrbe Lugduno Batavorum, vel Dornum in Frisia Orientali.

Trilant.

39) In *Trilant* bona tradidit Folcrih. Hæc villa videtur esse Dril in tractu, *Tielervart* dicto, vel Driel ad Mosam, vel Drumel in tractu *Bommelcourt*.

Tumfur-  
te.

40) *Tumfurte* videtur fuisse Tonnawert in Westfrisia. Traditor est modo dictus Folcrih.

Tund-  
werde.

41) *Tundwerde* videtur esse Tierwert in Westfrisia. Traditoris nomen est Folcrip.

Wale-  
heim.

42) In *Waleheim* tradidit bona quædam Udalwich. Esse hæc villa videtur Walsheim, ad Rhenum sita non procul a Dinxlaken, vel Weel Walle in Frisia orientali.

Wester-  
kinlofen.

43) *Westerkinlofen* villa fortassis spectauit ad pagum Tyelle, in quo obuia erat villa Kinlofen, de qua egimus supra.

Wiron.

44) In *Wiron* et *Wireon* tradidit bona sua Folclint. Fortasse est vna eademque villa, et denotatur vel Witte Wierum vel Oster-Wierum in Dynastia Græninge et Omlandia. Tandem

Withmun-  
then.

45) *Withmunthen*, in qua Burgolf filius Antulf quædam l. c. tradidit ecclesiæ Fuldensi, esse possit Witamuntheim in pago Tyelle, vel Withmund in Orientali Frisia, vel Withmund non procul ab vrbe Deventer, vel Wytman in Sallandia.

Westan-  
ko.


Porro retulit S. Ansgarius noster in *Vita S. Willebadi* p. 686 ad Fresiam præterea villam *Westanko*. Ad hæc erat intra eandem Frisiam villa *Motheim*, teste quodam inedito diplomate. *Westanko* esse videtur Westergeest non procul ab vrbe Doocum, vel Werzinga vno milliari sita ab vrbe Groninga versus Aquilonem. *Motheim* videtur esse Medum in tractu, Ostergoe dicto, non procul ab vrbe Leewardii situm.

Mothcim

Carolus



Carolus rex Francorum, Pludellæ residens, anno 863 tradidit ad preces gubernante miris Haganonis viro nobili Theodorico, fratri Walgeri principis, ecclesiam Egmondensem et Kinbem a Suutbardehaga vsque Fortrapa, teste Iohanne de BekiamAdalgario in Chronico p. 28. De fratre Walgeri, Theodorico, Wilhelmus Heda l. c. p. 30 hoc exhibuit schema genealogicum:



Vt ipse de hoc schemate genealogico iudicare queas, annotabimus sequentia. Teste diplomate regis Conradi I, *Walgerus comes* erat anno 914. Confer Hedam in H. E. *Ulraj.* p. 73. Teste diplomate quodam Ottonis I, l. c. p. 83. anno 944 habuit *Walgerus*, et postea eius filius *Ratbodus*, bona quædam lege beneficii intra pagum Lake et Isla. Teste diplomate Ottoniano l. c. p. 86 *Walgerus* eiusque filius *Ratbodo*, nec non *Hatto* et illorum antecessores ad monasterium Tiela bona quædam concesserant, qui etiam cæsar ad an. 953 proficitur l. c. p. 85 seq. se iam olim cuidam *Walgero* bona quædam in Amuda in beneficium concessisse, atque *Hattoni* terram in *Eki* pro sui ipsius commisso abstulisse. Anno 975 erat *Ratbodo comes in pago Insterlake*, teste diplomate Ottoniano apud eundem Hedam l. c. p. 87 seq. Anno 997 inter testes erat quidam *Eroff*, teste diplomate l. c. p. 94. Anno 998 habebat *Poppo filius Walgeri* villam Arelo, sitam in pago Testerbantia, pro ministerio, teste diplomate Ottoniano l. c. p. 95, quod ipsum asseritur in diplomate Heinrici II ad annum 1003 l. c. p. 100. Ad annum 1063 refert Wilhelmus, Traiectensis episcopus, *Theodoricum comitem eiusque filios, Theodoricum et Florentium*, in potestatem suam redeegisse ecclesias Flardingæ, Kirchwerve, Velfereburgh, Heilegelo et Pethem, quas in Hollandia Boreali existisse, supra diximus, l. c. p. 132 seq. Idem asseritur in litteris Heinrici regis ad annum 1064 l. c. p. 109 seq. Ad annum 1077 *Diedericus* erat *comes in pago Velve*, teste diplomate Heinrici IV apud eundem Hedam l. c. p. 137 seq. Iam nullo modo probabile esse putamus, *Walgerum principem*, qui anno 863 erat frater *Theodorici*, atque adhuc anno 914 vixit, et anno 944 et 953 pater appellatur *Ratbodi*, fuisse filium *Gerhulsi*, anno 885 viuentis. Fortassis propius attingimus scopum, si statuimus, *Walgerum principem* fuisse *Walgerum*, nepotem Widekindi, siue ipsum *Walbertum*, iidem nepotem Widekindi Magni, cuius præterea frater erat *Thiadricus*, vti supra vidimus §. 104. *Walbertum* adhuc anno 863 vixisse, et bona hereditaria in pago possedisse Testerbant, iam supra demonstrauimus. Siue igitur statuas, *Walgerum principem* fuisse *Walgerum*, quem plerique pro fundatore abbatiæ Herifordensis venditant, siue credas, fuisse *Walbertum fratrem Thiadrici*, quod nobis probabilissimum videtur,

Hhh

viro



Ab anno  
834 vsque  
877 re-  
gnante  
Hludo-  
uico et

Egmon-  
tenfis ec-  
clesia  
Suithar-  
desbaga.  
Kinheim.  
Fortrapa.

Rimsue-  
stra flu-  
men in  
pago Mo-  
lanorum.

Embrici.

Langhare  
Helle-  
wigh  
Aladna  
Wesefel-  
de  
Humelle  
Theoden  
Hefin  
Afuin.

Origines  
comitum  
Cliven-  
sium.

vtroque tamen modo *comites Hollandiæ* descenderunt a *Widekindo Magno*, quod etiam ex quodam diplomate Ottoniano apud Miræum Opp. Diplom. T. I. p. 52 comprobari poterit, quo cæsar Otto Theodoricum, (Hollandiæ) comitem auunculum suum a. 985 nominat, sumta hac voce in sensu generali. *Erbulfus comes* videtur *Erlolfus* fuisse, qui Fuldensi ecclesiæ bona quædam tradidit ad villam Gandingen sita. De hoc supra diximus. Quod ad loca, quæ Carolus rex Francorum *Theodorico, fratri Walgeri*, tradidit, attinet, sita illa sunt in Kenemaria siue in Hollandia Boreali. *Egmontensis* enim ecclesia procul dubio existit in loco Egmont. *Suithardebaga* videtur esse *Suitherbou*, et *Kinheim* locus Kins. *Fortrapa* autem erit *Vertrop*, quæ sita est in insula Wieringen. Magnum itaque terrarum tractum Carolus rex Francorum concessit *Theodorico, fratri principis Walgeri*.

Anno quarto regis Dagoberti contulit Pipinus Traiectensi ecclesiæ villam, in pago *Mosariorum* sitam, et a præterfluente *Rimsuestra* nomen sortitam, in qua S. Willebrordus instituit vitam cœnobicam, teste Heda in *Hist. Episc. Ultraj.* p. 27. Hanc villam supra omisimus. Hæc villa probabiliter est oppidum Susteren, non procul a fluuio Mosa situm et duo circiter milliaria ab vrbe Roermonde distans.


Villam *Embrici*, hodie dictam *Emmerich*, sitam ad Rhenum, inferendam esse tabulæ nostræ geographicæ, patet e traditione *Gerowaldi filii Landwardi*, quam recenset W. Heda l. c. p. 50. Cum ille Gerowaldus anno 833 VII id. Februarii ecclesiæ Traiectensi donaret, quidquid hereditatis sibi accesserat in *Langhare, Hellewigh, Aladna, Wesefelde*, (seu *Westerfelde*) *Humelle, Theoden, Hefin* et *Afuin*, actum est de ea re publice in villa *Embrici*. Bona illa postea possederunt iure emphyteutico comites Montani, vulgo S. *Hevenberg* dicti. Probabiliter ergo hæc villæ in eorum comitatu vel circa eum fuerunt sitæ. Hoc tantisper posito, villa *Langhare* erit locus Langel, *Hellewigh* Heelweg, *Aladna* Aelten, *Wesefelde* Verfevelt, *Humelle* Hummel, *Theoden* Dydam, *Hefin* Hees, et *Afuin* Asewin. Hæc loca cuncta in comitatu Zurphanie reperiuntur. Non videmus, quid huic sententiæ nostræ obiici queat.

Porro in censum heic quoque videntur venire villæ, quarum mentionem iniecit Wilhelmus Heda l. c. p. 78 seq. his verbis: *Baldricus* (Traiecti episcopus) concessit in precariam usufructuario N. et N. et post discessum eorum ex hac luce *Baldrico* eorum filio, et post eum *Rudolpho, fratri suo*, certas res sancti Martini episcopatus sui, de abbacia vocabulo *Hereberc*, uno cum monasterio in honore B. Petri dedicato, mansos seruitiales num. LXV, in fundis coniacentes ita nuncupatis *Rura, Lieborp, Linne, Suleheim, Floborp, Afcolen, Malicalcol, Culvelo*, simul cum mancipiis CCCLXXXIII, deinde ipsi N. et N. tradiderunt ad præfatam abbatiam de *Alode* iuris sui curtem unam in villa vocabulo *Willere* sitam, ad quam respicit ecclesia una cum dote, quæ posita est in fundo nomine *Brochem*, et alia medietas alterius ecclesiæ sitæ in villa nuncupata *Fischelo*, mansique seruitiales numero XLV, una cum mancipiis CXC, et ut rebus S. Martini liberius perfrui possent, et pro ablutio peccaminum *genitoris sui Raineri comitis*, et insuper *Nevelunghi* senioris sui XXXIII mansis legaliter in redhibitione usufructuarii S. Martino traditis, XII mansos, qui supersunt, diuino instinctu commoti sponte tradiderunt. Actum *Traiecti* VIII kal. Iulii anno VIII regni Ottonis gloriosissimi regis ab incarnatione autem domini DCCCCXLIII. cum signo *Baldrici* gloriosissimi præfulis, *Reginbaldi* præpositi, et *Sigboldi* decani in præsentia testium.

Dolemus, Wilhelmum Hedam nomina traditorum ibi non addidisse, vel adde non potuisse. Fieret enim ex iis palam, si ea nossemus, quis fuerit pater *Baldrici* ac *Rudolphi*. Auis eorum videtur *Rainerus* siue *Reginbertus* fuisse, qui an fuerit *Reginbern*, qui Danos superauit, vel eius pater *Reginbern*, coniux *Mabtildis* abbatissa, in medio iam relinquimus. Quodsi autem illud perhibere placeret, non sine aliqua probabili coniectura asserere id possemus. Infra enim videbimus, *Reginberni* Ildi fratrem fuisse comitem *Immadum*, auum *Meinweri* epi-



episcopi Paderbornensis, qui, ut iam supra significauimus, in Inferiori Terra gubernante multa prædia possedit. Videntur ergo hi domini ex stirpe *Widekindi M.* fuisse Corbe-orti, cuius filius *Wibertus*, ac nepos *Walbertus* in Testerbantia prædia nonnulla habuerunt, ut iam supra demonstrauimus. Hac sententia stante, *Baldricus* iam Adal- eiusque frater *Rudolphus* consanguinei fuisse videntur *Baldrici*, episcopi Traiectensis. Atque huius episcopi pater appellatur *Rixfridus comes*, ex nobili sanguine *comitum Cliuensum* oriundus, teste tabula apud Hedam l. c. p. 75. Hæc si vera essent, ut videntur fuisse vero consentanea, comites Cliuenses a *Widekindo M.* hoc modo traxissent originem.



Probabiliter fuit pater *Baldrici* ac *Rudolphi* comes *Everhardus*, qui anno 943 et 944 comes erat in pagis Forestensi et Thrente. Hoc comprobant duo diplomata, obuia apud Hedam l. c. p. 83 seq. *Rudolfus* videtur fuisse ille *Rudolf*, qui intra pagum Ostrache in villa *Waltheim* ecclesie Fuldeni bona quadam tradidit secundum I. F. Schannati *Traditiones Fuldenes* p. 315 num. 45. Si enim eius auus et proauus fuerunt *Reginberni*, discimus ex iisdem Traditionibus p. 313 num. 26, p. 314 num. 32 et p. 315 num. 57 bona eisdem possedisse hereditaria tam in pago *Westracha* et *Ostrache*, quam in pago *Emisgowe*, quo in ultimo pago bona tradidit *Reginbart* sita ad villam *Langenboub*. Hæc vltima nobis fuisse videtur vicus *Langholt* in Frisia Orientali sita intra præfecturam *Stieckhufen*. Iure ergo hereditario bona possedit *Rudolf*, quæ tradidit, sita in pago *Ostrache*, ecclesie *Fuldeni*. *Rudolfi* filius fuisse videtur *Baldericus*, a patruo ita dictus, qui, teste diplomate *Heinrici II* apud Hedam p. 101, erat anno 1016 comes in pago *Thrente*. Huius filius esse potuisset *Bertolphus*, qui anno 1024 comes fuit in eodem pago *Thrente*, teste diplomate cæsaris *Heinrici secundi* apud Hedam l. c. p. 113. *Bertolphi* filius vel frater fuisse videtur *Temmo*, qui anno 1025 comitatum suum habebat in pago *Thrente*, teste diplomate regis *Conradi II* l. c. p. 113 seq. Huius *Temmonis* frater, vel filius, esse possit *Rudolphus*, cui nomen inditum fuisse videtur ab auo vel proauo. Ipse anno 1040 comes erat in pago *Trente*, teste diplomate apud eundem Hedam l. c. p. 120 seq. Plura de his dicturi sumus in *Clientela Corbeiensis*. Facem dictis accedent *Traditiones Werthinenses*, quas propediem expectamus.

Hiscæ præmissis, dicendum quoque est aliquid de villis, quas pater *Baldrici* atque *Rudolphi* anno 943 tradidit abbatie, in *Hereberc* olim exstructæ. Hæc abbatia esse non videtur monasterium Ordinis *S. Benedicti*, in loco *Hohorst* supra montem sanctum non procul ab vrbe *Amersfortio* constructum. Vidimus enim



Ab anno  
854 vsque  
877 re-  
gnante  
Hudo-

Willere.

Brochem

Fischelo.

Rura.

Liethorp.

Linne.

Sulethem

Flothorp.

Afcolon.

Malical-

col.

Culvelo.

supra, illud demum anno 1006 fundatum fuisse ab Ansfrido, Traiectensi episcopo. In loco *S. Heerenberg*, intra comitatum Zutphanie sito, illam *S. Petri* abbatiam existisse, neminem negaturum esse censemus. Videtur *Baldricus*, Traiectensis episcopus, patrem et patruum *Baldrici* atque *Rudolphi* in eadem abbatia advocatos constituisse. Villa *Willere*, quæ erat ex allodio patris *Baldrici* et *Rudolphi*, est vel *Wylre*, non procul ab oppido Cransenburg in ducatu Cluivæ obuia, vel *Willer* villa, haud procul ab vrbe Gennep in eodem ducatu sita. Si intelligitur hæc villa, tunc villa *Brochem* esse videtur locus Beeck. Sin vero villam *Willere* habes pro loco *Willer*, quod et nos admittimus, locus *Brochem* est *Bockum* vicus, non procul ab eo situs. Villa *Fischelo*, quæ eodem iure spectabat ad patrem *Baldrici* ac *Rudolphi*, procul dubio est vicus *Wissel*, in Cluivæ ducatu inter oppida Cleef et Calcar situs. Ea autem loca, quæ episcopus *Baldricus* tradidit patri *Baldrici* et *Rudolphi*, hæc esse videntur. Rura est Roor, vnum milliæ ab vrbe Traiecto ad Mosam distans. *Liethorp* est Lathorp in Sallandia, duobus circiter milliariibus determinata ab oppido Oldensael. *Linne* est Linde in comitatu Zutphanie locus, duo milliaria distans ab oppido Borekeloo versus occidentem. *Sulethem* est *Suythem*, locus in Transsallania, disiunctus vno circiter milliari ab vrbe Zwol versus meridiem. *Flothorp* est Vlodorp ad stuvium Rura, vnum milliæ, et quod excurrit, distans ab vrbe Roermonde. *Afcolon* est Afelo in Sallandia inter oppidum Delden et Almelo sita. *Malicalcol* est Meulekaren in tractu Velouensi, dimidium milliæ ab oppido Zwol versus occidentem recedens. *Culvelo* autem esse videtur vel *Kulidum* villa, ab oppido Borekeloo vix iter vnus horæ sita, vel *Kervel*, ab vrbe Zutphen vnum milliæ distans. Ambæ in comitatu Zutphanie visuntur.

Tandem exhibuit Wilhelmus Heda in *Histor. Episcop. Ultraiectensium* p. 64 seqq. et p. 109 seq. duo monumenta, in quibus præterea multæ, ad Traiectensem ecclesiam spectantes, villæ reperiuntur, quæ ad Belgium vetus, hæctenus a nobis descriptam, referendæ sunt. Iis autem nunc non immorabimur. Docti Batavi ipsi de eisdem videant. Nobis iam proposuimus, de filiis *Ragenberi* nostri, qui hoc in §. 229 bona tradidit ecclesie Corbeiensis, copiosius dicere, ut tandem regiam in viam, ex qua paullulum hæctenus defleximus, redeamus et e diverticulo ad propiora cursum reflectamus.

Ragenbe-  
ri liberi  
1) Immed  
cuius li-  
beri pu-  
tantur

Vt vero ordine retrogrado procedamus, deprehendimus primo *Immedum*, quem in tabula genealogica §. 104 ultimo loco posuimus, non quod illum ætate inferiorem *Rainberno* fuisse credamus. Secuti enim *Widekindum* Corbeiensensem credimus, eum fuisse filium *Ragenberi*, ordine tertium; sed eo quod ipse creditur fuisse pater multorum posterorum, de eis dicere constituimus, antequam de filiis *Rainberni*, *Widukindi* ac *Thiadrici* dicere ingredimur. Quod ergo ad *Immedum*, filium *Ragenberi*, attinet, produxit illustris *Eccardus* in *Historia Genealogica* P. S. S. *Præfat.* p. 6. diploma quoddam Ottonianum, quod singulari benevolentie M. R. P. Bernwardi Ringelhemensis abbatis debuit. Hoc datum est XVI. Kal. febru. anno incarnat. dom. 940, indict. XIII, et anno regni Ottonis V. In hoc diplomate perhibetur: Comes *Immat* construxisse monasterium in loco, *Ringelem* nuncupato, et præsecta eidem loco *Einebolt* abbatissa, eiusdem comitis filia, eidem monasterio in pagis adiacentibus, scilicet *Wendbausen* et *Odsfredessen*, *Gerstete*, *Walmoda*, *Nawen*, *Selida*, *Gusstete*, *Haverlabe* et *Uepstete* omnem hereditatem suam tradidisse consensu filiorum suorum *Volcwart*, *Immat* et *Sibeth* eandemque traditionem auctoritate sua confirmasse episcopos *Wilhelmum* Moguntinensem, *Burchardum* Treuirensem, *Annonem* Wormacensem, *Alsfridum* Hilderheimensem et *Bernardum* Haluerstadiensem. Quæ omnia si sese bene haberent, tunc extra omnem dubitationem positum esset, *Immedum* nostrum fuisse patrem *Volcwardi*, *Immati*, *Sibethi*, atque *Eineboldæ*. Sed multa eaque graui errata huic diplomati insunt, quæ vel ei falsitatis notam inurunt, vel crassam descriptoris produnt ignorantiam. Primum enim in eo ponitur vocabulum *pagus* pro villa. Mos hic illi seculo erat inusitatus. Deinde *Fridericus* appellatur archicapellanus et *Wilhelmus* Moguntinensis sedis episcopus. Qui vero *Wilhelmus* eo tempore esse poterat archiepiscopus Moguntinus? Archiepiscopus tunc erat *Fridericus*, qui secundum nostrum *Chronicon* Corbeiensis MSctum et cœtaneum anno 937 ordinatus et anno 954 mortuus, atque intra hos annos in genuinis diplomatis sæpissime

a) Volc-  
wart.

b) Im-  
med II.

c) Sibeth  
et d) Ei-  
neholt.



piissime occurrit. Falsarius nesciuit, Fridericum eo tempore fuisse et archiepiscopus et pellanum et archiepiscopum. Nec porro Burchardus Treuirensis episcopus in aliis documentis, quantum scimus, ea aetate occurrit. Tunc utique Alfridus, episcopus Hildesheimensis, atque antea monachus Corbeiensis, non amplius erat in viuis, quippe qui anno 874 e vita exierat. Ad annum 940 vel Thiethardus vel Othwinus praefuit Hildesimensi sedi. Ad annum 940 Wangionensis ecclesiae episcopus non erat S. Anno, sed potius Richowo, qui demum anno 949, testante *Necrologio Fuldensi* fatis concessit. Denique anno 940 XVI Kal. Febru. non fluxit indictio XIII, sed fuit potius XII. Fluebat tunc annus regnantis Ottonis I non quintus, sed quartus. Quid ergo censendum est, quaris, de hoc diplomate, et de his Immedi filiis? Respondemus. Si apographum concordat accuratissime cum venditato autographo, diploma est supposititium, atque ab impostore quodam effectum ad palliandas fabulas, quas nonnulli de *comitibus Ringelheimensibus e familia Widikindea* dederunt et enixi fuerunt heroas, qui nostra sententia nunquam in rerum natura fuere.

Ne tamen nos more Alexandrino egisse, ac sine graui ratione innumerabili ineptorum scriptorum turbæ contradixisse videamur, iam supra §. 104 ostendimus, quinam domini per pagum Saltgo (ad quem omnino probabilissime abbatia Ringelheimensis refertur, quamuis Selida villa, vix iter vnus horæ ab eadem abbatia distans, ad pagum Ambergo referatur) sint dominati, progenitores scilicet Slademenfium comitum, e familia Billingana orti. Inter hos quidam *Sibertus* erat, filius Theodorici. Hunc alii filium Theodorici comitis de Ringelheim, alii vero filium comitis Immedi de Ringelheim appellant, ut scilicet fabulam originis Ringelheimensium comitum e domo Widikindea eo purpuris spectabiliorum reddere possint, cum nouerint, tribum Immedingiorum ad gentem Widikindeam referri. Et hinc crediderint, negari non posse, Sibertum fuisse familiae Widikindeae partem, si, eundem fuisse filium Immedi cuiusdam, statuatur. Ut autem porro detegamus fabulae originem et id, quod anam illi praebuisse videtur, comitibus Ringelheimensibus in terra episcopatus Hildesheimensis obuiis confingendis aptam, libet opinari, legisse veterum quendam in Chronico vetustiori et forte deperdito. Finge, in eo fuisse lectum, reginam *Mabildam* fuisse filiam comitis in *Ringelheim* vel *Ringheim*, quemadmodum illa sic appellatur ab auctore *Chronici Rhythmicæ Principum Brunsvicensium Tom III S. R. B. Leibn.* p. 18 his verbis: *ENE ALDE KRONIKEN hore we segen dat de Forste (Koning Henrik) dogetrich neme to wibe berlich eyne Frowen de heit Mecbtild, de was van RINGEHEIM, also men wilt, Greuen Imather Suster, de gewan dem Konige rich dre Sone berlich Otto Brun unde Henrich.* Quodsi autem illi nullus alius locus cognitus fuit, quam vicus Ringelheim in episcopatus Hildesheimensis praefectura Liebenburgica, arbitratus est, eundem vicum designari, et hunc comitibus Ringelheimensibus in terra episcopatus Hildesheimensis fuisse subiectum, sibi persuasit. Eum alii more pecudum, quæ sequuntur antecedentium gregem, sunt secuti. Erat vero locus *Ringelmi* in episcopatu Paderbornensi ad fluuium dictum *die Alme*, situs in pago Almunga, quaquaerfum villis, ad eundem pagum spectantibus, cincto. Exiitisse autem locum *Ringelmi* iam tempore caesarum Saxonico-rum, patescit e *Vita Meinweri Tom. I. Leibnitii* p. 529, vbi hæc reperiuntur verba: *Ecclesie Paderbornensis canonicus nomine Volmarus cum assensu fratrum duorum Nitbingi et Wirinbardi duo praedia Holtbeim et Aslan in die S. Lamberti in quodam loco qui dicitur Ringbelmi dedit Paderb. ecclesie, Eilberto in presentia Liudulfi, Erponis, Benne, Ekkikonis, Liudulfi, comitum et aliorum multorum, omni contradictione remota, id accipiente.* Nostra aetate appellatur *Ringbelmi* locus Ringelstein. In loca eiusdem tractus varia familiam Widikindeam olim ditionem exercuisse, iam supra demonstrauius ita, ut nulla de eo dubitatio superesse queat. Hisce autem positis, locus probabiliter designari potest, ad quem auia reginae *Mabilda*, abbatissa scilicet *Matbildis*, ex cenobio Herfordiae legationem destinauerit, ad impetrandam consensionem parentum, aptam despondendæ *Mabilda*. Cum enim statim postera die consenserint huius parentes, ut auctor *Vitæ Matbildis T. I. Leibn.* p. 194 refert, necessum est, habitauerint in vicinia Herifordensis monasterii *Thiadrici* et *Reinbilda*. Ipsi certe intra sex horas iter conficere potuerunt Ringhelmo Herifordiam.



Ab anno  
854 vsque  
877 re-  
gnante  
Elludo-  
uico et

Fuisse itaque *Immedi* liberos *Volcwartum*, *Immatum*, *Sibetum* atque *Einebolt*, id nondum extra dubitationem positum neue demonstratum esse putamus. Quin imo alia etiam ratione comprobari posse censemus, *Immadum* seniore anno 940 non amplius fuisse in viuis. Si enim secundum computationem nostram *Raginbern*, pater *Immedi* nostri, anno 852 nuptias celebrauit cum *Mathilda*, *Thiadricus* natus fuerit oportet circiter anno 853, *Widekindus* anno 854, *Immed* anno 855, et *Raiubern* anno 856. *Immed* ergo anno 940 vitam ad LXXXV annum produxerit, necessum est. Quamuis autem pernegare nequeamus, hominem tot superare annos viuendo posse, suspicamur tamen, imbecillitatem ætatis *Immedi* sustinere non potuisse itineris grauitatem, Ringelmo Moguntiam instituti, ibidem cæsarem rogandi gratia, vt foundationem monasterii Ringelheimensis confirmaret, vti ipsum diploma l. c. loquitur. Cum itaque *Immadus* iam anno 940 summa grauis senectute et labante valitudine fuerit oporteat, nequaquam eius meminisse potuit *Widekindus* noster, *Annal.* Lib. III p. 654 referens, *Immedum* quendam in obsidione vrbs Moguntie anno 953 periisse, his vsus verbis: *A Maguntia recedens rex - demum circa Kal. Ian. infecto negotio, amissis duobus principalibus viris ac potestate claris, IMMEDE ac MEINWERCO, quorum uterque icu sagittarum periit, alter Maguntia, alter in itinere Baiariam pergentibus, reuertitur in Saxoniam.* Cum *Immed* vir principalis et potestate clarus dicitur, colligere ex eo licet, non solum illum fuisse e nobilissima quadam familia Saxonie ortum, sed etiam propter ætatem proecltorem iam dominum, magnæ auctoritatis et prudentiæ plenum, fuisse. Hæc vero momenta filio *Immedi I* bene respondent. Cum igitur plerumque sentiant sibi que persuadeant eruditi, omnes *Immados* ad tribum *Immedingiam*, quam *Abertus Stadensts in Chronico* ad an. 1104 p. m. 147 egregiam atque inclytæ *Ottonum stirpi vicinam* appellat, esse referendos, *Immedum*, qui anno 953 periit, filium fuisse *Immedi I*, statuere libet. Si enim *Immadus I* fuit natus anno 856, atque anno ætatis XXX nuptias celebrauit, tunc *Immadus II* in luminis auras prodire potuit anno 887. Anno igitur a nato Iesu 953 ipse circiter LXVI annos habuerit, necessum est. Aetatis autem, qua ipse tum fuit, sustinere adhuc munia bellica valuit. Vt enim non omne vinum, ita nec omnis ætas, acescit. Quare citra dubium muneris sui esse credebatur *Immedus* noster, bellum domesticum, cuius fax et tuba ille ipsius *Ottonis* filius erat, extinguere, et consanguineo cæsari manus suas accommodare.

*Immedi*  
*II* filius  
*Immadus*  
*III*, cuius  
liberi  
1) *Mein-*  
*wercus* e-  
piscopus  
*Pader-*  
*bornen-*  
*sis*.

An *Immedus II* auus fuerit *Meinwerici* episcopi *Paderbornensis*, pro certo quidem adfirmare non licet. Ad tribum vero *Immedingiorum* referendus videtur *Meinwercus*, siquidem patri eius nomen fuit *Immedi*. Poeta enim vetus ex *Abdingbouiano monasterio de Meinwerc* ita canit:

*Saxo natus erat, bene religione cluebat,*  
*vnus primorum consistens nobiliorum,*  
*pollens magnarum dominatu ditissiarum,*  
*Immadusque pater comes eius et Atyla mater.*

Suffragatur ei *Necrologium Abdingbouianum*, in quo hæc verba leguntur: *IV Kal. Februarii obiit Immeds comes, pater Meinwerici episcopi, et VIII id. Augusti obiit Adala mater Meinwerici episcopi.* Hanc autem sententiam de episcopi *Meinwerici* origine, ad domum *Widikindeam* referenda, ex ipsis bonis, quæ *Meinwercus* ex hereditate parentum suorum possedit, quæque partim ecclesiæ suæ cathedrali, partim collegio canonicorum *Bulltorfiano*, intra suburbium *Paderbornæ* sito, et partim monasterio *O. S. Benedicti*, in ciuitate *Paderborna* obuiò vulgoque *Abdinghov dicto*, largitus est, colligimus et comprobamus.

*Mein-*  
*werci*  
mater  
*Athela*.

Et vt hoc eo melius ostendere queamus, de matre eius *Athela* quædam debemus præmittere. Fuisse eam comitis *Wichmanni* filiam, adprobamus sequenti diplomate, cuius apographum accepimus e manu amici cuiusdam, quodque eo libentius adiungimus, quia ab exemplo edito in *Lunigs Reichs-Archiv Spic. Eccl.* P. III. p. 358 in plerisque vocibus est diuersum. Spectat id ad iura imperialis semperque liberæ abbatiæ *Eltænæ*, quæ olim, testantibus quibusdam diplomatæ, sita erat in pago *Hameland* iuxta *Rhenum*, atque hodie vix iter trium horarum abest ab vrbe *Cleve*, versus orientem vero contermina est comitatu S. *Herrenberg*,



berg, ac versus meridiem, occidentem versus et septentrionem, confinis ducatus Clivenfi. Est autem ipsum diploma ad hunc maxime modum insigne et conformatum.

gubernante  
Corbe-  
iam Adal-  
gario.


**Q** In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. *Otto* diuina fauente clementia romanorum imperator augustus. Si loca uel monasteria a religiosis personis et deo dicatis constructa non imperiali auctoritate corroborare conamur hoc procul dubio et ad praesentis non regni statum et ad aeternae beatitudinis premium profuturum nobis fore credimus. quapropter omnibus in Christo fidelibus nostris scilicet praesentibus et futuris notum esse uolumus. quomodo temporibus *auis non domni ottonis* imperis augusti *uuichmannus comes* pro animae suae remedio suorumque parentum in quodam loco *elena* dicto monasterium et sancti monialium congregationem in honorem domini non ihu christi et sancti uiti martiris amplissimae benignitatis conamine construxit nec non magnam certae proprietatis suae partem cuius nomina infra tenentur. simul et beneficii quod dilectus auus noster primum ei concessit in beneficium. postea pro seruitute sedula sibi donauit in proprium et ad ipsum licenter contradidit monasterium suamque ipsius filiam nomine *lutgardem* ceteris monialibus praekonstituit abbatissam. succedente uero tempore cum idem *uuichmannus comes* semel ad uesperam noctis inclinasset penitusque naturae concessisset altera suae procurationis filia nomine *adela* quandam hereditatis iam traditae partem exposcens dicens quod pater eius *secundum saxoniam legem* absque eius consensu et licentia nullam potuisset facere traditionem totam patris sui donationem produxit in errorem. huius itaque seditionis perturbatio usque ad tempora dilecti patris noni perdurabat ipseque noster caritatiuus pater eandem contentione cladem extinguere pro uiribus insudabat et hoc quo ad ipse uitam finiuit minime ad unguem usque perduxit. exacto autem longo temporis interuallo cum eiusdem monasterii abbatissa praetitulati uiri *uuichmanni* filia uniuersae carnis uiam tunc intraret aliaque in ipsius locum imperialis nonae potestatis iure accederet. in palatio nono quod dicitur *nouiomago* nonum iussimus fieri colloquium ibique tandem huiusmodi seditionis fecimus finem. *baldericus* enim praedictae *adela* maritus pro nona uoluntate exhortatione simul et petitione id ipsum monasterium sua propria suaeque coniugis manu in nonum contradidit mundiburdum. et sicut mos est laicorum cum festuca semel ab eodem exiit predio. ea ratione. ut nos nono regali imperio ac descriptionis praecepto tale libertatis arbitrium eidem monasterio perpetualiter condonaremus quale ceteras monialium congregationes scilicet *assindiae* *quidelingeborg* et *ganderehem* habere cognouimus. insuper *baldericus* omnia eiusdem monasterii predia quae prior abbatissa duntaxat in sua habuit potestate et inuestitura ad reliquias sancti uiti in praesentia noni nonumque plurimorum fidelium concessit traditaque contradidit quorum nomina haec sunt infra scripta. *helton. furnon. uorithusen* cum omnibus utilitatibus ad ea loca iuste et rite pertinentibus. *embricae* media pars aequae diuisa. in *hamme* media pars. *arnhem* media pars. *redingen* media pars. *aspel tornika* media pars. *berueld* dimidia pars. *liende* dimidia pars. *thule* dimidia pars. *malime* dimidia pars. *brummen* dimidia pars. *oelberg* media pars. *rathe* dimidia pars. *huingen* dimidia pars. *thelden* dimidia pars. *triendem* media pars. *putten* loco constructo dimidia pars. adhaec quatuor foresta *steenuualt. moffet. uuichmoet.* et *subort.* in his quatuor forestis ceruum uel ceruam uenandi nullus habeat licentiam nisi uerbo et consensu abbatissae et si ceruus uel cerua effugiat de his forestis eos in alia silua sequi sit licentia abbatissae nunciis. in foresta in quo est *elena* constructa singulis annis inter ceruus et ceruas duodecim ferae tribuantur abbatissae. ut autem huius donationis ueritas firma et inconuulsa permaneat posterior abbatissa nomine *lutgarda* praelibatae *adela* maritatae quatuor curtes nomine *rinbarn. helikanbeki. luithusen* et *reelo* cum omnibus utensilibus ad ea per-



Ab anno  
854 vsque  
877 re-  
gnante  
Hudo-  
uico et

pertinentibus in proprium tradendo ad ea recompensauit. quatenus post haec sicut praediximus pacis et amicitiae pignus eo permaneat tenacius. hanc igitur idem *baldericus* traditionem grata et hilari fronte recepit nec non de fidelium nostrorum scilicet *uilligisi* archiepiscopi *hildibaldi* episcopi et *echberti marchionis* ceterorumque multorum fidelium consilio sicut idem *baldericus* donando postulauit eidem monasterio potestatiue concessimus ut a modo sicut cetera monasteria supradicta libero perenniter perfruantur arbitrio. praeter haec quidquid praedii diuisi imperator augustus *uuichmanno* in proprium donauit. praecipue quae dicuntur *nerdinklant*. *urck*. *barbnegor*. *otuuines*. praedia insuper in *frisonibus* et quidquid abbatissa in quatuor comitatibus uidelicet *hunesgo*. *fuilgo*. *humerche* et *emische* tributi a magnificentia cui nostrum recepit nos nostrae descriptionis praeepto ad utilitatem abbatissae et fororum ibidem deo et sancto uito famulantium largimur et concedimus cum omnibus utilitatibus supradictis sicut et in ista proprietate areis edificiiis terris cultis et incultis agris campis pascuis siluis piscationibus molendinis ecclesiis uis et inuis exitibus et redditibus quaesitis et inquirendis cunctisque appendiciis quae dici possunt. nec non siccum et telonium de piscatione in *pago salon* et in flumine *isula* qui uulgariter nomine *hacdol* dicitur. et quod dilectus genitor noster eidem monasterio concessit eodem modo pro aeterna remuneratione nos contradimus et nos adhuc uolumus nostrorum imperiali praeepto cunctis nostris in Christo fidelibus firmiter iubemus ut in eodem monasterio uel locis ad id pertinentibus nullus dux comes uel uicecomes nullus marchio uel quilibet *schuldacio* uel alia iudiciaria persona ullum habeat placitum nec *parafredos* nec *paratas* faciendas nec aliquod exigatur seruire seruitium prius quam eiusdem abbatissae seruus in cuiuscunque comitatu habitet alterius comitis non eat ad placitum sed ad eius solummodo quemcumque abbatissa sibi met eligere uelit aduocatum. ceterum pro animae nostrae expiaculo etiam largiti sumus monasterio ut post haec perpetualiter cum eiusdem monasterii abbatissa morbo consumpta moriatur scimoniales inter se unam quamcumque uelint simul cum consensu *traiectensis* episcopi in cuius positae sunt dioecesi absque mortalium omnium contradictione licenter eligant. et ut huius monasterii status ab aduersariorum omnium incursum maneat intactus sicut *uuichmannus* comes instituit de eodem monasterio ad limina sancti petri principis apostolorum romani argenti quotannis libra deferatur. postremo ipsa uenerabilis abbatissa cum omnibus rebus suis nostris semper pareat imperio et sub nostris consistat mundiburdio quatenus ipsam sororesque eius iugiter pro nobis exorare delectet. Et ut haec nostrae concessionis auctoritas obtineat firmitatem et a sanctae dei ecclesiae fidelibus nostrisque melius credatur et diligentius obseruetur hoc praesens praeeptum inde conscribi et anuli nostri impressione sigillari iussimus quod et propria manu subtus firmauimus.

signum



domni ottonis imperatoris augusti

Hildibaldus episcopus et cancellarius uice uilligisi archiepiscopi recognoui et *fff*.

Datum XV. kal. iunii anno dominicae incarnationis DCCCCXCVII. indict. X. anno autem tertii ottonis regnantis XIII imperii uero I actum in palatio nouiomagi feliciter amen.


Ex



Ex hoc diplomate pellucet error Bucelini, qui in *Germania Sacra* perhibet, abbatiam Eltenensem demum anno 990 esse fundatam. Nam Otto III asserit, eam iam tempore aui sui, qui anno 973 fuit mortuus, extitisse. Deinde id est memoratu dignum, quod in hoc diplomate *Wichmannus* comes appellatur pater *Lutgarde* abbatissæ Eltenensis, atque *Adela*, cuius maritus iam anno 997 fuit *Baldericus*. *Adela* non fuisse aliam, nisi matrem episcopi Paderbornensis *Meinwercti*, demonstramus sequenti diplomate, quod e MScto, quod in Archiuo Corbeienfi existat, huc transferimus et reliquis addimus. En illud.

**C**In nomine sc̄e et indiuidue trinitatis. Heinricus dei gr̄a romanorum imperator augustus. Si eccliarum d̄i sublimitatibus inseruimus omni studio eterne retributionis premia nobis speramus esse asutura. Quapropter omnium fidelium Xpi presentium scilicet et futurorum nouerit uniuersitas qualiter *Meinuuercus* sc̄e patherbrunnensis ecclie uenerabilis ep̄us omnia predia sua que hereditario iure possederat matri sue *adela* contradidit. dehinc ipsa cum manu *mariti* et aduocati sui *balderici comitis* cum consensu etiam heredum eadem predia potestatiue nobis donauit at nos perpetue beatitudinis spe ac pia prefati ep̄i dilectiq. nepotis n̄ri qui se suaq. omnia diuino mancipare gaudet seruitio prece et deuotione commoniti predia eadem legitime nobis tradita inter que principales sortes sunt iste *immedesbuson. uualmontem. hauerton. hukilhem. mandelbiki. golzbiki. dodonbuson. bokinesleuo. uuakeresleuo* cum appertinentibus uillis et mancipiis utriusq. sexus filiiis uilis et inuuis exitibus et redditibus molendinis piscationibus pascuis uenationibus quesitis et inquirendis omnibus utensilibus que quolibet modo dici uel nominari possunt sc̄e patherbrunnensi ecclie in honorem sc̄e d̄i genitricis marie sc̄e kiliani martyris ac b̄i liborii confessoris constructe per hanc imperialem paginam largimur omnium hominum contradictione remota. insuper etiam imperiali auctoritate precipimus ut nulla maior minorue persona aliqua iudiciaria potestate in eisdem prediis se intromittat nisi aduocatus quem eiusdem ecclie ep̄us sibi eligat. si quis autem quod abis hoc n̄re donationis preceptum infringere ausus fuerit centum libras auri persoluat L. eidem ecclie et L. n̄re cameræ. et ut hec n̄re largitionis auctoritas firma et inconuulsa permaneat hoc preceptum inde conscriptum manu propria corroborantes sigillo n̄ro iussimus insigniri.

signum domni  
Heinrici



romanorum inuictissimi  
imperatoris au-  
gusti.

Guntherius cancellarius uice Erkanbaldi archicapellani recognoui  
et ff.

data III idus ianuarii indict. XIII. anno dom̄ice incarnat. MXVI. an-  
no uero domni Heinrici sc̄di regnantis XIII. imperii autem II. actum  
dromannia feliciter amen.



Ab anno  
854 usque  
877 re-  
gnante  
Hudo-  
uico et


Cum itaque pater *Meinweri* episcopi fuerit *Immed*, vi iam supra vidimus, inde sequitur, *Baldericum*, qui probabilissime est ille ad annum 1006 Comes per pagum Thrente, cuius iam supra mentionem iniecimus, fuisse vitricum episcopi Paderbornensis *Meinweri*.

Athelæ  
pater  
Wich-  
mannus.

Iam quæritur porro, cuiusnam fuerit stirpis *Wichmannus* comes, pater *Adelæ*. Inter nobiles Saxones eum relatum fuisse, concludas licet e verbis *Vitæ Meinweri*, quæ *Tom. I. Leibn.* p. 518 hæc sunt: *Ad inferioris Germaniæ septentrionalium tractum Traiectensis diocesis est terminus, locus nauium et vectigalium commatibus questuosus; magnorum et nobilium virorum gloria, quam in defensione gentis suæ et patriæ magnanimiter adepti sunt, insignis et famosus. De quorum nobilitate profapia ortus est IMED in eadem prouincia: qui virtutis et probitatis maiorum suorum factus heres legitimus et strenuus, comitatum suo tempore in eiusdem prouincie administravit partibus. Qui tantæ nobilitatis lineam propagari, nominisque sui memoriam et posteritatis gloriam cupiens nobilitari; cum multiplici diuitiarum apparatu ac possessionum prædiorumque vaditu nobilem duxit uxorem DE TERRA SAXONIÆ ATHELAM nomine, de qua processu temporis genuit THIEDERICVM ET MEINWERCVM, GLISMOD ET AZELAM. THIEDERICVS autem paternæ dignitatis et facultatis heres designatus; MEINWERCVS in ecclesia beati Stephani protomartyris in ciuitate Haluerstadeni ad clericatus officium a parentibus est oblatus. AZELA vero castitatis emulatione agnum secutura sanctimonialium catui in ecclesia pretiosi martyris Viti Eltene associatur. GLISMOD autem tricesimum fructum pudicitie matronalis adeptura, cuiusdam nobilis principis in Baioaria matrimonio copulatur. Si Athelæ, filia *Wichmanni* atque vxor *Immedi*, ex Saxonia, genus duxit, sequitur inde, ipsum *Wichmannum* fuisse Saxonem. Bona eum hereditaria possedisse in pago *Hameland*, colligere datur ex diplomate Ottoniano, supra allato. Comitatum habuisse illum in eodem pago *Hameland*, discere poteris e diplomate Ottonis Magni, quod *Benj. Leuberus* in sua de *Stapula Saxonica disquisitione* num. 1595 publici iuris fecit, in quo ad annum 954 prædium, situm in loco *Dauindre*, in pago, qui dicitur *Hameland*, et in comitatu *Wigmanni*, traditur monasterio, constructo *Magdeburgi*. Cum itaque comes *Wichmannus* pater *Adelæ* vixerit tempore Ottonis I, censemus, *Wichmannum* illum fuisse *Wichmannum II*, filium *Wichmanni I*, cuius erat frater *Hermannus*, filius *Billingi*, dux Saxonie celebratissimus. Alius enim *Wichmannus*, qui tempore Ottonis Magni vixerit, notus non est. Pater eius *Wichmannus I*, cuius progenitores iam supra §. 104 not. (W) adduximus, mortuus fuit anno 944, testante *Necrologio Fuldensi Tom. III Leibn.* p. 763. Hinc eum pro fundatore et conditore monasterii *Eltene*nsis, ac pro patre *Adelæ* habere non libet. Sequeretur enim ex eo, *Adelam*, anno circiter 944 natam, peperisse *Meinwercum* episcopum anno 959. Cum vero ita *Meinweri* frater nati maximus anno 958 in luminis auras prodierit oporteat, *Adelæ* ad annum 957 nuptias celebrasse videtur cum comite *Imado*. At eo tempore, si sic ratiocinati fuerimus, *Adelæ* vix tredecim habuisset annos. Annum vero natalem antiquiorem ei adscribere non possumus, siquidem illa floruerit anno 1024. *Wichmannum* ergo II pro patre *Adelæ* matris episcopi *Meinweri* reputamus.*

Iam porro quæritur, quomodo bona hereditaria, in pago *Hameland* sita, manui obtigerint *Wichmanni II*? An *Wichmannus II* ea primus acquisiuit? An pater eius *Wichmannus I* ea comparauit? An vero auus eius, comes *Billingus*? Ut ergo lucem afferamus rebus, non obscuritatem; sequentem tabulam genealogicam præmittamus oportet. En illam.





Quod itaque ad propositam quaestionem attinet, nullum vestigium deprehendimus sententiae, si pronuntiare placeat, progenitores *Bilingi* aliquid bonorum possedisse in pago Hameland. Zurphanenses comites, seu, ut in membranis nostris scribuntur, *Sausenenses* (in quorum comitatu pagus Hameland fuit) eorumque progenitores tenuerunt bona feudalia ab ecclesia nostra Corbeiensis. Inde opinati sumus, exstare in archiuo nostro seu tabulario vestigia quaedam, e quibus colligi possit, *Bilingi* progenitores sita in eodem comitatu bona quaedam habuisse. Sed operam perdidimus, dum ista bona exquisuimus vel exquirendis operam nauauimus. Quamuis enim, comitem quandam *Wichmannum* circa annum 850 in pago Hameland comitatum suum habuisse, certum sit, non audeamus tamen, istum *Wichmannum* inter progenitores *Bilingi* referre; rati potius, *Hildiburgam*, *Bilingi* vxorem, istius *Wichmanni* vel filiam vel neptem exstitisse, atque huius interuentu familiam *Billinganam* bona quaedam in pago Hameland acquisiuisse. *Wichmannum II*, nepotem *Bilingi*, comitatum et bona hereditaria, in pago Hameland sita, habuisse, iam supra significauimus. Ac ex eo momento concludimus, iam eius patrem, *Wichmannum I*, tenuisse in eodem pago tam bona hereditaria, quam comitatum. Illud enim indicare videtur *Widekindus noster Annal. L. III. p. 657* referens, *Wichmannum monitum ab imperatore, in Baiouariam proficisci volente, quod destitutus a patre et matre loco filii eum assumserit, liberaliterque educauerit et honore paterno promouerit, rogatumque, ne patruo (sc. Herimanno duci) molestiam inferret.* Nec alienum a veri specie est, *Wichmannum I* bona quaedam in Belgio ac Hamelandia acquisiisse per coniugem suam. Haec enim, ut iam supra §. 104 not. (n) demonstrauius, erat *Frederuna*, reginae Mahtildæ soror. Eapropter autem negandum non esse censemus, ipsum *Bilingum* comitem bona, in pago Hameland sita, accepisse in dorem a patre coniugis suae *Hildiburgis*, cui secundum probabilissimam coniecturam nomen fuit *Wichmanni*, et huius in memoriam a *Bilingo* filium suum appellatum fuisse *Wichmannum*. Atque sic nomen *Wichmanni* in *Billinganam* familiam videtur fluxisse.

*Wichmannum II* adsciuisse sibi coniugem, didicimus e *Widekindo nostro Annal. Lib. III p. 658* seq. narrante, *Wichmannum, suscipis fugatisque Slaus, ad Hugonem ducem fuga elapsus esse, scientem vero (anno 957), Saxoniam bellatoribus vacuam, a Gallia profectum Saxoniam occulte intrasse, domum coniugemque reuississe et inde se iterum alienigenis immeruisse, post haec vero obtinuisse, ut patria coniugisque patrimonio cum gratia imperiali fruereetur.* Cum vero *Wichmannus* filiam habuerit nomine *Luitgardam*, concedere possumus, eius coniugem quoque appellatam fuisse



Ab anno  
854 usque  
877 re-  
gnante  
Hludo-  
uico et

*Luitgardam*, eandemque fuisse Arnolphi comitis Flandrensis filiam, qua cum multa prædia in inferiori Germania obtinuerit, vii Widekindus noster videtur indicare. Quamobrem illi eruditi non errasse videntur, qui cum inter *comites Hollandiæ et Frisiæ* referunt. Ipsum vero *Wichmannum II* tandem anno 966, non anno 964, neque anno 962, vii C. Abelius in *Sächf. Alterth.* p. 434 perhibet, esse mortuum, *Widekindus noster Ann. Lib. III* p. 660 seq. his enarrat verbis, quæ in MScto nostro ita habent: *Audienti autem Wichmannus, urbem captam, sociosque oppressos, ad orientem reuersus, iterum se paganis immergit, egitque cum Slavis, qui dicuntur uoluntini, quomodo Misacam amicam imperatoris bello lacefferent. Quod cum minime latuit, qui misit ad Bolizlaum regem Boemorum, gener enim ipsius erat, accepitque ab eo equitum duas acies, cumque contra eum Wichmannus duxisset exercitum, pedes primum ei immisit, cumque ex iussu ducis paulatim coram Wichmanno fugerent, a castris longius protrahitur, equitibusque a tergo immixtis signo fugientes reuersionem hostium monet. Cum ex aduerso et post tergum premeretur Wichmannus, fugam snire tentauit. A sociis igitur arguitur sceleris, quia ipse ad pugnam eos instigauerit, fidemque equo, cum necesse fuerit, fugam facile inierit. Coactus itaque equo cessit, pedestris cum sociis certamen iniiit, eoque die viriliter pugnant armis defenditur. Ieiunio autem et longiori via, qua per totam noctem armatus incessit, mane cum paucis admodum aream cuiusdam iam sessus intrauit. Optimates autem hostium cum eum reperissent, ex armis agnoscuunt, quia vir eminentis esset, interrogatusque ab eis, quisnam esset, Wichmannum se esse professus est. At illi arma deponere exhortati sunt, fidem deinde spondent, saluum eum domno suo presentari hocque apud ipsum obtinere, quatenus incolumem imperatori resituat. Ille licet in ultima necessitate sit constitutus, non immemor pristina nobilitatis ac virtutis, dedignatus est talibus manum dare, petit tamen, ut Misaca de eo annuncient, illi velle arma deponere, illi manum dare. Dum ad Misacam ipsi pergunt, vulgus innumerabile eum circumdat, eumque acriter impugnat. Ipse autem quamuis sessus multis ex eis fuis tandem gladium sumit et potiori hostium cum his verbis tradidit, accipe, inquit, hunc gladium et deser domno tuo, quo pro signo victorie illum teneat, imperatorique amico transmittat, quo sciat aut hostem occisum irridere, vel certe propinquum deslere: et his dictis conuersus ad orientem, ut potuit, patria voce domnum exorauit, animamque multis miseris et incommodis repletam pietati creatoris omnium effudit. Is suis Wichmanno, talisque omnibus fere, qui contra imperatorem arma sumserunt.*

Superstitasse *Wichmanno* filium cognominem, collegimus ex iis momentis, quæ inter *comites Wichmannum III et Baldericum, Adela* coniugem, obuia fuerunt et peracta. Refert enim *Ditmarus Tom. I Leibn.* p. 411 seq. inter *Wichmannum et Baldericum*, comites, diurnam intercessisse contentionem, ortam, opinor, ob bona paterna, quæ tam *Wichmannus*, utpote *Wichmanni II* filius, quam *Baldericus*, utpote *Wichmanni III* sororius, sibi vindicabat. Addit *Ditmarus*, eandem contentionem *Baldericum*, sæpe ob eam in prælio devictum, adeo adfixisse, ut inter ceteros primares fastidio cum magno versatus sit et dedecore. Addit idem, interim *Wichmannum* ad discordiam diu insanientem pacis federe sedandam adiecisse animum, et *Baldericum* amicis precibus domum suam vocasse, conuiuioque excepisse ac munere placasse suscepto. Vxor vero *Adela Baldericum* mouit, ut retibus dolosis hic *Wichmannum* occuparet, qui nunquam per vim capi potuisset. *Baldericus* ergo vicissim ad confirmandum captæ familiaritatis vinculum inuicauit *Wichmannum*, eumque optime susceptum, at infecta veneno potione illico turbatum, ac postridie ad suos reuersurum dimisit ornatum muneribus. In itinere autem, militibus *Balderici* dolose ibidem tardantibus, a quodam seruo insciens et ex improviso prostratus fuit, presente *Balderico* et eadem nullatenus vlcescente. Patet e sequentibus *Ditmari* verbis, hanc fuisse peractam eadem anno 1016. De eadem cæde videtur agi in *Chronico Quedlinburgensi Tom. II S. R. B. Leibn.* p. 291 his verbis: *MXVI Wigman comes occidentalis Saxonie, inter se et Baldericum comitem reconciliata pace, persuadente callida perfida et auara coniuge eiusdem, insidiis pessimorum in itinere dolose peremptus occubuit.* Mentio hic fit de *Balderico*, marito *Adile*, matris *Meinweri* episcopi. Cum enim primo corpus *Wichmanni* ad Frecheim ciuitatem delatum, ibidemque ad fratres suos collocatum sit, deinde *Balderici* vrbs Upplun, (quæ iuxta Eltenc olim erat sita, in qua et *Tbiedericus*, filius *Imadi*, iussu matris *Adile* anno 1015 fuerat occisus, teste *Vita Mein-*



*Meinweri* p. 540) propter necem, *Wichmanno* illatam, sit destructa a Thiedrico Monasteriensi episcopo eiusque *comprovincialibus*; denique vero et Bernhardus dux, qui nepos erat ducis Herimanni Billingi, nefandi criminis ultor, et iure (sanguinis) omnino filii *Wichmanni* comitis adhuc paruuli eiusdemque hereditatis totius tutor extiterit, teste *Ditmaro* l. c. p. 412, *Wichmannus* iste fuit filius *Wichmanni II*, et *Baldericus* vitricus episcopi Paderbornensis *Meinweri*. Falso itaque perhibetur, *Wichmannum*, occisum fuisse patrem comitis Adelæ, quippe qui iam anno 966 mortuus erat. Ex omnibus autem istis momentis fit palam, *Adilam*, nobilissimo licet sanguine procreatam, sceleratissimam fuisse feminam, auaram, voluptuosam, immo fallacem, astutam et crudelem. Quamuis illa vero malitiosa fuerit mulier, auctor tamen *Vite Meinweri* vera de ea minime retulit, dum p. 540 narrat, *venisse eam ad filium suum episcopum in Patherbrunnon, et oblati ei bonis, ad temporalis vite subsidia sibi delegatis, Nouam domum (Neuhaus) cum attinentiis eius, quamdiu viueret, sibi ab eo concedi petiisse, episcopum vero, ne tacta pice ab ea inquinaretur, consortium eius vel commercium omnimodis recusasse, seque bonis eius non indigere protestatum esse, illique mandasse, ut ab omni suo episcopo vel alodio quantocius recederet: qua accepta repulsa cum ignominia, illam maiori aduersus episcopum exarsisse inuidia, atque ad eius contumeliam et maiorem inuidiam Baldericum comitem, licet hominem fortem, diuitem, et potentem, non tamen eius matrimonii congruentem maritum accepisse, eiusque consilio filium proprium Thiedericum comitem, episcopo quasi animam suam dilectum, ab hominibus eius occidi præcepisse. Sed vera haud esse, quæ primo loco auctor ille memoria prodidit, id patet ex eo, quod iam anno 997 *Adila* Baldericum habuerit sibi matrimonio sociatum, *Meinwercus* vero demum anno 1009 episcopatum Paderbornensis ecclesie acceperit, vti ipse auctor l. c. p. 522 retulit. Inter aniles ergo fabulas referenda esse ea, credimus, quæ auctor l. c. p. 542 de morte et sepultura *Adilæ* nostræ narrauit, indicans, *Coloniæ* eam esse mortuam et ante ecclesiam *B. Petri* sepultam, sed tempestate adeo saeuiente, ut totius ciuitatis interitum minaretur: effusam ergo esse illam atque in Rhenum proiectam, ubi ipse Rhenus sui inundatione et fluctuum collisione pluribus diebus ita efferbuerit, quasi, se maledictam illam non posse ferre, manifeste protestaretur. Si enim id dogma ad sensum dignum esset, quod dicitur, Deum miracula edere, si mala mulier moriatur; tunc utique horridæ tempestates furerent semper nimbis stridentibus. Id facile concedimus, mortua *Adila Meinwercum* cum sorore sua bona hereditaria, intra inferiorem Germaniam sita, diuisisse: atque hanc, sororem puta, partem suam *S. Vito* in *Eltene* contulisse; illum vero suam partem cœnobio, quod ipse in ciuitate Patherbrunnenfi inchoauerat, delegasse.*

Vt ergo tandem in viam, a qua paululum deflexeramus, redeamus, e bonis *Mein-*episcopi *Meinweri* comprobare libet, vera esse ea, quæ hæcenus de origine istius *Meinweri* prædicauimus. Amplas et magnas fuisse opes *Meinwerco*, id patet ex eius responso, quod ipse *Heinrico II* dedit cæsari. Rex enim, denunciato sibi obitu *Rhetarii*, episcopi Paderbornensis, *Meinwercum* aduocauit, et consueta beneuolentia ei arridens, sumpta chirotheca, accipe, inquit. Quo, quid esset accepturus, percontante? episcopatum, ait rex, Patherbrunnenfis ecclesie. Illo autem dicente, quid sibi episcopatus ille deberet, qui de bonis propriis excellentiorem construere valeret? Quia hoc, inquit rex, veraciter considero, ideo te inopia illius misericorditer subuenire desidero, ut illius in celo coheres fieri merearis, cuius piam matrem in terris heredem tuum faceris. At ille hilariter, ego, inquam, ea spe et conditione episcopatum suscipiam. Ita relatum legimus in *Vita Meinweri Tom. I Leibn.* p. 522. Iam autem ex diplomate imperatoris *Heinrici* iam supra adducto elucescit, *Meinwercum* hereditario iure possedisse prædia *Immedesbuson, Walmouthem, Hauerlon, Hukilbem, Mandelbiki, Goltziki, Dodonbuson, Hokinesleuo* et *Wakeresleuo*. Inter hæc *Immedesbuson*, olim Comitum sedes, est *Imshufen* prædium, in principatu *Grubenhagico* situm. Tenuerunt id *Barones de Steinberg* in feudo ab ecclesia Paderbornensi. *Walmouthem*, locus est *Walmoden*, situs in episcopatu *Hildesensi* intra præfecturam *Woldenberg*. *Hauerlon* est *Hauerla* in eodem episcopatu in præfectura *Liebenburg*; *Hukilbem* erit vel vicus *Hocklem* in principatu *Göttingensi* haud procul ab oppido *Northeim*, vel *Hokelen* in episcopatu *Hildesensi* in præfectura *Marienburg*. Locus prior venit in censum, siquidem ex heredio suo ibi *Meinwercus* ac eius successores cœnobium



Ab anno  
854 vsque  
877 re-  
gnante  
Hludo-  
uico et

bium construxerunt? *Mandelbiki* est Mandelbeek, locus principatus Göttingensis intra praefecturam Brunstein, olim ad cenobium Wibrechtshufanum relatus; *Golziki*, villa nec Goldbach seu Golmke in ducatu Brunsvicensi, haud procul a monasterio Amelunchsborn posita, nec Goldbach haud procul ab oppido Creutzberg in Hassia sita, esse videtur. Cum enim eandem villam cum villa *Dotenhusen* Meinwercus anno 1031 tradiderit monasterio Abdinghouiano, atque Henricus caesar III, eisdem villas in comitatu Bernhardi ducis anno 1053 sitas fuisse, asserat, probabile nobis videtur, easdem villas bonis, quae Wichmannus comes in pago Hameland possedit, adnumeratas fuisse. *Hokinesleuo* et *Wakeresleuo* praedia nobis cognita non sunt. Quamvis enim in archiepiscopatu seu potius Ducatu Magdeburgico inueniatur vicus Wackersleuen, atque in ducatu Brunsvicensi haud procul ab oppido Schöningen olim vicus Wagersleuen exstiterit, nec non vici, quibus est nomen Herckesleuen, Heymersleben, Hassleuen, Harffleuen, Hamersleuen, Hötensleben, Haldensleuen, Hadmersleben, Hersleben, Hildesleben, Hillersleben, Honesleue, ac Hohenwarsleben in Saxonia nostra reperiantur, aliquid certi tamen definire non audemus. Fortassis illos acquisiuit Billungus ea atate, qua Comes per pagum Neletici fuit. Illud probabilissimum esse videtur, bona, in principatu Göttingensi olim sita, fuisse familiae Billunganae propria. Cum enim auctor Vitae Meinwerci loco laudato asserat, *Adelam* eadem praedia possedisse hereditario iure; bona ea sine dubio erant paterna. Iam autem supra §. 104 not. (w) docuimus, familiam Billinganam in principatu Göttingensi bona tenuisse. Ibi simul indicauimus modum, quo ea in manus Billingorum peruenire potuerint. Ergo erat *Wichmannus* ille omnino pater *Adelae*, neposque Comitis Billingi. Ex hoc momento colligere licet, castrum *Plesse*, in eodem principatu Göttingensi situm, quod, teste *Vita Meinwerci* p. 528, praedium hereditarium erat Meinwerci episcopi, ad eadem Billungana bona fuisse relatum, et pari ratione in manus eiusdem episcopi peruenisse. Quibus dictis illud porro libet adiungere lectorique nostro in memoriam reuocare, familiam Billinganam inter coheredes ducis Ostfalorum Hessi nomen professam fuisse. Ab hoc Hessio videntur villas *Walmontem* et *Hauerlon* Billingani accepisse. Nolim tamen de eo Iovem lapidem iurare.

Quemadmodum vero *Wichmannus* comes, auus maternus *Meinwerci*, in pago Hameland bona hereditaria possedit, ita ex his bonis *Meinwercus* ad annum 1031 monasterio Abdinghouiano donauit villas *Goltbeke*, *Dotenhusen*, *Waltmanninkhuson*, *Merebeke* et *Rimi*, testante sequenti diplomate, quod e MS<sup>co</sup> adiungimus, lectu omnino dignum. En illud.

**Q** In nomine sce et indiuidue trinitatis. Rerum omnium creatorem deum summum et immutabile esse bonum omnium stat rationi fidelium cuius omnipotentiam aliquo indigere superfluum est estimare vel credere, quomodo uero in libro salomonis scriptum inuenimus. diuitie hominis redemptio anime illius. et ab ipso auctore mundi preceptum legimus date eleemosinam et omnia munda sunt uobis. ita prestat ut ex beneficiis ab eo nobis collatis ob redemptionem animarum nostrarum qualiacumque possumus in eius seruitio expendamus pauperibusque eius membris succurrendo de mammona iniquitatis faciamus amicos qui nos recipiant in habitacula eterne beatitudinis. Hac igitur ratione ammonitus ego *Meinuericus* utinam episcopus consilio et auxilio beati memorie Henrici imperatoris pro remedio anime mee et parentum meorum in suburbio episcopii mei monasterium construxi et in honore omnium sanctorum deuotissime consecraui eiusdemque in dotem ecclesie ex hereditate parentum meorum siue acquisitione propria predia subter nominata cum omnibus suis pertinentiis solemniter tradidi delegaui et concessi *Widun* cum ecclesia *gellendorp rumbeke merebeke* cum ecclesia *dotenhuson waltmanninkhuson rimi driburi goltbeke hauergo nedere balhornon* cum decima *lessete* cum decima *wanbeke boensle radinheim* cum ecclesia et decima *putten* cum ecclesia et decima et ecclesiam in *wortbuson tesserband* cum ecclesiis *tulen hasibi gamberen belleuue niuuela* cum decimis earum *burgnon* cum decima de episcopatu meo item *burgnon* cum








Ab anno  
854 vsque  
877 re-  
gnante  
Hludo-  
uico et

ad ultimum ob nŕę uoluntatis et benigne adhortationis excellentiam collaudantibus eidem monasterio et abbati Egilberto suisque successoribus et monachis inibi deo famulantibus auctoraliter nŕa ad stipulationem confirmamus et corroboramus cum omnibus suis appendiciis hoc est utriusque sexus mancipiis areis edificiis terris cultis et incultis pratis piscibus aquis aquarumque decursibus molis molendinis piscationibus siluis uenationibus exitibus et redditibus uicis et inuicis questibus et inquirendis cum omni utilitate que illo modo poterit inde provenire. ea uidelicet ratione. ut predictus abbas suisque successores de prelatibus predictis liberam de hinc potestatem habeant obtinendi commutandi preariandi uel quidquid illis ad usum eiusdem monasterii placuerit inde faciendi cum consensu episcopi. Insuper etiam firmum et stabile perpetuo iure sancimus ut nullus dux aut comes aut aliqua persona parua uel magna prelatum abbatem eiusque successores super eiusdem bonis inquietare molestare aut deuestire presumat. Et ut hec nŕe imperialis confirmationis auctoritas stabilis et inconuulsa per succedentium temporum monumenta permaneat hanc cartam inde conscriptam manu propria ut infra uideatur corroborantes sigilli nŕi impressione iussimus insigniri.

Signum domni  
Heinrici tertii  
regis



ŕedi Romanorum  
imperatoris inui-  
ctissimi.

Wintherius cancellarius uice luitbaldi archicancellarii recognoui.

Sigillum obuium  
est in Tab. IV.  
num. I.

Acta X kal. aprilis anno dñice incarnationis MLIII indict. VI. anno autem domni Heinrici tertii regis imperatoris autem ŕedi ordinat. eius XXV regni XV imperii VII actum Goslare in dei nomine feliciter amen.

Dignum memoratu id in hoc diplomate esse censemus, quod traditioni *Meinweri* episcopi post fata eius multum contradixerint *Luitboldus* atque *Adalbertus*, affirmantes, bona, in *Dotonbusen*, *Waltmannkbusen*, *Merebeke*, *Rimi*, *Radincheim* in *Teslerbant* sita, hereditario iure ad se deuenisse. Ex quo momento colligimus, eosdem fuisse filios *Wichmanni III* et *Balderici*. *Radincheim* certe, ad Rhenum situs, locus, fuit domicilium comitis *Balderici*, qui vitricus erat *Meinweri* episcopi, Vita *Meinweri* teste p. 541 seq. Ibi refertur, *Meinwercum* in *Radincheim* quoddam *dorsale*, in cubiculo matris sue suspensum, deiici iussisse, atque occulte caballo impositum ad monasterium suum nouum Paderbornę uisendum quantocyus deferri imperasse, ipsum uero *dorsale* matrem eius ad nominis sui memoriam, atque in honorem *Balderici* comitis fieri et pingi curasse, eo quod draconem in loco quodam interfecerat. Consanguineos ergo eos fuisse oportet *Meinweri* episcopi. Nihilominus negari non potest, *Meinwercum* fuisse nepotem *Wichmanni II*, eiusque patrem *Immadum* e sanguine *Widikindeo* fuisse ortum. Atque ut illud eo clarius elucescat, premittendum est diploma fundati collegii canonicorum *Bustorfiani*, cuius apographum accepimus e manibus docti cuiusdam uiri *Paderbornensis*. Id sic est conformatum.

In



**Q**uod in honore sc̄ae trinitatis et indiuiduae unitatis. Notum sit regie potestati omniq. pontificali dignitati cunctoq. ecclesiastico ordini uniuersosq. populo xp̄iane fidei signato quod ego *Meinuericus* peccator anno ab incarnatione dñi MXXXVI. licentia serenissimi imperatoris *Chuonradi* ac consensu moguntini archiepi *Bardonis* colonienfis archiepi *Hermannis* wirceburgensif ep̄i *Brunonis* cepi construere eccliam extra Patherbrunnen ciuitatem in orientali parte positam ad similitudinem sc̄e ierosolomitane ecclie et ob honorem sc̄e dei genitricis et perpetue uirginis marie et btorum ap̄lorum petri et andree pro illa obtinenda celesti ierusalem. in hac autem ecclia canonicos deo seruientes congregauit quibus uictum et uestitum de propriis bonis ministrari. in die autem sc̄ificationis benedictione peracta ante missarum solemnia sermone ad populum finito more aliarum eccliarum deo consecratarum dotaui eam dñis curtem unam in *Theldun* quam ex hereditate paterna possedi. duas precarie acquisitas unam in *Wallthi* alteram in *Asbiki* et unum uoreuerc in *Assiki* unam curtem in *ualle*. quia uero de prediis in confinio tantum non habebam ut sufficere posset ad usum ecclie ac deo seruientium in ea consilio fidelium nr̄orum accepto decimas. subscriptas de dominicalibus curtibus *ad me pertinentibus* eidem ecclie dedi. quarum prima est *ENENHVS* cum XIII uoreuerc ad eam pertinentibus *Stidinen Benneðisla Colðidi Dedinghuson Heddinghuson Dale Hengkilari Hilimari Suafsharen Barghuson Brochufon Balhornon Patherbrunnon*. SVTHEM et tres uoreuerc ad eam pertinentes *Kircthorp Holthem Siuuardifon*. NIGENHVS et quatuor uoreuerc ad eam pertinentes *Hasa Ascha Bruch Tuna*. BEKINA et quatuor uoreuerc ad eam pertinentes *Henghi Elnere Brochufon Aslan*. BERGHVSON et quinq. uoreuerc ad eam pertinentes *Uralanhuson Meginchufon Burchufon Hepin Ikamanninctorpe*. BIKESETEN et tres uoreuerc ad eam pertinentes *Hise Unrecasson Ekama*. HELAGANKIRCAN et duo uoreuerc ad eam pertinentes *Aldenthorpe Bardingthorpe*. LVTHIDE et duo uoreuerc ad eam pertinentes *Dodenbroke Breca*. HEGINHVSON et quatuor uoreuerc ad eam pertinentes *Rotbbeðifson Berga Holtesminne* duo AGINHVSON et sex uoreuerc ad eam pertinentes *Sandenebiki Homa Sastincthorpe Stenhem Hardincthorpe La*. NIHEM et quatuor uoreuerc ad eam pertinentes *Malrede Leuerincthorpe Pummasson Baddenbuson*. HERISTALLI et quinque uoreuerc ad eam pertinentes *Wirgifi Thefli Breca Henmadasson Boffasson*. DASEVRG et duo uoreuerc ad eam pertinentes *Dasburg Astnedere*. WARDBVRG et tria uoreuerc ad eam pertinentes unum in ipsa uilla *VWestmedere Astdagasson*. CVLITE et tres uoreuerc ad eam pertinentes unum in ipsa uilla *Uorði Rothum*. HIRISVVITHVSON et tres uoreuerc ad eam pertinentes *Aslan Bilmchufon Teuinchufon*. CURBIKE et quatuor uoreuerc ad eam pertinentes *Daluuc Anasi* item *Anasi Lengeuelde*. VILISI et unum uoreuerc ad eam pertinentem *uernethi*. *Asbiki* que est iuxta *Horsle*. ipsas autem uillicis qui domos hasce predictas inhabitant uel his qui post eos ponendi sunt nihil omnino permittentes nisi quindecim iugera pro uestitu alia uero que laborauerint in agro uel nutrierint in domibus tam propria sua que habent aut postea deo annuente possessuri sunt quam ad nr̄am potestatem pertinentes quadrupeda siue pennata more solito absq. ulla contradictione addecimarent. Ut ergo nulla ex his premitterem que mihi a deo data erant dedi etiam decimam in *Sinitibi* super armenta mea et super examina apum fideliter deo et dño nr̄o ih̄u xp̄o sc̄oq. spiritui offerens uota mea. Si quis autem eorum qui uidentur his omnibus preesse presumtuose hanc meam traditionem per malam uoluntatem aut propter nequitiam cordis sui irritauerit et secundum meam dispositionem decimam non dederit dicens se non iuste daturum et hoc a procuratore fratrum uel ab ipso sp̄posito loci uel quod maius est a communi fratrum querimonia proclamatum fuerit. si ministerialis huius rei rector est iuramento se in reliquiis nr̄is purgabit. si lito iudicio ferri igniti synodali sententia se liberabit.



Ab anno  
854 usque  
877 re-  
gnante  
Hludo-  
uico et

ne autem alicui successorum meorum non bonę uoluntatis uiro neq. amore dei in corde suo retinenti mensę suę stipendia diminuisse uidear sciat has decimas me et de hereditariis et de acquisitis centies restituisse. Ponebam etiam terminum ut unaqueq. solet habere ecclia audiente clero cunctoq. populo congregato nullo contradicente sed magis uoluntati meę in omnibus consentiente confitente uniuerso clero hec omnia sine ulla contradictione posse fieri inprimis uillam hanc que dicitur *Aspitbara* aliam que uocatur *Hildelinchufon* tertiam que uocatur *Hassuithufon* quartam *Hobensili* que uulgari uerbo dicitur quadin quintam *Asbetinchufon*. Super hec omnia cum non possent habere ullam utilitatem sylvarum potestate episcopali dedi eis in *Benuidifla* et in marchiis *Thurnithorum Renghithinchuforum* *Hildelinchuforum* *Aspetharorum* in unaquaq. ebdomada pondera sex plaustrorum. dedi etiam ad honorem et utilitatem ecclie partem *Sunder* meę in orientali plaga uie que uadit ab urbe ista usq. in *Asbetinchufon*. Sciat namq. fidelis in dno frater mei ordinis locum meum possessurus omnisc. ecclia catholica his litteris A et CTC a me priuilegium hoc signatum propriis manibus meis sigillatum peractaq. benedictione sepulcri et altaris antepositi VIII. kal. iunii missa celebrata filiis ecclie traditum. ea uidelicet ratione. ut si quando tribulationem seu contradictionem harum rerum prenominatarum ab aliquo patiantur scripturarum testimonio ueritas approbetur. Traditionem autem hanc si quis successorum meorum aut *consanguineorum* seu posterorum eorum a quibus *precario partem quandam acquiseram* infringere uoluerit btorum apolorum petri et andree et eporum *Bardonis Hermannis et Brunonis* quorum testimonium priori introduxi loco meoq. banno et omnium animarum deo consecratarum in secundo cum uenerit dnus unicuiq. operum suorum premia redditurus cum iuda traditore anathemate feriatu perpetuo. qui autem post instinctum dei patris omnipotentis ex meis interfuere quorum consilio auxilioq. hec omnia perfecim paucis notabo nominibus. *Sigehardus* abbas *Patherbrun*. *wino* abbas *Helmuuardihufen*. qui mensuras ecclie et sepulcri de ierusalem apportauit. *Hofadus* prepositus matris ecclie et frater eius usq. dodico decanus. *Bouo* prepositus loci istius. *Betelinus* camerarius. *Eppo* dapifer. *Cizo* *Geilo* fratres et pincerne. *Eue* et filii eius. *Landico* et *Eue*. *Dudo*. *Titman* de *Enenhuf*. *Aldericus* de *Nienhuf*.

Si hæc bona, quę *Meinwercus* tam monasterio *Abdinghoviano* quam collegio *Bustorfiano* tradidit, penitissime considerare libet, bona illa, ad villas *Theldun*, *Putten* et *Vorthufen* sita, sine ullo dubio ipse acceperat ex hereditate patris sui *Imnadi*, cui illa tradita fuisse credimus ex nuptiis, cum *Adela* contractis. Pater enim e diplomate *Ottomaniano* supra adducto, has villas fuisse inter hereditaria bona comitis *Wichmanni* patris *Adelę* recensitas, et intelligitur designari per *Theldun* oppidum *Delden*, in prouincia *Transsilana* in *Belgio Fæderato* situm. E quibus momentis præterea diiudicari poterit, quoniam iure *Imnadius*, pater *Meinwerci*, a recentioribus comes appelletur in *Teserbant*, scilicet eo iure, quo ipse fuit possessor bonorum quorundam in pago *Hameland*, id est, in comitatibus *Zutphen* et *Ober-Yffel*. Fuisse autem *Immadum* comitem origine *Widikindeum*, id patet e bonis, quę *Meinwercus* episcopus itidem ex hereditate parentum tenuit, quęque sunt 1) *Tuilon* cum quatuor ei adnexis ædiculis seu capellis *Hafibi*, *Gamberen*, *Hellewe* et *Niwela*, de quibus locis iam supra, ubi de pago *Teserbant* egimus, diximus. Quodsi igitur iam supra demonstrauius, familiam *Widikindeam* in eundem tractum dominatam esse, eapropter pater *Meinwerci* ad eandem quoque familiam referendus fuerit. Id ipsum indicat 2) curtis maior *Enenbus*, intra quam bona, ad *Meinwercum* episcopum spectantia, idem *Meinwercus* anno 1036 collegio *Bustorfiano* cum aliis bonis in *XIII* *Vorewerc*, eodem referendis, scilicet *Stidinen*, *Bennidisla*, *Colfidi*, *Dedingbuson*, *Heddingbuson*, *Dale*, *Hengkilari*, *Hilimari*, *Suasbaron*, *Bargbuson*, *Brochbuson*, *Balbornon* et *Patherbrunnon* donauit. Inter villas hæc *Stidinen* memoratur, quę est *Stiden* in episcopatu *Paderbornensi*, *Bennidisla* *Bensen*, *Colfidi* *Colsted*, *Dedingbuson* *Dedinckhufen*, *Heddingbuson* *Heddinghufen*, *Dale* *Dalen*, *Hengkilari*  
Hen-



Hengelern in dynastia Wevelsburg, *Hilimari* Helmeren in eadem dynastia, *Suarbaron* Schwafferen in eodem dominio, *Barghuson* Barchufen in dynastia Burana, *Brochufon* Brockhufen, et *Balbornon* Balhorn. Huc quoque referimus 3) *Helagankircan* cum *Aldenborpe* et *Bardingtorpe* intra dynastiam Buranam sitam, inter quas *Bardingtorpe* sine dubio a quodam Bardone, cuius nominis aliquor dominos in familia Widikindea deprehendimus, nomen accepit. Liber 4) villam *Lutbihe* cum duobus prædiolis seu *vorewerc*, ad eam pertinentibus, *Dodenbroke* et *Breca*, quæ testibus membranarum nostris in pago erant Huuetigo, in quem familia Widikindea passim dominata est, ad eadem bona referre. Eodem referimus villam *Aginbuson* cum sex *vorewerc*, ad eam spectantibus, *Sandenebiki*, *Homa*, *Sastinctborpe*, *Stenbemi*, *Hardinctborpe* et *La*, de quibus iam supra egimus. Eisdem annumerare placet 5) *Culite* curtem cum duobus *vorewerc* *Vorsti* et *Rothun*; *Hirivithufon* cum tribus *vorewerc*, *Aslan*, *Bilinchufon* et *Tevinchufon*, itemque curtem *Curbike* cum quatuor *vorewerc* *Dalwic*, *Anasi*, item *Anasi* et *Lengevelde*. *Culite* enim est Cülte, locus in principatu Waldeccensi intra præfecturam Wetterburg situs; *Vorsti* est Verste in dynastia Wevelburg, *Rothun* est Roden in præfectura Roden intra Waldeccensem principatum; *Hirivithufon* est Hardehufen in terris episcopatus Paderbornensis. *Aslan* est Asselen haud procul a Lichtenau. Bona enim ad villam *Aslan* sita in loco Ringhelmi, quippe quæ alia villa est, *Volmarus* Meinwerco donavit, vti iam supra vidimus. *Bilinchufon* est Billinghufen intra præfecturam Landau in principatu Waldeccensi. *Tevinchufon* est Deringhufen in eadem præfectura; *Curbike* est Corbach; *Dalwic* est Dalwig; *Anasi* et *Anasi* est Ober- et Nieder-Ense, ac *Lengevelde* est Lengefeld. Omnes hæc villæ in præfectura Eisenberg sitæ sunt intra principatus Waldeccensis tractum. Iam vero supra demonstravimus, dominos, ad familiam Widikindeam spectantes, in his villis, vel in aliis locis, quæ his villis fuerunt contermina, possessiones et bona habuisse. Patrem ergo *Meinwerco*, *Immadum*, qui trinepos erat *Widikindi Magni*, ad eandem familiam referimus, rati, ecclesiam Paderbornensem *Meinwerco* acquisitionem et accessiones illorum bonorum aliorumque Widikindeorum prædiorum debere.

De fratre episcopi *Meinwerco*, *Theodorico*, eiusque sororibus, *Glismoda* atque 2) *Theodorici*, non opus est multa dicere, cum e testimonio *Vite Meinwerco*, iam supra adducto, pateat, eosdem fuisse liberos comitis *Immadi*. *Theodoricus* mortuus est, restante Necrologio Abdinghoviano, VII idus Aprilis. *Glismod* vero habetur a *Gelenio*, qui eam *Gisela* vocat in *Auctario ad Vitam S. Engelberti*, pro matre imperatoris *Heinrici II*, cui videtur assentire *Nic. Schatenius* in *Annal. Paderb.* 4) *Azela*. T. I. p. 388. Sed cum *Heinrici II* cæsaris pater fuerit *Heinricus* dux *Bavariæ*, omnino ex verbis abbatis *Urspergensis*, quorum tantum partem adduxit *Schatenius* l. c. vel ex *Alberto Stadeni* ad a. 1104 p. m. 147 discere potuisset *Schatenius*, *Glismoda* fuisse uxorem *Retingi*, filii *Botonis II*, nepotis *Retingi I*, et pronepotis *Botonis I*, cui *Retingo* *Glismoda* peperit *Friderunam*, uxorem *Hartwigi* comitis palatini, qui fuit germanus illius *Sigehardi*, qui *Sigihardum* genuerat *Ratisponæ* peremtum. *Frideruna* vero mater fuit *Erbonis* et *Botonis*, quem sicut corpore proceriorem et elegantiorum, ita rebus bellicis præstantiorem atque famosiorem, totius pene *Germaniæ* atque *Italiæ* testabatur populus; *Pannonia* vero talem illum ac tantum se ferebat aliquando sensisse, ut is verè de gigantibus antiquis unus apud illos crederetur fuisse. Ipsius *Urspergensis* verbis utimur. Mortua autem est *Glismoda* ad nonas *Februarii*, teste *Necrologio Abdinghoviano*.

Cum vero et *Emmam* appellauerimus sororem *Meinwerco* atque uxorem *Luit-* 5) *Emma* *deri*, comitis, qui erat frater *Bernhardi* ducis atque filius *Hermann* *Billingi*, operæ pretium fuerit monuisse, illam vocatam esse sororem *Meinwerco* atque uxorem *Liudgeri* ab *Adamo* *Bremensi* Lib. II. cap. 60. Ad stipulatur eidem auctor *Vite Meinwerco* p. 524, hæc prodens: *Frater quoque præfati ducis Bernhardi* (filii ducis *Hermann*) *comes Liudgerus* IV Kal. April. (1011) obiit, qui cum uxore sua *Emma* senatrice christianissima multa bona ecclesiæ *Bremensi* contulit. Quod si igitur *Immadus*, episcopus *Paderbornensis*, nominatur ab eodem auctore p. 546 sororius *Meinwerco* episcopi, ipseque *Immadus* episcopus in diplomatibus ad an-



Ab anno  
854 vsque  
877 re-  
gnante  
Hludo-  
uico et

Unwanus  
archiepi-  
scopus  
Bremen-  
sis, nepos  
Immedi  
III.

num 1052 et 1054 quæ exhibet Nic. Schatenius in *Annal. Pad.* T. I. p. 540 seq. et p. 543 seq. *Meinwericum* vocat auunculum suum, non immerito statuitur, *Immedi* episcopum fuisse filium *Emme* ac *Liutderi* comitis. Non ergo arbi-  
tratur, *Emmam* effoctam et sterilem fuisse.

Debemus porro *Unwanum* archiepiscopum Bremensem huic stirpi annu-  
rare. Ad clarissimum genus Immedingorum enim ille refertur ab Adamo Bre-  
mensi Lib. II cap. XXXIII, asserente, sedisse eum annis XVI, serulam suscepisse  
ab Heinrico imperatore ac pallium obtinuisse a Papa Benedicto, assumtum e Cho-  
ro Paderbornensi. Consanguineum fuisse eum *Meinwerco* episcopo, *Unwanus*, Patherbrunnensis  
ecclesiæ canonicus, Lubentio archiepiscopo Bremensi anno 1013 prid. non. Ia-  
nuarii mortuo successerit, *Vita Meinwerco* teste p. 524. Quantum vero conie-  
ctura auguramur, putamus, natum fuisse *Unwanum* ex matre, quæ soror fuerit  
*Immedi*, quo patre vsus est *Meinwerco* episcopus. Quomodo *Unwani* mater ac  
pater fuerint appellati, cuiusque stirpis pater eius fuerit, iam quidem ignoramus.  
Si autem bona ipsa consideramus, quæ hereditario iure ad *Unwanum* archiepi-  
scopum spectarunt, pater eius utique ad progenitores comitum de Lutterberg  
referendus videtur. Pater ille fortassis fuit *Folchardus III*, cui vxor erat *Suane-  
berg*. De hisce egimus supra §. 112 not. (o). Primum enim nouimus, *Unwa-  
num* archiepiscopum possedisse curtem *Hoenside* in pago *Rittiga* in comitatu  
Bernhardi comitis sitam, quam *Unwanus* Heinrico II cæsari legaliter tradiderat,  
qui eam anno 1013 donauit ecclesiæ Paderbornensi, restante diplomate eiusdem  
cæsaris in Schatenii *Annal. Paderb.* T. I. p. 402. Cum hoc consentit *Vita Mein-  
werco* Tom. I. Leibn. p. 524. Deinde *Unwanus* Bremensis archiepiscopus erat  
possessor curtis *Morunga* in pago *Morungano* in comitatu eiusdem comitis Bern-  
hardi seu Bennonis, quam idem *Unwanus* per manum aduocati sui Udonis ei-  
dem regi Heinrico, contradictione omnium hominum remota, tradiderat. Hic  
eandem porro largitus est *Meinwerco* ad annum 1016. 4 idus Ianuarii, restante  
diplomate eiusdem cæsaris in Schatenii *Annal. Paderb.* T. I. p. 417 seq. atque au-  
ctore *Vita Meinwerco* T. I. Leibn. p. 525. Denique *Unwanus* habuit curtem  
*Bernehusen*, in pago *Litga* in comitatu *Udonis* sitam, quam itidem accepit ab eo  
Heinricus cæsar, qui eandem porro donauit *Meinwerco* eiusque ecclesiæ anno  
1016, restante diplomate in *Annal. Schatenii* l. c. p. 418, seq. Quodsi autem  
villa *Hoenside* est Hohnstedt in præfectura Brunstein intra principatum Göttin-  
gensem: *Morunga* porro est Moringen oppidum in eodem principatu, et *Ber-  
nehusen* est Bahnhäusen in præfectura Wolferbuttelani Principatus Stauffenburg;  
in eodem vero tractu domini, quos supra §. 112. ad progenitores comitum de  
Lutterberg retulimus, bona sua hereditaria possederunt, uti loco laudato vidi-  
mus, probabiliter quoque *Unwanus* ad eandem gentem spectauit. Nemo in-  
tercedat, monens, id cum chronologia pugnare, quod matrem *Unwani* appel-  
lauerimus *Immedi* sororem, quippe quæ ante annum 953 sic nata esse debuisset,  
quo pater eius *Immedi* vitam cum morte commutauit. Si enim *Unwanus* archie-  
piscopatui Bremensi præfuit annis XVI, ipse creatus archiepiscopus fuerit oportet  
anno 1013 et mortuus 1029. Cum vero ante annum ætatis XXV pallium  
a papa non potuerit accipere, necesse est, *Unwanus* anno 988 fuerit natus. Si  
ergo mater eius matrimonium contraxit cum patre *Unwani* anno 987, eiusque  
pater anno 953 mortuus est, ipsa annum ætatis XXXV circiter egerit oportet,  
cum anno 988 peperisset *Unwanum*. Utique ergo *Unwanus* esse potuit filius  
sororis *Immedi*, patris *Meinwerco* episcopi. Et hætenus de posteritate *Immedi*.

2) Rain-  
bern fili-  
us Ragin-  
beri.

vicit Da-  
nos anno  
915.

Reuertamur ergo ad *Rainbernum*, fratrem *Thiadrici*, *Widekindi* atque *Immedi*,  
filiorum *Raginberi*. An *Rainbern* idem sit, qui in hoc §. 229 inter testes appa-  
ret, pro certo quidem dicere non possumus. In uiuis tamen ipse iam eo tem-  
pore fuerit necessum est, quo pater eius hæc bona monasterio nostro tradidit.  
Si enim secundum computationem nostram *Rainbern* anno 856 fuit natus, ipse  
anno 870, quo *Raginbern* abbatiam nostram muneribus suis ornauit, circiter ha-  
buit annos ætatis XV. Vtunque sese hæc habeant, hoc certum est, *Rain-  
bern* nostrum de Germania nostra optime fuisse meritum. Referente enim  
*Widekindo* nostro, *pugnauit contra Danos, multo tempore Saxoniam vastantes, vi-  
citque*



citque cor, liberans patriam ab illorum excursionibus usque in hodiernum diem. Quo tempore hæc reportata victoria a Danis fuerit, nemo veterum scriptorum, in lucem editorum, quantum scimus, litteris prodidit. Botho quidem, *Chronici Picturati* auctor T. III. Leibn. p. 303 hoc contigisse anno 918, perhibet. *Chronicon Saxonicum* ab Abelio editum p. 80. habet annum 917. Sed cum, irruptionem Danorum in Saxoniam accidisse, referat Helmoldus Tom. II. Leibn. p. 544; eo tempore, quo Ungarii, regnante Conrado I, non solum Saxoniam, sed etiam prouincias cis et trans Rhenum demoliti sunt, cum quo consentit A. Crantzius in *Saxonia* Lib. III. cap. 3; patet e *Chronico* nostro MS&to et coætaneo, hæc euenisse anno 915. Turbulentissimus autem eo anno Germaniæ nostræ status erat. Ipse enim Conradus rex, quia arma pro salute communi capere debebat, bellis implicatus fuit ciuilibus, et contra ducem, postea regem Henricum, bellum gessit, arbitratus, vi aggrediendum esse illum, quem dolo capere non potuerat. Quemadmodum vero Henricus copias Conradi regis ad nostrum Eresburgum, quod oppidum Stadberge est in Paderbornensi episcopatu, tanta strage cæcidit, ut postea dictum sit: *tantus ubi infernus, qui caesos deuoret omnes*, teste *Chronico* nostro MS&to; ita eodem anno 915 *Rainbern* Danis se fortiter opposuit, eosdemque ingenti clade prostrauit. Eo maior ergo *Rainberno* nostro laus est tribuenda, quo fortius eo tempore ferum atque immanem hostem fudit ac rem illis in partibus restituit. Ne mireris autem, nos, hæc alio tempore accidisse, perhibere, quam communiter creditur. Putamus enim, recentiores hic miscere rotundis quadrata. Innixi enim *Chronico* nostro coætaneo, arbitramur, Corbeiensibus nostris maiorem fidem adhibendam esse, quam omnibus scriptis recentioribus. Illi enim sine dubio optime norant, quanta mala, bello intestino atque Ungariis Germaniæ illata, eo tempore ipsi sustinuerint. Quam ob rem fide esse digna non reor, quæ auctor *Chronici* Saxonici, ab Abelio editus, perhibet, dictitans, fudisse scilicet Henricum aucupem vna cum comite *Rainberno* Danos. Confudisse enim is videtur aliam pugnam, cum Danis alio tempore scilicet anno 934 commissam, cum nostra. Et quamuis sciamus, recentiores plerosque credere, bellum istud cum Danis ab Henrico aucupe fuisse anno 932 susceptum; Corbeienses tamen nostri denuo in *Chronico* nostro, sepiissime excitato, prodiderunt, Ungariorum exercitum anno 932 NB. in pago *Belxa* esse deletum, atque iterum anno 933 exercitum Ungariorum ab Henrico rege confectum esse. Ita ex hoc momento, contentiones recentiorum omnium, de loco istius pugnae definiendo agitatae, vno ictu corruunt. Locum *Riade*, iuxta quem Henricus cum Ungariis pugnaturus castra metatus est, testante *Widekindo* nostro *Annal.* Lib. I. p. 641, habemus pro Rade vico Principatus Lunenburgici, intra praefecturam Knesebeck, sivo, cuius ecclesia est filia ecclesiae in Ohrdorf. Victis autem fugatisque Ungariis, demum anno 934 Henricus Danos superauit, testante eodem *Chronico* MS&to. Ipsi Dani latrocinio nauali in Frisios incurfabant, vti *Widekindus* refert l. c. p. 641. qui addit, Henricum Danos reddidisse tributarios, regemque eorum *Cbnutam*, vti in MS&to nostro nominatur, ad baptismum suscipiendum adduxisse.

Nonne autem fructum, quem per victoriam suam ipse meruerat *Rainbern*, Germania nostra ei tribuit? Respondemus, vtique illud videri verisimillimum. Quemadmodum enim Germania nostra ingrati animi crimen semper exhorruit, ita pro tantis in rempublicam meritis *Rainberno*, *Ragineri*, seu *Rainherio* (vnum enim idemque nomen est) potissimum in *Fresia* honores habiti gratiæque relatæ videntur fuisse. Extra omnem dubitationis aleam hoc positum esset, si veterum nonnemo litteris prodidisset, quam in regione *Rainberi* noster Danos fuderit. *Widekindus* l. c. refert tantum, Danos Saxoniam vastasse. Helmoldus vero l. c. addit, Danos, auxilio vfos Slauorum, primo Nordalbingos, deinde Cifalbinos Saxones inuasisse, Saxoniamque magno quassauisse terrore. Pernegare nolumus, Danos Nordalbingiam, id est, *Holfatiam*, *Stormariam* et *Ditmarsiam*, ac *Tranfalbianam*, id est, *Mecklenburgicam*, et fortassis etiam *Brandenburgicam*, regionem vastasse, quanquam de vltimo momento paullulum dubitamus. Id potius nobis videtur probabile, Danos idem *Conradi* I tempore iter ingressos esse, quo in Saxoniam fecerant impressionem, tempore *Henrici* aucupis. Hæc enim vetus consuetudo et pristinus Danorum mos erat, vti *Widekindus* l. c. atque *Annales Rerum Francorum* testantur, per idem iter in Saxoniam recur-



Ab anno  
854 usque  
877. re-  
gnante  
Hludo-  
uico et

recurfare. Si igitur Dani latrocínio nauali Fresones infestarunt anno 934, credimus præterea, eos eodem modo Saxoniam nostram et Fresiam anno 915 inuasisse. Piraticam enim fecisse Danos æque ac olim Saxones nostros, in confesso est apud vniuersos.

Noli autem mirari, si perhibeamus, Widekindum nostrum *Saxonia* mentione ipsam *Fresiam* comprehendisse. Testem enim eius rei habemus grauissimum. Is est Alfridus, episcopus olim Monasteriensis, memorans, *Fresiam* seu *Frisiam* tempore Carolingicorum Regum *Saxoniae* fuisse adnumeratam. Cum enim ille in *Actis S. Ludgeri* Tom. I. S. R. B. Leibn. p. 89. seq. retulisset, *Lutgerum* in gente *Fresonum* optatum evangelizandi exercuisse officium, *Witukintum* vero ducem *Saxonum* euertisse *Frisones* a via Dei, ecclesias combussisse et expulisse Dei famulos et usque ad *Fleo* fluium fecisse *Fresones* Christi fidem relinquere et immolare idolis iuxta morem erroris pristini, idem addidit p. 90 seq. tunc *Lutgerum*, necessitate compulsum, destruxisse partes illar — post duos igitur annos et menses sex reuertisse ad patriam suam, et peruenisse eius famam ad annos gloriosi principis *Karoli*, qui constituerit eum doctorem in gente *Fresonum* ab orientali parte fluminis *Labeki* super pagos quinque, quorum hæc sunt vocabula: *Hugmerchi*, *Hunuga*, *Fualga*, *Emisga*, *Fedirga*, et unam insulam, qua dicitur *Bani*. Ipse vero, sic pergit idem Auctor, cura solerti, doctrina domini gregi sibi tradito suenta ministrare studuit, fana destruxit, et omnes erroris pristini abluere sordes. Carauit quoque ulterius doctrinæ deuinare flumina, et consilio ab imperatore accepto transfretauit in confinio *Fresonum* atque *Danorum* ad quandam insulam, qua a nomine Dei sui falsi *Fofete*, *Fofeteslant* est appellata. — Peruenientes autem ad eandem insulam, destruxerunt omnia eiusdem *Fofetis* fana, qua illic suere constructa, et pro eis Christi fabricauerunt ecclesias. Cumque habitatores terre illius fide Christi imbueret, baptizauit eos cum inuocatione sanctæ trinitatis in fonte, qui ibi ebulliebat, in quo *S. Willebrordus* prius homines baptizauerat, a quo etiam fonte nemo prius haurire aquam nisi tacens præsumebat. Cuiusdam etiam eorum principis filium *Landricum* nomine accepit a fonte, quem sacris litteris imbutum ordinauit presbyterum, qui multis annis genti *Fresonum* in doctrinæ præfuit studio. Tunc iterum operante maligno ab ORIENTALIBUS *FRESONIENSIS* nox infidelitatis magnæ fuerat exorta, cuius *Maluinno* (fortasse legendum est, mali *Unno*) et *Eilrat* suere principes, et combusta sunt ecclesie, seruique dei repulsi. E quibus verbis primum patet, *Widekindum* M. etiam *Fresonibus* dominatum esse, deinde *Fresiam* ad *Saxoniam* spectauisse, et denique *Fresiam* in orientalem, et ideo præterea in occidentalem fuisse, diuisam. Quemadmodum enim pagus *Emisga*, ad fluium *Emesam* in *Westfalia* situs, sine dubio ad *Saxoniam* nostram pertinuit, ut iam supra demonstrauimus: ita olim *Frisii* magnam tenuere prouinciam ita, ut ex testimonio veterum *Fresia* non solum *Frisiam* orientalem, hodie ita dictam, sed etiam prouincias *Gröningiam*, *Transfalanam*, *Frisiam* occidentalem, *Ultraicëlinam*, et *Geldriæ* partem, ac propterea maximam partem *Belgii* fœderati, complexa fuerit.

Rainber-  
ni liberi  
1) Isil-  
berhus  
dux Lo-  
tharingi-  
æ.

Omniibus itaque rite consideratis, neminem fore ambigimus, qui dubiter, *Rainberium* nostrum fuisse illum, qui appellatur *Raginerii* et pater *Giselberti* ducis *Lotharingiæ*. Quemadmodum enim rex *Francorum* *Carolus*, cognomento simplex, in diplomate quodam, ad VIII. Kal. Septemb. anno 915 dato, quod *Aubertus Miræus* in operibus diplomaticis et historicis Tom. I. p. 254. seq. exhibet, *Raginerum* appellat *marcionem* strenuum, probabilissime ita dictum, eo quod eodem anno, et ideo ante diem XXV mensis Augusti, aciem *Danorum* fortiter profligauerat: ita *Wippo*, in *Vita Conradi*, ducem *Giselbertum* filium fuisse *Raginerii*, prædicat. Posterius egregie confirmant litteræ *Gerbergæ*, coniugis *Giselberti*, quas reperimus in *Auberti Miræi donationibus Belgicis* Lib. I. cap. XIX. p. 376. edit. prioris, quibus *S. Remigio* suum allodium *Gerbergæ* tradidit pro salute tam sua, quam remedio senioris sui pia memorie *Giselberti* suique parentum, patris scilicet et matris *Rageneri* et *Albradæ* anno DCCCCLXVIII. 4 id. Februar. in villa, quæ dicitur *Haëta*. Sic *Carolus* simplex chartam suam voluit esse celeberrimæ illius pugnæ æternum monumentum. In Fragmento ex *Chronico Conradi Urspergenis*, quod *Petrus Pithoeus* vulgauit, nominatur *Raginerus* noster merito partium *Caroli* fidissimus tutor. En verba: *Hæc tempestate*  
(sci-



(scilicet anno 916) *Regenerius, vir nobilis, partium Caroli fidiſſimus tuor, ſnem gubernante* *vita accepit, cuius exoquiis Carolus interſuit. Hiſque peractis Giſiberto, filio eius* *Corbe-* *iam Adal-* *gario.* *iam adulto, paternum honorem coram principibus, qui confluxerant, liberaliſſimo con-* *tulit.* E quibus atque aliis argumentis patet, *Rainbernum* noſtrum anno 916 fuiſſe mortuum. Id ſecundum computationem noſtram accidit anno ætatis eius LX. Ponamus enim, *Rainbernum* noſtrum matrimonium contraxiſſe anno ætatis ſuæ XXX, tunc natus eſſe potuit *Giſelbertus* anno 887. Eo igitur anno, ſcilicet 916, quo *Giſelbertus* ſeu *Liliberbtus*, vt a Corbeienſibus noſtris appellatur, ducis auctoritate fulſit, annum ætatis agebat XXIX. Cumque idem anno 939. inter homines agere deſerit, ætatem ſuam tunc produxiſſe cenſendus eſt *Giſelbertus* ad LII annum. Nonnulli ſentiunt, *Giſelbertum* ſtatim circa primordia regni *Conradini* ſe cum ceteris regi *Conrado* oppoſuiſſe. Ipi vero citra controuerſiam toto errant celo. Ante annum 916 enim *Giſelbertum* illud nefas concipere non potuiſſe, patet ex eis, quæ veterum fide expoſuimus.

De fatiſ *Giſelberti*, ducis Lotharingiæ, pluribus agere, ſuperuacaneum eſſe duximus. E *Widekindo* enim noſtro conſtat p. 637, ſeq. *Liliberbtum* illum, cui principatus regionis paternæ ſucceſſione ceſſerat, a *kriſtano* quodam arte eſſe captum, et ſub cuſtodia regi *Hoturico* tranſmiſſum. Qui vero videns, *ISLIBERTVM* valde induſtrium, geneve ac poteſtate diuitiis quoque clarum, liberaliter eum cepit habere, ac poſtremo deſpoſitata ei filia nomine *GERBURG*, affinitate pariter cum amicitia iunxit eum ſibi, legato omni ei *Hlotharii* regno. Tempore, quo coronatus fuit *Otto Magnus*, *Liliberbtus*, dux *Hlothariorum*, ad cuius poteſtatem *Aquisgranum* quoque referebatur, omnia procurabat l. c. p. 643. Tum vero partibus *Heinrici* ducis, qui frater *Otonis Magni* erat, adhæſit, teſtante eodem *Widekindo* p. 646 ſeq. Cumque denique cum *Euerhardo* contra *Otonem* iterum conſpirafſet, anno 939 *Rheno* ad *Andernacum* ſubmerſus interiit, *Widekindo* teſte p. 648 et *Chronico* noſtro ſuffragante. Conſer *Ditmarum Annal.* L. II, p. 338. *Frodoardum* ad a. 939, p. 148, alioſque. Ipſe, vnico filio *Heinrico* relicto et in infantia mortuo, cuius mater *Gerburg* poſtea copulata fuit marito nouo regi *Hludouico*, cui tres filios genuit *Karolum*, *Hlotharium* et *Karolomannum*, referente *Widekindo* l. c. p. 650, genus ſuum clauſit.

Fratres habuiſſe *Giſelbertum* ducem Lotharingiæ, collegimus e verbis *Widekin-* *di Corbeienſis Ann.* Lib. II. p. 648, qui ibi refert, nepotes *Liliberbtii ſeruituti re-* *gie ſe ſubiiciſſe, vrbibus, quas tenuerant, nihilominus retentis.* Nomina fratrum *Liliberbtii* non ſunt exhibita per *Widekindum* noſtrum. Id valde dolemus. Quantum autem e bonis ac nominibus æſtimare licet, fratres *Liliberbtii* putamus fuiſſe *Wibertum* ac *Lambertum*. In *Codice Donationum* *Auberti Miræi*, iam ſupra *Lam-* *laudato*, exſtat cap. 32 diploma *Ottonianum*, datum anno 949. Indiſt. XII, anno *bertus,* autem imperii XII, menſe iunio, in quo refertur, virum nobilem, nomine *Wibertum*, in pago *Darmienſi* in proprietate hereditatis ſuæ conſtruxiſſe monaſterium in honorem ſanctorum *Petri* apoſtoli et *Exuperii*, *Gembloues* nuncupatum, cuius aduocatiã dederit inter ipſius *Wiberti* electionem caſar *Lamberto*, comiti *Louaniens*i, viro forti et bellicoſo, vt vice caſaris contra omnium inquietationem eiſdem monaſterii eſſet adiutor ac deſenſor. *Wibertus* ille, depoſito militiæ ſecularis balteo, obtulit caſtrum ſuum *Gemblacum* S. *Petro* et deceſſit in *Gorzia*, Lotharingiæ cænobio diœceſis *Metenſis* ad X. Kal. Iunii ipſo anno 962, indeque *Gemblacum* tranſlatus, et anno MCX. e tumba adleuatus eſt, procurante *Sigeberto Gemblacenſi*, qui vitam eius ſcripſit, a *Surio* editam. Cum itaque *Gembloues* ſit *Gemblours*, *Gemblacum*, intra *Brabantiam* in terminis comitatus *Namurenſis* ſitum; pagum *Darmienſem* eundem fuiſſe putamus, qui infra appellatur *Darnau*. Quodſi autem *Wiberto* nomen fuit inditum a patruo ſuo *Wiberto* epifcopo *Verdenſi*, qui eodem anno, quo noſter *Wibertus* natus fuerit, floruit adhuc, *Rainbertii* filium fuiſſe *Wibertum* noſtrum, veriſimillimum nobis videtur. *Lambertum* autem fratrem fuiſſe *Giſelberti* ducis, omnes fere ſtatuunt. Et cui melius aduocatiæ *Gemblacenſis* dignitatem committere potuit *Wibertus*, quam germano ſuo fratri? Optima enim de eo ſperare poterat. Et quamuis eius poſteri degenerare a maiorum virtute potuiſſent, in ipſo tamen diplomate *Ottoniano* ſancitum erat, tunc eos, quidquid beneficii pro ipſa aduocatiã tenebant e manu regis, amiſſuros eſſe. Nemo autem nobis obiiciat, quæſo, in ipſo diplo-



Ab anno  
854 vsque  
877 re-  
gnante  
Hudo-  
uico et

diplomate, ad quod prouocauimus, quædam inesse, quæ falsitatis notam ei inu-  
rere videntur. Nominat enim se Otto regem Lothariensem et Francigenum.  
Subscriptio archicancellarii diplomati deest. Anni regnantis Ottonis appellantur  
anni imperii, non regni. Neque anno 948 eiusque mensi Iunio est æqualis in-  
dictio XII, sed quinta. Fatemur quidem, ea momenta fuisse in causâ, cur de  
veritate istius diplomatis diu dubitauerimus. Cum vero e *Vita Wiberti* ac Sige-  
berto viderimus, ipsum *Wibertum* eodem tempore vixisse, iam non multum hæsi-  
tantes respondemus, amanuensium et librarium imperitia ac typographorum  
errore factum esse, vt illi naui in diploma istud fluxerint, quod fatum multis  
aliis diplomatibus cum illo est commune.

4) Ragi-  
nerus  
Hanno-  
niæ co-  
mes.

Porro nobis probabile videtur, fuisse *Giselferto* fratrem *Raginerum*, a patre  
et auo eiusdem nominis ita appellatum. Habemus ergo illum *Raginerum* pro  
filio *Rainberni*, qui in *Testimonio* de Brunone Colonienſi archiepiscopo, Ottonis  
M. fratre, quod sumtum est ex *Vita Gerhardi*, abbatis Bronienſis ecclesiæ, et  
reperitur Tom. I. Leibn. p. 290 seq. adpellatur *comes Hauinoensium, cognomento  
Longicollis, qui, quia tyrannice suis importunabatur prouincialibus, nec vellet re-  
spicere, semel et sedulo commotus, tempore Brunonis archiepiscopi exulabat in  
ignotis regionibus.* Quamobrem de eodem adhæc sermonem esse, credimus, in  
*Chronico Ditmari*, episcopi Merseburgensis, Tom. I. Leibn. p. 411, cuius ver-  
ba recitamus ita conformata: *In occidente LAMBERTVS, REINHERII FILIVS,  
cum suis viclus ab hoste Godeffrido, multorum inimicus occubuit. Non fuit enim in  
hac terra deterior illo, qui multos in ecclesiis cum fune campanarum strangulauit.  
Quot homines hic exheredaret, vel occideret, nullus explicare valet: nunquam is de  
perpetrato facinore penitentiam suscipere curauit. Ille cum fratre suomet, REIN-  
GERIO, Werinbarium, et eius germanum Reinzonem, pariter occidit. HUIVS  
PATER ad Bohemiam ab Ottone in exilium missus, ibidem moritur. Ipsa corun-  
dem patria viuentes doluit, amissos gaudet. Hoc duntaxat conqueri debemus, quod  
eo die propter nocentem ex utraque parte congregientium tot inculpabiles ceciderunt.*  
Ex his testimoniis patet, 1) *Raginerum* seu *Reinberium*, comitem Hauinoen-  
sium, tempore archiepiscopi Brunonis, id est, intra annos 952 vsque ad 965 in  
exilium fuisse pulsum, 2) *Reinberii* filios vero postea fuisse restitutos, 3) *Rein-  
berii* filios bona sua hereditaria habuisse versus occidentem, et 4) *Reinberii* fi-  
lios fuisse *Lambertum* et *Reingerium*. Hæc vero omnia fratri ac nepotibus *Gi-  
selberti* ducis optime respondent. Hauinoenses enim sine dubio sunt incolæ  
pagi Hainoënsis, quem in comitatu Hannonia, germanice *Hemegau*, olim exti-  
tisse, diplomata adprobant. Hic autem comitatus situs est in occidentali Germa-  
niæ parte. Unus ergo est idemque *Raginerus*, de quo *Gerhardus* abbas  
et *Ditmarus* episcopus memoriæ nonnihil prodiderunt.

Hunc autem *Raginerum* fuisse fratrem *Giselferti* ducis, ex omnibus porro  
circumstantibus momentis patet. Mortuo *Giselferto*, Otto cæsar ducatum Lo-  
thariorum conferebat Ottoni, Ricuini filio, & hoc defuncto, eidem ducatum  
præfecit *Conradum* (Salicum), cui filiam suam rex desponsabat, *Widekindo*  
teste *Annal.* lib. II. p. 648 seq. Post hæc cum similitates, quæ inter *Heinricum*  
et *Luidolfum* nec non dictum *Conradum*, fratrem, filium, ac generum Otto-  
nis Magni, intercesserant, in apertum erumperent bellum, *Raginerus*, Hanno-  
niæ comes, ratus Lotharingiæ ducatum potius esse suum, capropter ipse, præ-  
claram infestandi *Conradi* atque occupandæ, vt sperabat, Lotharingiæ causam  
nactus, quandam *Conradi* arcem obsedit. *Conradus* autem, indignum sese ra-  
tus ab hoc hoste vexari, signa signis contraria sustulit, et abiecta omni mora in  
eum exercitum mouit. Magnis ergo vtrimque odiis paribusque animis concur-  
ritur. *Raginerus* cum suis popularibus, et *Conrado* cum Francis fortissime di-  
micantibus, tanta fuit pertinacia pugnatum, vt, fluctuante victoria et Marte an-  
cipiti, nox prælium dirimeret, vt *Widekindus Annal.* L. III. pag. 633 refert.  
*Frodoardus* tamen aliique referunt, *Conradum* a Lothariis, qui iam olim ei  
infesti erant, fuisse victum. Docent *Sigebertus* et *Anselmus*, prælium commis-  
sum fuisse ad *Mosam*. Hic nominat *Reginerium* Hainonenſium comitem. Post  
hæc cum Otto cæsar, abrogata *Conrado* potestate, fratrem suum *Brunonem*,  
quondam litterarum studiosum inter Corbeienſes, archiepiscopum deinceps Co-  
lonienſem crearet, et appellaret totius Lotharingiæ principem; *Raginerus* ob fan-  
guinis








Ab anno  
834 usque  
877 re-  
gnante  
Hludo-  
uico et

*Fürsten-Saal* p. 1020 seqq. asseruit, *Reinberium* ac *Lambertum* fuisse *Isleberhti* ducis nepotes ex fratre, vti patet e sequente genealogico schemate, quod ex eo cum annotationibus nostris huc transferre liber.

Giselfertus, praefectus Aquitaniae. vxor eius  
Ermengardis Lotharii imperatoris filia rapta.



Multa



Multa in hac genealogia infunt, quæ per animaduersionem haud superuacuum expungemus, utpote iam satis manifeste erronea. Illud tantum nobis, eam pendentibus, in mentem venit, præcepto antiquo cautum esse, ne præter necessitatem res multiplicemus. *Gisfbertum*, præfectum Aquitaniae, patrem fuisse Ricuini ac *Ragineri*, fictio recentiorum est. Quamuis enim anno 862 quidam *Gisfbertus* fuerit comes in pago Darnau ad fluuios Gelduin (*die Schelde*) et Samba (*die Sambre* in comitatu Hannoniæ), ut testatur charta *Ansfredi comitis palatii* in Tom. I. Marq. Freheri Scr. R. Germ. p. 110; nemo tamen scriptorum rei ætate æqualium tradidit, eundem fuisse auum *Gisfberti*, ducis Lotharingiæ. Nomina omnino eorum multum differunt. Comitis illius in pago Darnau nomen fuisse *Gisfberti*, non negamus. Duci autem Lotharingiæ genuinum et verum fuisse nomen *Gisfberti*, pernegamus. Esi enim in editione Wilekindi Corbeiensis, quam Meibomius aliique publici iuris fecerunt, ille appellatur *Gisfbertus*; codices tamen veteres cum editis minime concordant. Dredensis enim codex nominat illum *Isfbertum*, et Cassinensis *Isberhtum*, noster autem *Isliberhtum*, quo cum chronicon nostrum MSctum et coætaneum accuratissime consonat. Genuinum ergo eius nomen fuisse *Isliberhtum*, omnino credimus. Cum itaque nomen nomini non respondeat, male fundamentum sententiæ suæ posuisse recentiores in eius conuenientia, putamus, siquidem ipsi nondum eucuerunt, *Gisfbertum* in pago Darnau bona hereditaria possedisse. Si hoc posset rationibus idoneis doceri, id, opinor, aliquod, non omne, afferrer sententiæ recentiorum pondus. Comitatus enim eo tempore dependebant a liberimo arbitrio cæsaris. Quam ob causam *Gisfbertum* comitem in pago Darnau eodem iure habemus pro patre Sigiwini, cuius meminere *Alta S. Ludgeri* T. I. Leibn. p. 118, quo ipse habetur pro patre *Ragineri*.

gubernante Corbeiam Adalgario. Falsa origo Isliberhti Lotharingiæ ducis.

Præterea videtur *Gisfbertus*, comes in pago Darnau, plane diuersus fuisse a *Gisfberto*, præfecto Aquitaniae. Hic enim, ut infra videbimus, appellatur *Vasallus Caroli calvi*, qui erat filius Hludouici pii. Ad Carolum ex regiones, in quibus nostri *Raginerii* bona sua hereditaria possederunt, non spectarunt. Etenim supra §. 133. not. (E) vidimus, Hlothario cæsarî, monarchia Francorum quadripartito diuisa, attributam fuisse, præter Italiam, Burgundiam et Galliam Belgicam, eas scilicet prouincias, quæ inter Mosam et Rhenum, ac inter Rhenum et Scaldim interiacent: accepisse ergo Hlotharium in ditionem suam Allatiam, Lotharingiam, Ducatum Bipontinum, Episcopatum Spirensis, Wormatiensis, atque Archiepiscopatum Moguntinensis, Treuirensis, ac Colonienfis, nec non Electoratus Palatini partem, porro ducatus, Luxemburgicum, Limburgicum, Juliacensem et Brabantinum, Episcopatus Leodiensis terras, ac denique comitatus, Namurcensem, Hannoniensem, eosque, qui hos interiacent, ut *Annales R. F. Fuldenfes* T. I. Freheri p. 25 seq. aliique testantur. Addunt Fuldenfes, Carolum, Aquitaniae veluti suæ imminentem, nepoti suo Pipino molestum fuisse, neque prius quieuisse, donec Pipinus rex, Aquitaniae comprehensus a suis, Carolo cum regno traditus esset effectusque clericus, Sueffione in monasterium S. Medardi detrusus: eiusque frater, Carolus iunior, illo iubente tonsus, in monasterium Corbeienfe missus esset, ibi intra custodiam detinendus l. c. p. 29. Eo ergo tempore fieri potuit, ut *Gisfbertus* Aquitaniae præficeretur, qui, cum præfectus Aquitaniae fuerit, comes per pagum Darnau esse non potuit. Aquitania enim erat illa prouincia in Gallia, quæ inter montes Pyreneos, oceanum Aquitanicum et Garumnæ fluuium interiacet.

Tribuitur porro *Gisfberto*, Aquitaniae præfecto, coniux, filia imperatoris Hlotharii, quam rapuisse *Gisfbertum* anno 846, *Annales Francici Fuldenfes* l. c. p. 26. his referunt verbis: *Gisfbertus, vasallus Carli, filiam Hlotharii imperatoris rapuit, et, in Aquitaniam profectus, in coniugem accepit. Hludouicus occidentem profectus mense Martio cum Carlo placitum habuit, in quo uterque eorum publice contestatus est, sue non fuisse voluntatis, quo Gisfbertus filia Hlutharii iungeretur, ut bis auditis Hlutharius placari facilius potuisset. Inde reuersus iuxta lacum Brigantium II. non. April. pascha celebravit, postea cum Hluthario locutus, volens cum Carlo pacificare, cum res non haberet effectum, circa medium mensem augusti cum exercitu ad Sclauos Margenses defectionem molientes profectus est. Porro de hac re iidem Annales l. c. ad an. 847. ita exponunt: Hic annus a bellis quicuit,*



Ab anno  
854 usque  
877. re-  
gnante  
Hludo-  
uico et

quiescit, quem Hlutharius et Hludouuicus mutua familiaritate transegerunt. Nam uterque eorum, ad domum alterius inuitatus, conuiuio et muneribus regis honoratus est. Hludouuicus tamen Hlutharium et Carlum, ita ut voluit pacificare, non potuit, renuente Hluthario propter iniuriam sibi a Gisalberto vasallo Carli in raptu filiae suae factam. Denique Annales laudati anno 848. p. 27 haec habent verba: Hludouuicus legatos suos ad fratrem suum Hlutharium, in Theotonis villa placitum habentem pro Gisalberto, qui eodem anno ad fidem eius venerat, reconciliationis gratia direxit.

Quo nomine fuerit insignita illa Hlotharii caesaris ad annum 846. rapta filia, non addunt Annales. Facile vero damus, eam appellatam fuisse *Ermingardam*, non ab auia, Hludouuici pii coniuge Irmingarde, quippe quae iam anno 818. V non. Octob. decesserat, Eginhardo teste in *Annal. Rer. Franc.* p. 168; sed ita vocatam fuisse a matre Irmingarde, Hugonis comitis filia, quam Hlotharius, natu maximus imperatoris Hludouuici filius, solenni more duxerat uxorem anno 821, eodem Eginhardo teste l. c. p. 170. Hinc citra dubium sequitur, illam Hlotharii filiam ante annum 822 in lucem prodire non potuisse. Ipsam posthaec, propioribus nos annis esse natam, collegimus ex eo, quod iam, antequam *Irmingard* rapta, scilicet anno 841, filiam quandam suam, cuius vero nomen ibi non exhibetur, elocauerat Hlotharius caesar, *Annalibus* R. F. Fuldenf. testibus p. 25. Elocauerat eam Comiti Berengario. Hadrianus Papa eam vocauit Hilletrudem, ep. ad Karolum Regem apud Du Chesne Tom. III. p. 853. Cum enim probabile sit, filiam caesaris natu maiorem nupsisse prius viro, quam natu minorem, *Ermingarda* inferior aetate videtur fuisse. Pone igitur, *Ermingarda* natam fuisse anno 824. Habuit ipsa sic annum XXII, cum se rapi a Gisalberto passa est anno 846. Si itaque *Ermingardis* filia Hlotharii caesaris mater fuisset *Ricuini* atque *Raginerii*, *Ricuinus* natus esse potuisset non ante anno 847, et *Raginerus* anno demum 848. Si vero *Ricuinus* uxorem duxisset anno aetatis XXIV, tunc *Otto* in lucem edi aut prodire potuisset anno 871, et *Ricuinus* circiter annum 872. Quodsi rursus *Raginerus*, dux Mosellanus appellatus a Friderico Lucae, anno aetatis XXIV thalami sociam accepisset; tunc ipsi potuissent nasci, et quidem dux Lotharingiae *Gisilbertus* anno 873, *Lambertus* autem anno 874, et *Baldericus* anno 875, *Raginerus* tandem anno 876. Ex hoc vno alteroque momento, verisimiliter sumto, euidentissime sequitur, *Gisilbertum*, Lotharingiae Ducem, esse non potuisse nepotem Gisalberti, praefecti Aquitaniae. *Widkindus* enim noster *Annal.* Lib. I. p. 638 circa annum 922 *Gisilbertum* appellat adolescentem. *Gisilbertus* enim anno 922 iam annum aetatis habuisset XLIX admodum, si positionum seu sumtionum nostrarum ratio haberetur.

Capere nequimus rationem, qua *Baldericus, episcopus Leodiensis*, nepos Gisalberti praefecti Aquitaniae dici possit. Etenim ponemus, non concedemus, *Baldericum* non ad annum 875, sed ad annum 895 vitam fuisse ingressum. Ponendum eo ipso est, *Baldericum* anno 1007, quo e mente Friderici Lucae aliorumque animam exhalauit, annum aetatis centesimum secundum circiter egisse. Si perhibes, negari non posse, Fridericum Lucae errasse in hoc momento, intelligendum autem esse non *Baldericum* secundum, sed primum huius nominis, itidem episcopum Leodiensem, tunc et eo ipso longe de via decedes. *Bucelinus* in *Germania Sacra*, ductus relatione Anselmi, inscripta *de episcopis Leodiensibus*, episcopos Leodienses circa haec tempora ita ordinat: *Hugo* † 947. *Farabertus* † 953. *S. RATHERIUS* pulsus a. 954. *Baldericus* filius comitis Montensis † 959. *Heractius* seu *Everardus*. *Notherus* † 1007. *Baldericus* II. Ludouici Lofensis comitis filius † 1017. Sed ex diplomatibus genuinis cognouimus, sedisse in cathedra Leodiensi *Farabertum* anno 944, *Euerbardum* (claro Saxonum genere oriundum et caesaris consanguineum, probabiliter ergo ad familiam Euersteinensem referendum) anno 967, *Notheram* 972, 980, 981, 985, 1006, 1007. et *Baldericum* anno 1008 seqq. Pone ergo, inter *Farabertum* atque *Euerbardum* praefuisse Leodiensi episcopatu *S. RATHERIUM* ac *Baldericum* I. Eo ipso existimandus est *Baldericus* in solio positus esse anno 955. Eo autem iam tempore *Baldericus* egisset oportet annum aetatis LXXX. Probabile ergo non esse censemus, *Baldericum*, cui corpus iam annis marcebat, apud caesarem Ottonem inter aulicos capellanos egisse, vti tunc mos erat primariae nobilitatis iuuenum, cum adhuc impe-



imperatoribus collatio ecclesiasticorum munerum præcipuorum esset refer- gubernante  
uata. nante  
Corbe-  
iam Adal-  
gacio.

Si porro *Raginerus*, frater *Gisilberti* ducis, natus esset anno 876, atque ipse anno ætatis XXIV uxorem duxisset, *Raginerius Longicollus* lumen vitale primum haurire potuisset anno 901. Quomodo vero ita a Brunone II, archiepiscopo Colonienſi, Lotharingia eiectus, et in exilium pulsus dici potuit? Prouocat quidem Luca p. 1024. ad *Leoldi a Northof catalogum episcoporum Colonienſium* Tom. II. Script. Rer. Germ. Meibomii p. 7. Sed l. c. de illo Brunone archiepiscopo nihil aliud refertur, nisi eum fauore Lotharii regis *inbronſatum*, atque in expeditione Italica Lotharii regis comitem fuisse ac ad Barum, ciuitatem Apulie, præſente imperatore obuisse diem supremum. Leuoldus indicauit cæsarem Lotharium Saxonem. Vnde sequitur, Brunonem II, archiepiscopum Colonienſem, tempore Lotharii Saxonis vixisse, atque ante annum 1137 mortuum esse. Si ergo hic Bruno II *Raginerium Longicollum* Lotharingia expulit, rursus sequitur, Longicollum ultra ducentos annos vitam produxisse. Brunonem autem secundum post annum 1128 archidieceſi Colonienſi præſuisse, e diplomatibus atque Annalibus nostris MSctis patet. Omnino igitur credimus, expungendum esse præterea *Raginerum*, patrem *Ragineri Longicollii*, nec non statuendum esse, Longicollum a Brunone I, fratre Ottonis Magni, in exilium fuisse pulsum, vt supra demonſtrauimus.

De *Anſrido*, episcopo Leodiensſi, idem statuimus, rati, eum expungendum esse e tabula illa genealogica. Infra enim, fuisse quidem eum Widikindeum, sed filium Theodorici, docebimus.

*Ragineri Longicollii* fuisse filios *Raginerum* ac *Lambertum*, e Ditmaro episcopo Merseburgenſi scriptore grauissimo iam supra didicimus. Idem retulit, *Lambertum* anno 1016 occubuisse. *Raginerum* anno 1018 comitem fuisse, ex Miræi *Opp Dipl. T. I. p. 508*. patet. *Raginerii Longicollii* uxorem appellatam fuisse *Adelam*, concedere possumus. Cum enim dictus *Lambertus* filiam habuerit nomine *Adelam*, quam, Annalista Saxone teste, duxit Otto Orlamundanus marchio Misnia, qui anno 1067 est mortuus, probabiliter *Adela*, Lamberti filiae, nomen inditum est ab auia. Fuisse autem eam comitissam de Dachsburg, dare ei non possumus, quia eo tempore comites de burgis seu castellis suis nondum appellabantur. Nec credimus, *Henrici II*, comitis Louaniensſis, uxorem fuisse filiam Ottonis, Marchionis de Orlamunda. Annalista enim Saxo ad an. 1062: *Habuit autem* (Otto marchio) *inquit, uxorem nomine Adelam de Brabantia ex castello, quod Louene dicitur, que peperit ei tres filias, Odam, Cunigundam, Adelheidem. Odam accepit Ecbertus marchio iunior de Brunſwic et hæc sine liberis obiit. Cunigunda nupsit regi Truzorum (Ruzorum) genuitque filiam, quam nobilis quidam de Thuringia Guniberus nomine accepit, genuitque ex illa Sizonem comitem, post cuius mortem reuerſa in patriam, coniunctaque est Cononi comiti de Bichlingen, filio ducis Ottonis de Norheim, genuitque illi quatuor filias; quo item defuncto, Wipertus senior tertius eam desponsauit; Adelheidis vero coniuncta fuit Adalberto comiti de Ballenſide, quem Egeno iunior de Conraderburch, filius Burchardi, nepos Egonis senioris, campana sono proditum, superueniens interfecit. Qui Adalbertus genuit ex ea Ottonem comitem et Sigefridum palatinum comitem.*

*Lambertum Henrici* fratrem, et *Lamberti* barbati filium expungendum esse non minus ex hac genealogia, probabile nobis videtur. Cum enim ille bellum gesserit cum Balderico II episcopo, qui ab anno 1008 vsque 1017 diceſi præſuit Leodiensſi, indicatur nonnisi ipse *Lambertus* barbatus. Sigebertus Gemblacensſis occalum eius refert ad annum 1013. Quamuis enim Sigebertus in anno emortuali errauerit, quia, teste Ditmaro coætaneo, anno 1016 occubuit, haurire tamen potuit ipsam rem ex antiquioribus scriptis deperditis, e quibus relatum legitur, *Lambertum* bellum gessisse cum Balderico, episcopo Leodiensſi. *Henricus* filius ergo potius videtur pater *Henrici II*, cuius filius *Henricus III* anno 1086 exitit founder monasterii Afflighemii, distantis sex milliaribus ab vrbe Bruxella. Hic *Henricus*, Sigeberto teste, anno 1095 peremptus interiit, cui frater *Godofridus* successit. Huic fortuna ita fauit, vt, Ottone Frisingensſi Lib. VII. cap. 17. et

L 11 3

Lamberti  
filius  
HenricusHenrici I  
filius  
Henric. II  
cuius fil.  
Henr. III.  
2) Godo-  
fridus D.  
Sig.  
Louani-  
ensſis,



Ab anno  
854 vsque  
877 re-  
gnante  
Hludo-

cuius fil.  
Godefri-  
dus dux  
Brabant.  
Godefri-  
dus filius  
Godefri-  
di.

Henricus  
Landgra-  
uis Has-  
siae.

3) Wide-  
kindus  
filius  
Raginbe-  
ri.

4) Thia-  
dricus  
cuius lib.  
1) Ruper-  
tus archi-  
episcop.

Sig. Gemblacensi testibus, ducatum acquisierit anno 1106, quamvis diplomata adfint, in quibus iam anno 1093 et 1092 dux appellatur, quemadmodum ille in diplomatibus a. 1107, 1110, 1123, 1124, 1125, 1129, 1131, 1133, 1134, 1138, 1140. Lotharingiae inferioris et Brabantiae dux nominatur. Eo adhuc supervit a. 1140, filius eius *Godefridus*, dux appellatur Brabantiae, cuius ad a. 1143, 1147, 1150, 1151, 1158, 1160, 1173, 1174, 1175, 1179, 1181 mentio inicitur. Bellum is gessit cum Heinrico, comite de Lo, propter iurisdictionem oppidi S. Trudonis, testibus *Annalibus Godefridi monachi Tom. I. S. R. G. Freheri* p. 351, ducatumque accepit. Cum ipse anno 1190 fatis concessisset, l. c. p. 354, eius filius *Godefridus* dux Brabantiae fuit, qui anno 1197 mare transiit, aggressurus pugnam contra inimicos Dei. Tom. I. Freheri p. 516. Anno autem 1198, Hierosolymis reversus, re male gesta contra Saracenos l. c. p. 365. Quamvis non negemus, in quodam diplomate ad a. 1179 Godefridi Brabantiae ducis filium appellari Heinricum, qui in dipl. ad a. 1184, 1190, 1191, 1196, 1197, 1199, 1200, 1201, 1202, 1203, 1204, 1205, 1206, 1207, 1209, 1210, 1211 vsque 1214 nuncupatur *Lotharingiae inferioris et Brabantiae dux*. Eiusdem vxor mathilda; filius eius primogenitus nominatur 1230, et 1231 Henricus. Quae adduximus, ut constet, quousque calculus Friderici Lucae aberret a tramite, qui etiam erravit in eo, dum pronunciauit, *Albertum*, episcopum Leodiensem, anno 1128 fuisse occisum. E Godefridi enim monachi *Annalibus* l. c. p. 357 patet, *S. Albertum*, fratrem ducis Brabantiae, in episcopum Leodiensem anno 1191 fuisse electum, et suffragio cognatorum contra morem ecclesiasticum armata manu sedi intrusum, anno autem 1192 ex sententia episcoporum quorundam amotum, eo quod non canonicè intrasset, mandante vero Papa a Remensi archiepiscopo fuisse consecratum l. c. p. 358, Remis autem obrunctum, et hanc eadem ex voluntate imperatoris esse peractam, sic ferente communi fama l. c. p. 359. *Henricus* appellatur in diplomatibus ad annum 1198 et 1214 *dux Lotharingiae et Brabantiae, et marchio Romani imperii*, et anno 1235 *dux Brabantiae*; eius vero filius *Henricus* se appellavit an. 1243 et 1247 *ducem Lotharingiae et Brabantiae*, et filium suum primum *Henricum*. *Henricum* autem infantem, eumque primum *Landgraviatum Hassiae*, eius quoque fuisse filium iam supra (§. 216) significauimus, quo lectorem beneuolum aplegamus, illud vnicum modo addentes, nos ita *originem Serenissimorum Landgravorum Hassiae a Widekindo M.* quae adhuc latuit in obscuro, primos demonstrasse, et plura allaturos in *Clientela nostra Corbeiensi*.

Reuertimur itaque ad *Widekindum*, fratrem *Thiadrici*, *Reginberni*, atque *Immedi*, et filium *Raginberi I*, quem Io. Mich. Heineccius in *Antiquit. Goslar.* p. 17. ex Io. Leznero nominat *Burggraviatum Zorbecensem et Wettinensem*, eique tribuit coniugem *Iutam, comitissam de Gleichen*, ex qua genuerit *Alemarum* et *Dietricum*, inter quos *Alemarus* princeps Taurinensis et *Marchio Montisferrati* appellatur. Sed cum haec sine vilo testimonio coetaneorum scriptorum praedicentur, omnia isthaec omnino in dubium vocanda sunt, quemadmodum etiam ea hic publice reuocamus, quae in *Sciographia Historiae Corbeiensis* p. 66 diximus, perhibentes, eundem *Widekindum* factorem fuisse comitum *Sualenbergensium*, eo tempore secuti auctoritatem illustrissimi domini *Eccardi*, cuius ex ore et scriptis quondam pependeramus, dum adfirmabamus, comites *Sualenbergenses* ab eo descendisse. Omni vero praedicio auctoritatis tantisper deposito, supra (§. 104) demonstrauius, factorem *Sualenbergensium* et *Waldeccensium* comitum fuisse *Bardonem* comitem, nepotem *Widekindi M. Widekindur*, de quo loquimur, videtur fuisse *Widekindur*, qui in his traditionibus (§. 344) nominatur pater *Reynwerti*, qui in villa *Burium in pago Almunga* vnam familiam cum XL iugeribus abbatiae nostrae donauit. Quanquam fatemur, hoc tantum verari intra coniecturam. Potuit enim etiam *Widekindus* ille esse filius *Bardonis I*, cuius posterius eadem in regione bona sua hereditaria habuerunt. Et forsitan ille *Widekindus* fuit factor nobilium dominorum de *Buren*. De his agemus in *Clientela Corbeiensi*, et infra §. 389.

Progredimur ergo tandem ad *Thiadricum*, patrem reginae *Mathildis*, cuius liberi fuerunt *Rupertus*, *Ansfrius*, *Mabtilde* regina, *Amalrada*, *Bia*, *Theodoricus* et *Fretheruna*. *Rupertus*, seu, uti anno 945 et 953 in diplomatibus nominatur, *Ruod-*



*Ruodbertus*, erat archiepiscopus Treuirensis. Illum, e ducibus Saxoniae ortum, unice et annis XXII suis praefuisse atque anno 956 mortuum esse, perhibet Bucelinus in *Germania Sacra*. Fuisse autem eum fratrem reginae Mahtildae, Albericus Trium fontium monachus in *Chronico* in Leibnitii *Accessionibus Historicis* ad an. 921 et *Chronicon* Magnum Belgicum referunt, qui quamvis non sint coetanei scriptores, dissentienti tamen rationes non habemus, sperantes, eos ex antiquioribus scriptis perditis sua hausisse, inprimis quia huic sententiae cetera bene respondent. Nomen autem inditum videtur *Ruodberto* archiepiscopo ab auctore eius materno. Cum enim *Reinbilda*, vxor *Thiadrici*, Danorum *Fresonumque* germine procreata sit, fortassis *Reinbilda* pater constituendus est *Ruodbertus*, de quo *Annales R. F. Fuldenses* T. I. Freheri p. 40 haec habent verba: *Ruodbertus, Caroli regis comes, ad Lagerim fluvium contra Nordmannos (anno 867) fortiter dimicans occiditur, alter quodammodo nostris temporibus Machabaeus: cuius praelia, quae cum Brittonibus et Nordmannis gessit, si per omnia scripta fuissent, Machabaei gestis aequiparari potuissent.* Si statuitur, *Reinbildam* illius *Ruodberti* filiam fuisse, tunc patet ex his verbis, *Thiadricum* et *Reinbildam* coetaneos fuisse. Ipsa vero *Reinbilda*, mater reginae *Mahtildis* ac *Ruodberti* archiepiscopi, mortua est V. id. Maii, teste *Necrologio*, in *Broweri Annal. Treuirensibus* obituo.

Quodsi autem *Ruodbertus* archiepiscopus frater fuit Reginae *Mahtildae*, *Ansfri-*<sup>2) Ansfri-</sup>  
*du* comes quoque appellandus est filius *Thiadrici* ac *Reinbildae*. Episcopus enim *Ditmarus* T. I. Leibn. p. 354 acturus de comite *Ansfrido* scribit: *vir felicitis memoria comes profecto Ansfridus, vir omni, inquam, bonitate conspicuus, dum adhuc esset alto progenitorum germine puerulus, cum omni lege mundana a PATRVO RUPERTO Treuerice civitatis episcopo tum divina adprime est institutus. Inde a PATRVO SVO, scilicet æ. Q. XLV. C. C. XV comitatum comite strenuo, domino Brunoni archiepiscopo Agrippinensi traditur ad res militares. Sic bone indolis adolescens penes ipsum quotidie proficiebat, donec primi Ottonis magni imperatoris Romam cum exercitu iam acquisituri mancipatus est seruitio. In quibus verbis deprehendimus duos patruos *Ansfridi* comitis, scilicet *Ansfridum* comitem ac *Rupertum* archiepiscopum Treuirensis. Si ergo *Ruodbertus* seu *Rupertus* fuit frater reginae *Mahtildae*, sequitur quoque *Ansfridum* fuisse germanum fratrem eiusdem reginae. Et hanc confirmant sententiam ea, quae de eorum nepote ex fratre narrat *Ditmarus*. Nam nisi fuisset *Ansfridus* iunior consanguineus Ottonis Magni ac Brunonis, utpote e *Mahtilda*, *Ruodberti* sorore, genitorum, de studio Brunonis atque Ottonum erga salutem et incolumitatem *Ansfridi*, nos nihil leturos esse in veterum monumentis, facile credimus. Refert autem *Ditmarus* l. c. *Otonem M. ANSFRIDO in initio militiae eius iniunxisse, ut tentorium suum, quod pulchrum videbatur, quotidie poneret e regione contra imperiale, cumque ille post discessum coniugis suae HERESVINT monasterialem vitam subierit, eundem ab Otone III e monasterio extractum atque ad episcopatum Traiectensem vocatum esse. Idem Ansfridus iunior fundavit illustrissimam abbatiam Tornensem, in qua suam filiam abbatissam sacrarum virginum matrem constituit, quae, teste Aegidio Aurea Vallis (Or-val ordin. Cister. in diocesi Treuirensi) monacho, appellata *Benedicta*. Cum eo consentiunt documenta litteraria, quae reperiuntur in I. C. Lunichii *Reichs Archiv Spic. Eccles.* P. III. *von Abtissinnen* p. 353 seqq. Probabilissime autem *Ansfrido* iuniori nomen inditum fuisse videtur a patruo suo *Ansfrido*. Haec appellatio ansam praebet commonstrandis, qua ratione nomen *Ansfridi* in familiam Widikindeam fluere potuit, simulac indicavimus modum, quo nomen *Ruodberti* in eandem gentem videtur irrepsisse. Cum enim *Reinbilda*, *Thiadrici* vxor, Danorum *Fresonumque* e sanguine procreata fuerit, *Widekindo* Corbeiensis teste, in mentem venit *Ansfridus, comes palatinus*, qui circa annum 862 floruit. Hunc supra adduximus quadam ex charta. Ipse apud *Freherum* atque in aliis diplomatibus ad a. 866 et 871 comes palatinus adpellatur. Qui idem videtur fuisse, qui anno 855 comes appellatur in *Batuue, Marteniana Collektionis Tom. I.* p. 140. Si ergo *Ruodbertus*, pater *Reinbildae*, Danus fuisset, *Ansfridus* non esse non potuit *Friso*, cuius soror, siue *Bia* siue *Amalrada* appellata, nupsisse *Ruodberto* comiti videtur. Hunc enim *Ansfridum* fuisse *Frisonem*, e charta *Marteniana* dilucet ac satis apparet, quia res in ea reperiunda secundum *Evva* (legem) *Frisonum* tradite fuerunt. *Ansfridus* ergo senior, XV comitatum comes, ab auunculo nomen videtur accepisse, cuius nepos e fratre,**

Ansi-



Ab anno  
854 vsque  
877 re-  
gnante  
Hudo-  
nico et

§. 230.

Tradidit abbo quidquid habuit in *brodbertesbusen* (E) testef eifult adaluuard hunuuarduf ecbert adalhard berndac redmer ado harid.

§. 231.

*Ansfriidus* scilicet Traiectensis episcopus, ad caelestem vitam euectus fuit anno 1010, Indiēt. VIII, *Vita Meinweri* teste, p. 524. Confer ea, quae supra de hoc Traiectensi episcopo ex Hedæ *Hist. episc. Ultrai.* adduximus.

3) Thia-  
dricus.

Nomen patris *Ansfriidi* iunioris, a coetaneo historico relatum, nondum deprehendimus. Probabilissime autem videtur pater *Ansfriidi* episcopi fuisse *Thiadricus*, cuius meminit Widekindus noster *Annal.* L. III. p. 654 qui cum Wichmanno iuniore, eius *comprouinciali*, nouum exercitum ad supplementum veteris anno 952 e Saxonia ad Ottonem Magnum duxit, atque a Luidolfo, Ottonis filio, ac Duce Conrado, in terminis Francorum retrocedere coactus, in Saxoniam reuertit, magnis promissionibus a Luidolfo ad defectionem ab Ottone caesare molendam tentatus. Verisimiliter autem huius *Theodoric* filius, ideoque *Ansfriidi* episcopi frater, videtur fuisse *Thiedericus*, cuius fit mentio in *Vita Meinweri* p. 557. et 559, et qui ad annos 1024, et 1030 dictus fuit *comes Fresoniae*. De his eorumque posteris agendum mihi est in *Clientela Corbeiensi* copiosius.

4) Mah-  
tilda re-  
gina.  
5) Fre-  
derina.  
6) Bia-  
7) Amal-  
rada.

Nihil ergo restat, nisi vt pauca addamus de fororibus reginae *Mabtildae*. De sorore eius *Frederina* eiusque siliabus iam supra §. 104. disseruimus, in stemma Brunonianum supra commentati. *Amalradam* vero Sigefridus, in *Vita Theodoric* episcopi *Metensis*, Tom. I. Leibn. p. 294 seq. appellat sororem reginae *Mabtildis*, atque uxorem *Euerardi comitis in pago Saxonia Hamalant*, nec non matrem *Theodoric* episcopi *Metensis*. *Metensis* episcopus habuerit oportet fratrem, cuius autem nomen non exprimitur neque esse potest, vti doctissimus quidam vir censeat, Henricus dux. Quamuis enim *Ditmarus* p. 388. *Henricum* appellet ducem fratrem *Thiedrici ep. metensis*, noster tamen *Theodoricus* intelligi nequit, sed designatur *Theodoricus II*, siquidem *Thiedericus* et *Henricus dux regi Henrico II molestiam intulerunt* anno 1007, quo anno episcopus noster iam dudum vitam cum morte commutauerat. *Theodoricus* autem *Widikindeus* T. I. Leibniti p. 309 seq. nominatur patruus pueri *Euerardi*, qui mortuus est anno 978. Huius pueri *Euerardi* patrem fuisse *Meinwercum* comitem, qui, teste *Widekindo* nostro, *Annal.* Lib. III. p. 654 ictu sagittae periit anno 953, in itinere comitans Ottonem Magnum, putat I. G. ab *Eccard* in *Histor. Geneal.* p. 31. seq. Sed cum in *Vita Theodoric* episcopi l. c. asseratur, hunc *Euerardum*, fratrualem episcopi *Metensis*, immatura falce mortis vix dum decennem abscissum, *Meinwercus* ille, qui obiit anno 953, pater *Euerardi*, qui natus fuerit necesse est anno 968, esse non potuit. Quantum vero coniectura auguramur, *Meinwercus* fuit frater *Theodoric* episcopi *Metensis*, de cuius filia *Imma* iam egimus supra §. 104. *Bia* tandem nuncupatur soror reginae *Mabtildis*. Eam mortuam esse VIII. Kal. Iunii, refertur in *Annal. Treuirensibus*. Fuisse eandem *Frederunam* quoque uxorem comitis *Wichmanni*, e *Ditmaro* ostendimus iam supra §. 104.

De villa  
Hrodber-  
teshusen,

(E) Villa *Hrodbertesbusen* sita erat in pago *Nitbega*, testante nostro Registro Bonorum Abbatiae Corbeiensis. Significatur villa desolata, quia in toto illo tractu, qui olim pagus *Nitbega* appellabatur, eiusdem nominis villa hodie non reperitur. Putamus autem, eandem villam quondam exstitisse inter *Steinberg* et *Driborg*, vetustum castrum in episcopatu *Paderbornensi*, in loco, vbi adhuc inuenitur *der Rutbe*- seu *Rotebusen-born*. In eadem regione familiae, *Widikindea* et *Brunoniana*, bona sua hereditaria habuerunt. Ideo videtur *Abbo*, qui bona sua in *Hrodbertesbusen* largitus est, vel ad familiam *Widikindeam*, vti supra fecimus §. 104. not. (I) vel ad *Brunonianam* videtur referendus. Si posterius placet, non plane dissentimus, quia *Heinricus Leo*, qui heres *Brunoniana* stirpis fuit, in eadem villa possedit bona quaedam. Quaestio inde oritur anceps, an *Abbo*, cuius nomen contractum est ex *Adalberto*, frater fuerit *Luidolfi* ducis *Saxoniae*, a quo *Cobbo* comes filium quendam suum *Abbonem* seu *Adalbertum* appellauerit, vti §. 104.



## §. 231.

Folclog fidelis foemina uolens confirmare (F) inuolabiliter traditionem hereditatis (G) suae quae est in uilla nuncupante *foanreder* alia quippe uice eam tradidit atque manus uestituram de ea fecit *bardoni* comiti aduocato nostro (H) qui iterum eandem hereditatem ipsi uxori et uiro

gubernante Corbeiam Adalgario.

§. 104. vidimus. Tradidisse autem uidentur *Abbo* bona sua eodem die, quo Wicbertus, Gerulfus, et Raginberius sua dederunt, ut ad §. 227. 228 et 229. obseruauimus, scilicet eo die, quo Geroldus inter fratres Corbeiensis fuit receptus, cui solemnitati etiam *Abbo*, ut consanguineus Geroldi, interesse uoluerit. Hinc testes, quos *Abbo* adhibuit, uidentur quoque eius consanguinei fuisse. *Eisulfus* enim uidentur fuisse frater Wichardi, conditoris comitum Northeimensium. De hoc differuimus supra §. 104. not. (\*). Item *Adalwardus* uidentur fuisse filius Thiodgeri comitis, fratris Eeberti ducis, de quo egimus §. 104. not. (n) *Hunwardus* uidentur fuisse ille Hunwardus, qui §. 106. 107 et 146. reperitur; *Ebertus* fuit frater ducis Luidolfi. *Adalbardus* uidentur esse filius Brunonis II, et nepos Brunonis Angariorum ducis. *Berndac* uidentur fuisse Berndag, filius Haddonis, et nepos eiusdem Brunonis ducis. *Redmer* iam supra inuenitur §. 226; *Ado* fuit Ade, qui, testante §. 145, in pago Nithega aliquid donauit. *Harid* uero appellatur (§. 250) frater ipsius *Abbonis*, pro quo in pago Huuetigo quaedam, ad uillam Wegballithi sita, traduntur.

(F) Adfinitatem intercedere inter hunc locum atque §. 143, res ipsa loquitur. Ea dem enim foemina unam eandemque traditionem confirmat. E uilla, in pago *Merssem* sita, iam l. c. conclusimus, uideri pertinuisse hanc foeminam ad stemma Widikindeum. De hoc momento nulla dubitatio subnasci poterit consideraturo, Ragenberum, filium Walberti I, nepotis Widekindi Magni, ac Wicberthum, filium Bardonis I, fratris eiusdem Walberti, dedisse praeterea Corbeiensibus bona quaedam, ad eandem uillam *foanreder* sita, testantibus locis §§. 229 et 337. Haec autem illustris foemina *Folclog* cum uiro suo *Beuone* accessisse uidentur Corbeiam nostram eo tempore, quo eius fratris filius Geroldus, domino sub habitu monachico militaturus, cenobium Corbeienfe intrauit. Cui splendidissimo actui *fidelis* nostra *Folclog* cum ceteris consanguineis coniuncte uidentur interesse uoluisse. Eius uirum *Beuonem* fuisse filium *Eeberti* ac fratrem *Luidolfi* ducum, iam supra e Widekindo nostro comprobauimus. Hic ergo id ipsum denuo argumentis non indiget. Inquirere potius debemus in situm uillae *Foanreder*, quam in pago *Merssem* fuisse iam supra (§. 143) didicimus. Norunt eruditi, eum pagum olim extitisse in Principatu et praefectura Calenbergica. Vti uero ueteres pagi hodiernis terminis ducatum, episcopatum, principatum, et comitatum non respondent accurate, ita interdum hic uel ille pagus in diuersis nostri saeculi prouincijs uisendus erat. Putamus ergo, uillam *Foanreder* seu *Faenrederi* esse uicium *Venreder*, in quo nobiles domini de Munchhausen bona quaedam tenent ex feudo a comitibus de Schaumburg. Id comprobatur documento, quod legitur in B. G. S. Treueri *Gründlicher Geschichte des Geschlechts der Herren von Munchhausen* p. 324.

(G) Quia *hereditatis* nomine bona *Folclogae* hic partim appellantur, eapropter bona haec probabilissime a patre suo accepit *Folclog*.

(H) *Bardo comes*, qui aduocatus appellatur Corbeiensis, erat nepos Widekindi Magni, uti demonstraui §. 104. not. (u). Contendimus ibi probabiliter, *Bardonem* hic eapropter nominari aduocatum, quod bona tradita ipsi confinia et uicina fuerint, atque ipse praedia et comitatum eo tempore in pago *Merssem* tenuerit. In nostra enim Saxonia ita usu receptum fuit, ut hi uel illi domini ratione certorum quorundam negotiorum aduocatos constituerentur, manente nihilominus causa praecipua et rei summa penes aduocatum summum. Id enim e diplomatibus nostris patet. Ita u. g. cum anno 1113 quaedam bona abbatiae Corbeiensis traderentur a nobili uiro Sigiberto, in Moguntinensi et Patherbur-

M m m

nenfi



Ab anno 854 usque 877 regnante Hludouico et uiro suo nomine *beuo* iure beneficii resignauit (I) excolendam quamdiu quis eorum uixerit hoc quoque totum factum est ex consensu omnium propinquorum (K) suorum et coram his testibus bardo comes landuard comes

nenfi Episcopatu sita, Sigifridus comes, aduocatus Corbeiensis, praesto erat. At tamen Reinholdus comes in loca Corbeiensium sibi vicina, et Gherhardus comes in alia, quae sibi denuo finitima erant, aduocati constituebantur, testantibus literis MS. in *Historia Corbeiensi* edendis. Fortassis ab hoc *Bardone* seu eius filio cognomine castrum *Bavenburg*, vnum milliare situm ab oppido Eldagfen in principatu Calenbergico, quod olim spectauit ad comites de Hallermund, nomen accepit.

- (I) Attende, beneuole lector, ad insigne munus aduocatorum tempore caesarum Carolingicorum. Imperator Fridericus I post haec scilicet anno 1188 *importunitatem* dixit, quam in bona ecclesiae aliquando exercere tentauerint aduocati, vel villicationes eius locando, quod nihil ad eos adtulerit, vel hereditates litonum ecclesiae sibi usurpando, vel manfos etiam ecclesiae nouis collocando colonis. Ipse haec tamquam nefanda authentico prohibuit edicto, nullam permittens aduocatis porro talia perpetrandi potestatem. Cum enim coram eo in palatio Goslariae de iure aduocatorum quaestio moueretur, ibi ex communi principum consilio decretum fuit, et publice significatum, in bona ecclesiarum aduocatis nihil esse iuris, nisi tantum triplicem ob causam, in furto uidelicet, in pugna, et in raptu; omnes vero alias quaestiones oeconomio seu villico ecclesiae esse referuatas, teste diplomate, edito in celeb. olim Io. Mich. Heineccii *Antiquit. Goslar.* Lib. II. p. 185 seq. Sic tempora mutantur, et nos mutamur in illis. Oeconomi illi villicique successu temporis aequae dicti fuerunt subaduocati et aduocati. Videntur ex ratione vitae eorundem orti conductores praediorum.

De quibusdam propinquis Beuonis comitis filii Ecberti ducis, eiusque uxoris Folcloge.

- (K) Cum tota haec traditio ex consensu omnium propinquorum familia *Folclog* fuerit perfecta, sequitur exinde, dominos, ad stirpem Widikindeam referendos et dudum supra nominatos, huic donationi consensisse. Verisimile fit proinde, testes, loco hoc memoratos, citra controuersiam fuisse propinquos *Folclogae*. *Bardo* comes itaque *Folclogae* videtur propinquus fuisse. *Landwardus* supra (§. 178.) appellatur frater *Helmridi* atque *Alvridi*. Ipse donauit quaedam in pago *Westfalon* sita. Memoratur quidam *Landwardus* (§. 252) atque alius (§. 414) quidam, dictus pater *Gelonis*, quem (§. 104 not. (n)) inter posteros *Cobbonis* comitis et progenitores comitum *Tecklenburgicorum* retulimus. Si ergo existimarem, *Landwardum* comitem fuisse ipsius *Cobbonis* comitis filium, uti nomen et bona videntur comprobare, (*Ecbertum* enim ducem in eadem regione possedisse bona quaedam, iam supra indicauimus) *Landwardus* comes omnino hac ratione propinquus fuisset *Folclogae* et *Beuonis*, filii *Ecberti* ducis. *Bernberium* Comitem supra §. 104. not. (n) suspicari sumus existisse nepotem *Brunonis* et filium *Bernherii*. Potuerunt tamen hi, qui videntur fuisse duo *Bernherii*, vnus comes fuisse. Coniecturas vero tantum nostras adtulimus, et rogatum volumus omnes, ut ne aliam in sententiam eas nolint interpretari. Immo ad stemma *Widikindeum* videtur referendus, tanquam filius *Immedi*, nepos *Widekindi* *M. Cobbo* probabilissime videtur fuisse *Cobbo* II, filius *Cobbonis* I, atque ita frater *Landwardi*. *Folchardus* verisimiliter videtur fuisse *Folchardus*, filius *Deddii* atque *Albae*, seu horum nepos *Folchardus*. Vtriusque supra (§. 112) mentionem inieciimus. Quodsi igitur sumimus, *Deddium* fuisse consanguineum *Adalrici* seu *Hessi*, *Ostfalonum* ducis, *Folchardus* utique propinquus erat *Beuonis* comitis eiusque uxoris *Folcloge*. Quum vero nomen *Folchardi* idem sit, quod *Folcberti*, posset quoque designatus intelligi *Folcbertus*, inter progenitores comitum *Euersteinenium* referendus, de quo egimus §. 104. not. (n) *Ben* probabilissime videtur fuisse frater *Riedagi*, e stirpe *Widikindea* orti. Confer §. 104. not. (†††). Omnino itaque videtur fuisse propinquus uxoris *Beuonis*. De *Eurico* nihil habemus, quod possimus attingere, excepto quod *Euricus* quidam, testante §. 184, sita in pago *Bragbanto* quaedam tradiderit. Fortassis itaque ille fuit frater *Ansfriedi*, comitis *Palatini*, cuius mentionem inieciimus §. 229. Porro statuitur



comes bernheri comes ymmo cobbo folchard ben euric haddo brun hiddi  
milo uualh eilhard gherhard liuthard uinnilo bernhard brunhard helmuaard  
gherber hidda emmo hroduerc billa adalhard merica baia mayndag.

gubernante  
Corbeiam  
Adalgaro.

## §. 232.

Tradidit *afabug* in *ealdesbusen* (L) quidquid ibi habuit pro animabus  
fra-

tur Ansfridus Palatinus fuisse filius Bernharii, fratris Idæ ducissæ, uti apparet e §. 155. not. (l) *Euric* ita utique fuisset propinquus Beuonis, comitis filii Idæ atque Ecberti ducis. *Haddo* verisimiliter est Haddo II, filius Haddonis I, fratris Ecberti ducis, de quibus egimus §. 104. not. (c) *Brunonem* reputamus pro nepote Brunonis, Angariorum ducis, atque *Hiddium*, seu *Hiddonem*, pro filio Luidolfi, ducis Saxonie, de quibus egimus §. 104. not. (n) *Milo* luculentis verbis *proximus* appellatur *Alberti*, filii Cobbonis vel fratris Beuonis comitis §. 294. Quam vero habuerit ipse coniunctionem generis cum familia Widikindea vel Brunoniana, et an ipse Thiadulfi aut Hrothardi, aut Thancmari I filius fuerit, id nondum patet. *Walho* fortassis fuit frater Ansfridi, comitis palatini, a suo patruo Walone comite et postea abbate aureæ Corbeie ita nominatus. Confer supra §. 101. *Eilbertus* porro fuit probabili quadam ex coniectura Eilbertus, filius S. Meinulfi, fratris Ecberti ducis. *Gherbardus* fortassis frater fuit Landwardi comitis, et ita fater ducum Iuliacorum, cum anno 1029 quendam Gerhardum comitem in pago *lulicbot* deprehendamus, nominaque Gerhardorum inter Iuliacenses Comites sæpius repetantur. *Liuthardus* videtur fuisse nepos ille Albionis, fatis marchionum Brandenburgensium et principum Anhaltinorum, de quo egimus supra §. 188. *Vinnilo* quis fuerit, mihi est prorsus incompertum. *Bernhardus* vero appellatur infra §. 249. frater Gelonis. E donis eius iam supra §. 104. not. (n) conlegimus, illos Cobbonis comitis filios fuisse. *Brunbardus* erat frater Billingi, testante §. 303, cuius auia erat Hadwi, filia Ecberti ducis et soror Beuonis, uti vidimus §. 104. not. (w). *Helmwart* quis fuerit, non constat. Ad familiam Brunonianam is spectare potuit, quia supra §. 113. quidam Helmwert inter testes reperitur, cum quædam in pago Auga sita traderentur. *Gherber* ad progenitores comitum Euersteinsium videtur referendus. Ipse fortassis fuit frater Folcberti ac Thiadrici, quos supra §. 104. not. (n) memorauimus, quia eorum patruus, Euerhardi, filius fuit Gherbernis. *Hidda* videtur nepos Haddonis I fratris Ecberti ducis et pater Thiamari marchionis orientalis fuisse, de quo egimus supra §. 104. not. (e). *Emmonem* inter propinquos Beuonis relatum esse, patet e §. 78, ubi Emmo quidam, fortassis huius pater, in pago Wikanauele sita ad villam Cogarden quædam bona donauit, in qua Luidolfus, dux Saxonie, alique eius consanguinei quædam fuerunt largiti. *Hrodwert*, *Billa* et *Mayndag* in obscure latent. *Adalhardus* vero vel nepos vel pronepos fuerit Brunonis, Angariorum ducis, de quibus egimus §. 104. not. (n) *Merica* videtur Merio fuisse, frater Esconis comitis in pago Salagewe, de quo conferatur §. 216. *Baia* autem videtur fuisse Beio, qui, testante §. 165, quædam, in pago Aringho sita, donauit. Fortasse Baia fuit frater dicti Adalhardi.

- (L) *Afabug* videtur fuisse femina, ad stemma Widikindeum pertinens. In eadem De villa enim regione bona quædam tradidit pro anima fratrum suorum, in qua domini Ealdes- quidam, ad eandem stirpem referendi, quædam bona donauere. Fortassis illa busen in fuit soror *Walberti*, *Thiadrici*, *Hrothardi*, *Buniconis*, *Thancmari* ac *Bardons I*. pago Numerosam enim prolem cum suscepit *Wicbertus* ex *Odrada*, verisimile non Guddin- videtur, illam non nisi filios peperisse. Prouocata ergo nostra *Afabug* videtur go. exemplo sororis suæ *Folclogæ* ad dandum aliquid abbatiæ nostræ Corbeiensi pro anima fratrum suorum *Hrothardi*, *Heionis* et *Thancmari*, qui anno 870, quo etiam hæc sunt donata, iam vitam cum morte videntur commutasse. Erat autem, testante nostro Registro, villa *Ealdesbusen* in pago *Guddingo*. Videtur significari vicus seu oppidum *Eldasen*, olim ad comitatum Hallermundanum, iam vero ad principatum Calenbergensem solitus numerari. Bona Corbeiensia ibidem olim in feudo tenere ab ecclesia nostra nobiles de Bock. vocatur ead-



Ab anno  
854 usque  
877 re-  
gnante  
Hindo-  
uico et

fratrum suorum unde isti sunt testes buno magenheri brunnuard helmric  
marcdag helmulf.

## §. 233.

Tradidit uendil quicquid habuit in *fata* (M) in terris et siluis quer-  
nif testes uichman ecbert magenheri folcdag milo uualdric benning uuulf-  
hard liuduuard liudman aldric alder snelbern.

## §. 234.

Tradidit uuido in uice *alfrici* pro anima *abbonis* in *hasburgun* (N)  
mansum medium testes ecbert bernhard agilmer thiadbern abbo.

## §. 235.

dem villa in membranis nostris circa medium seculi XIV *Eyldagbessen*. De Bo-  
kiorum progenie in *Clientela Corbeiensi* pluribus exponemus.

De villa  
*Fata*.

(M) *Fata* villa in nostro Registro non reperitur. Nescimus ergo, quinam uicus po-  
tissime designatus intelligatur. Interim confer supra §. 191, ubi villa quaedam  
*Vatu* reperitur in pago *Guddinge*. An una eademque sit villa, atque an *Wendil*,  
quae in *fata* aliquid tradidit, soror fuerit *Asaboga* et *Folcloga*, difficile est de-  
finitu.

De villa  
*Hasbur-*  
*gun* in  
pago *Ni-*  
*thega*.

(N) *Hasburgun* villa erat, testante nostro Registro, sita in pago *Nithega*. Hic olim  
situs erat ad fluium dictum *Neite*, qui in principatu Corbeiensi influit *Wiseram*.  
In tota autem regione illa nullus hodie uicus reperitur, eodem nomine insignitus.  
Quoniam ergo in loco *Hasburgun* villa olim existerit, inquirendum foret. Iam  
nobis in mentem uenit, fraternitatem S. Iacobi anno 1485 institutam esse in *Ha-*  
*dersberg*. Ex quo momento suspicamur, antiquissimum nomen eiusdem mon-  
tis fuisse *Hasburgun*, atque *Hadersberg* tempore regum Francorum fuisse di-  
ctum *Hasburgun*. Nostra tamen aetate, ac iam pridem, nomen *Hadersberg*, aequae  
ac nomen *Hasburgun*, interit, appellaturque locus a dicta fraternitate *Iacobber-*  
*ge*, situs in territorio Corbeiensium, magno incolarum et peregre uenientium  
accessu olim frequentatus ob miracula et beneficia caelestia, quae excipi posse eo  
in loco, crediderunt mortales. Cum itaque idem locus haud procul absit ab  
oppido *Beuerungen* ad *Wiseram*, in quo, testante §. 149, *Hadwy*, *Ecberti* ducis  
Saxoniae filia et ducis *Luidolfi* soror, quaedam donauit, *Alfricus*, qui pro anima  
*Abbonis* bona in *Hasburgun* tradidit, *Luidolfi* ducis consanguineus uidetur fuisse.  
Iam nostrum *Alfricum* pro *Alfrico* ipsius *Widekindi Magni* filio uenditare liberet,  
nisi chronologia repugnaret. Si enim secundum computationem nostram *Wide-*  
*kindus Magnus* thalami sociam duxit anno 761, sub caeli auras prodire potue-  
runt *Wibertus* anno 762, *Alfricus* anno 763, *Obtrit* anno 764, et *Herimannus*  
anno 765, *Alfricus* ergo anno 870, quo bona in *Hasburgun* donauit, annos ha-  
buisset CXXXIII, quod cum credere non audeamus, nostrum *Alfricum* potius  
pro filio *Alfrici I*, ac nepote *Widekindi Magni*, reputamus. Quemadmodum hoc  
et nomen et ratio temporis postulare uidentur. Si enim *Alfricus I* anno aetatis  
XXIV uxorem duxit, anno 787 uxorem duxit, et *Alfricus II* natus esse potuit  
anno 788. Ita anno 870 annum circiter aetatis egisset LXXXII: Ita *Alfricus II*  
ex hereditate matris, quam *Eillogam* fuisse statuimus, sine dubio habuisset ea,  
quae ad uillam *Hasburgun* sita abbatiae nostrae largitus est. *Alfricus* autem pri-  
mus in eadem regione plura bona possedit, testibus §. 142. et 146. Ex his  
enim apparet, eum in uilla desolata *Valhusen*, et uico *Orbergen*, ad *Neitam*  
sito, quaedam donasse. Vnde suspicari licet, *Alfricum* eiusdemque fratrem *Ob-*  
*trit* alia bona hereditaria in regione eadem habuisse. Cum uero *Obtrit* in pago  
*Pathergo* uilla *Harun* quoque bona quaedam possedit, testante §. 56, atque *Eil-*  
*log*, testante §. 99, in pago *Pathergo* in uilla *Wamuri*, et *Tetta* eius filia (§. 172)  
in *Wiriesen* ad *Wiseram* in pago *Auga* sita tenuit bona, eandem *Tettam* fuisse  
*Alfrici I* filiam, uidetur uerisimile. *Alfricum* autem stemmati *Widikindeo* infe-  
rendum esse, negare non licet, siquidem eius frater in pago *Pathergo* praedia  
quae-



## §. 235.

Tradidit suithard pro anima marcuuardi in *disfeldasbusen* tertiam partem de his quae ibi possederat et in pago *suilbergi* (O) in uilla nuncupata *rucunbusen* et in *odileusbusen* et in *makkanbusen* et in *thiadbertesbusen* dimidiam partem unde isti sunt testes uuulfger ouo aldger luidman et duo alii.

gubernante  
Corbeiam  
Adalgario.

## §. 236.

Tradidit otheri mansum unum in *burium* (P) pro anima fratris sui uuulfgeri testes aldrig gerulf amuco ricdag helmuard theodhardus luiduardus aldger.

## §. 237.

Tradidit beir in *mulinbusen* (Q) mansum unum cum familia testes had amelung uerinhard helmdag godoland.

## §. 238.

Tradidit folchard pro anima sua in *brothertesbus* (R) quidquid ibi possederat testes uuulfhard . . . . .

## §. 239.

quædam tenuit, ipse vero in pago Nithega, habuit bona seu fundos. Vnde colligimus, eius uxorem fuisse stirpis Brunoniana partem. Inter hæc id æque memoratu dignissimum esse censemus, familiam Waldeccensem in eadem regione, in qua *Alfricus* et *Tetta* tradidere bona, bona possedisse et adhuc possidere. Ex quo momento conclusimus, *Alfrici* progeniem non multos per annos viguisse, atque, ea extincta, eius bona hereditaria ad Sualenbergenses et porro ad Waldeccenses comites fuisse deuoluta. De hisce in nostra *Corbeiensis historia* pluribus differemus et plura.

(O) De pago *Suilbergi*, intra comitatum Dasselienlem sito, et de villis in eodem pago obuiis, iam supra §. 167. egimus. *Disfeldasbusen* enim erat *Dassensen* villa, pars præfecturæ Rotenkirchen. *Rucunbusen* est Rengershusen in eadem præfectura. *Odileusbusen* est Oikenfen, villa desolata in saltu Sollingano. *Makkanbusen* est Mackenfen in præfectura Hundesrück, et *Thiadbertesbusen* est Denckihufen, vel Teckenhusen, villa desolata, olim in saltu Sollingano uisenda. Damus tamen lectori optionem, an hanc villam euerfam, an Deirfen, locum præfecturæ Wickensfen, deligere malit. *Suithardum* itaque ad progenitores comitum, de Northeim et Dassel cognominatorum, retulimus §. 104. not. (L).

(P) *Burium* villa erat, restante nostro Registro B. et P. A. C. in pago *Hessi* posita. Eadem ergo villa subest, quæ supra §. 103. reperitur. Procul dubio intelligitur designari pagus Hessi Saxonicus, de quo egimus supra §. 33. not. (v) Folemerius itaque pater fuisse videtur *Oiberi* ac *Wulfgeri*. Hi porro progenitores fuisse videntur dynastarum, de *Stichelsten* dictorum; de quibus exponam in *Historia Corbeiensis* copiosius.

De villa  
Buriun in  
pago  
Hessi.

(Q) *Mulinbusen* villa erat eiusdem pagi *Hessi*, restante nostro Registro. Quinam vero vicus significetur, id in obscuro later. *Mulhausen*, locus in principatu Waldeccensi intra præfecturam Arolsen obuius, denotatus esse non potest. *Mulinbusen* haud procul ab oppido Münden subesse non videtur, neque *Mulnbusen*, locus non procul ab vrbe Cassel conspicuus. Fortassis *Mublen* in regione oppidi Helmershusen ad Dimolam hic in censum venit.

De villa  
Mulin-  
husen.

(R) *Hrodbertesbus* ponitur in nostro Registro in pago *Hliso*. Quem pagum in præfecturis Westerhof, Stauffenburg et Hertzberg, ac circa urbem Osterodam situm fuisse, iam supra §. 112. statuimus. Situs ille prius iam latius comprehensus et

De villa  
Hrodber-  
teshus et  
pago  
Hliso.




Ab anno  
844 usque  
877 re-  
gnante  
Hludo-  
uico et

bandus est. Producimus ergo primum ex archiuo nostro Corbeiensi diploma regis Arnolphi, quod sic habet:

**Q** In nomine sc̄ae et indiuiduae trinitatis. Arnolfus diuina fauente gratia rex. notum sit omnibus sc̄ae dei ecclesiae fidelibus n̄risq̄, praesentibus scilicet et futuris qualiter quidam fidelis ac venerabilis ep̄s nomine *Sundrolt* deprecatus est n̄ram clementiam ut cuidam comiti n̄ro nomine *adalger* quasdam res proprietatis n̄rae in proprium concederemus nos uero petitionibus eius libenter annuentes decreuimus ita fieri. Dedimus namq̄, illi in pago *hlirgo* in comitatu ipsius in uillis *uuolfenni* ac *halafeld* hobas XXI. ac mansos IIII. cum domibus aliisq̄, aedificiis mancipiis agris pratis pascuis siluis aquis aquarumue decursibus molendinis piscationibus uis et inuis quae sitis et inquirendis terris cultis et inculis et cum omnibus iuste ac legitime ad eandem hobas pertinentibus. Et iussimus inde hoc n̄rae auctoritatis fieri praecipuum per quod uolumus atq̄, iubemus ut praescriptus *adalger* de his omnibus quae ei in potestatem et dominationem condonauimus nunc et deinceps omni tempore habeat potestatem habendi donandi uendendi commodandi uel quidquid sibi placuerit faciendi. Et ut haec auctoritas n̄ra firmiter habeatur et per futura tempora a fidelibus n̄ris melius credatur ac diligentius obseruetur manu n̄ra eam firmauimus anuloq̄, n̄ro signari iussimus.

signum domni arnolphi



piissimi regis

Aspertus cancellarius ad uicem thiotmari  
archicappellani recognoui et *ffff*.

Sigillum uide in  
Tab. IV, n. 4.

data II non. iul. anno incarnationis domni DCCCLXXXVIII. indict. VI. anno II regni Arnolphi piissimi regis actum franconoford in dei nomine amen.

*Sundrolt* episcopus, in hoc diplomate memoratus, procul dubio est moguntinensis archiepiscopus, a Lamberto Schafnabrugensi appellatus *Sunderholt*, atque in aliis diplomatibus nostris *Sunderholdus*, subrogatus Liutberto archiepiscopo moguntino, qui superiori anno adhuc uixit, uti diplomata nostra adprobant. Maxima imperatoris gratia *Sundroltus* apud caesarem polluerit oportet, siquidem statim primo regiminis sui anno Arnolfus illi tribuit insignem titulum *fidelis ac venerabilis episcopi*. Episcopi preces tantam apud caesarem habuerunt vim, ut *Adalgero* comiti XXI hobas et quatuor mansos in proprium tradiderit, sitos in pago *Hlirgo* in comitatu eius et in uillis *Wolfenni* atque *Halafeld*. An ex eo coniectandum sit, *Sunderholdum* fuisse consanguineum *Adalgeri*, uiderint alii. Nobis probabile uidetur, *Wolfenni* uillam esse non aliam, quam vicum *Wulsten* seu *Wolfen* haud procul ab *Hattorf* et *Osteroda*. *Halafeld* uilla est vicus *Alsfeld* non procul a castro *Hertzberg* in Principatu *Grubenhagico*. Sin mauis designatum intelligere locum *Ilefeld*, per me licet. Locum *Halefeld* omisit definire ven. Abbas *Gothfredus Tom. I Chronici Gottwicensis* p. 663. ipse uillam *Berneshufon* reperisse se putat in uico *Bornemehusa* ad amnem *Schildau* infra oppidum *Selen*. At *Bornemehusa* fuit pars pagi *Amberga*. Non audemus cum D. *Gruppenio* pronuntiare, hanc uillam fuisse locum *Kalefeld* in praefectura *Westerhof* situm, quia autographum satis distincte habet *Halafeld*. *Hrodberctibus* porro fuisse uiderur

Roders-



## §. 239.

Tradidit hildibert pro anima fratris sui teodberti in *gardinum* (S) quidquid ibi habuit testef alfuini harbert uuoltbert *derling* (T) fini.

gubernante Corbeiam Adalgario.

## §. 240.

Rodershusen inter monasterium Poelde et Duderstadium; *Bernbardehusen* vero, quæ etiam erat in eodem pago Hlilgo, testante §. 130, posset eadem villa esse, quæ in diplomate quodam Heinrici II, ad annum 1016 dato, appellatur *Bernesbusen in pago Lisga*, quam fuisse vicum Bahnhausen in præfectura Stauffenburg, iam quidem supra pronunciauimus. Fortassis autem subest Bernhausen vicus, qui reperitur in Leuckfeldii *Antiquit. Katlenburg*, p. 58. Hæc autem obseruatio nobis porro persuadet, pagum *Hlilgo*, vti in Registro nostro semper scribitur, esse eundem pagum, qui aliis in diplomatibus appellatur Lisga, Lisca et Lisgo-we, cui porro tribuuntur 1) *Reinoluesbusen* 2) *Borside* 3) *Landwerdesbusen*, forte Langelhausen haud procul a Waake in terminis Eichsfeldiæ, 4) *Eildagesem*, an Edesheim in præfectura Brunstein? 5) *Euergotbessem*, Ebergörzen in præfectura Radolfshausen 6) *Hermannigeroth* 7) *Wachana*, an Waake? 8) *Hermannesbusen* an Harjehusen in præfectura Westerhof? 9) *Motluingerod*, villa desolata haud procul ab vrbe Osteroda 10) *Foresazi* seu Förste ad Osterodam et 11) *Hadluingerod*. De reliquis villis, in hoc pago sitis et ex parte olim ad Corbeiam spectantibus, egimus supra §. 112.

- (S) *Gardinum* villa erat, testante nostro Registro, sita in pago *Nithiga*. Ex quo concludimus, *Gardinum* esse eandem villam, quæ supra §. 87 appellatur *Gerdimun*, quæque nunc nominatur *Gerden*, in episcopatu Paderbornensi sita inter acidulas Schmechtanas, Herste, Istrup, Siddelen atque Haverhusen. Hodie in vico *Gerden* grex est ancillarum Dei ordinis S. Benedicti, olim congregatus in monte *Iburg* consensu Beatricis, Herisifensis abbatissæ, a Bernhardo episcopo Paderbornensi obtento circa annum 1134. Cum vero virgines, in monte *Iburg* collectæ, in magna rerum inopia traherent vitam, vir quidam *nobilis Heinricus de Gerdenen* ad augendam sibi spem vitæ æternæ christum eiusque genetricem Mariam et B. Petrum omnium bonorum suorum heredem delegit, et in fundo domus suæ, videlicet *Gerdenen*, cænobium construxit, in quod episcopus, de quo diximus, dei famulas e loco, calamitatis et miseræ pleno, transduxit, *Megeverde* sorore illius *Heinrici* et filii eius, *Wernone*, *Godefrido* et *Basilio*, id ipsum collaudantibus, testante diplomate episcopi Paderbornensis Bernhardi, ad annum 1142 dato. Quum vero iam tempore regum Francorum in eadem regione exstitit tam *Nortgardinum*, quam *Suitgardinum*, villa, vti apparet e decreto synodali Wormatiensi ad annum 868 Tom. I. *Annal. Paderb. Nic. Schatenii* p. 164; *Hildibertus* in *Nortgardinum* villa tradidisse videtur bona sua abbatæ Corbeiensis. Eum cum fratre suo *Teodberto* ad progenitores comitum Euersteinsium pertinuisse, nobis probabile videtur. Et fortassis fator fuit iste *Hildebertus* illius *nobilis viri Heinrici de Gerdenen*, qui vixit anno 1142. Comites enim Euersteinsenses in eadem regione bona quædam possedisse, negari non debet. Probabilissime ab eodem *Hildiberto* descendunt nobiles *domini de Brakel*, qui consanguinei fuere comitum de Euerstein, diplomatis nostris testantibus, in *Historia* nostra *Corbeiensis* producentis. Iam supra §. 104. not. (n) quendam *Hildibertum* et *Theodbertum* inter progenitores comitum de Euerstein deprehendimus, vt adeo verisimile sit, nostros *Hildibertum* et *Teodbertum* fuisse filios *Eggrici*, nepotis *Brunonis* Angariorum ducis.

- (T) *Derling* nomen viri est in Saxonia nostra tritum et vsitatum. In eadem Saxonia quendam *Derlingi* pagum deprehendimus, nempe in medirullio Principatus ne *Der-Wolferbuttelani*. De pago hoc exposuimus supra §. 15. not. (w) atque in his traditionibus passim. Nomen hunc pagum accepisse a *Derlingis* populis, quos Saxones nostri in suam potestatem redegerunt, admodum probabile est. Patet e traditionibus nostris, et imprimis ex §. 24, in eodem pago *Derlingo* exstitisse seruos æque ac in aliis pagis Westfaliæ atque Angariæ. Conclufimus inde, seruos, illos esse reliquias veterum *Derlingorum*, quorum fator vel pater fuisse videtur



Ab anno  
854 vsque  
877 re-  
gnante  
Hludo-  
uico et

§. 240.

Tradidit eilbert tertiam partem de quodam biuango in suilbergio-  
rum marca (U) testef eific eisulf odulf bernhard odric thiodric helmold  
berold ghermer adilmer folcberth gherhard alzaocco hrodgher.

§. 241.

Tradiderunt ragenolduf et hunolduf pro anima fratris sui (V) adal-  
dac

detur quidam nomine *Derling*, qui a Teutone, communi patre Germanorum,  
eiusque filiis originem videtur duxisse.

De Suil-  
bergio-  
rum mar-  
ca.

(U) *Suilbergiorum marca* sine dubio hic ponitur pro pago *Suilbergi*, intra comitatum  
Dasseliensem ac ad saltum Sollinganum reperiundo, de quo exposuimus supra  
§. 167. *Marca* probabiliter nominatur hic pagus, quia ibi limes præsto erat *Ang-  
garia orientalis*. An vero comites, qui eidem præstare marca, dicti sint, *Marg-  
grauii* seu comites limitanei, aliis perquirendum relinquimus.

Origines  
comitum  
Olden-  
burgico-  
rum, du-  
cum  
Holfatiæ  
et regum  
Dano-  
rum.

(V) Cum *Ragenoldus*, *Hunoldus* atque *Adaldac* fuerint fratres, et in villa *Rottbingun*,  
quam Registrum Bonorum et Prouentuum A. C. ponit in pago *Leri*, quædam  
tradiderint, probabilissimum indicari videretur, eos ad gentem Widikindeam spe-  
ctasse. In eodem enim pago *Leri* familia Widikindea bonis hereditariis gauisa  
fuit, vti supra §. 104. demonstrauius. Inter testes reperitur quidam *Almer*.  
Quod nomen cum contractum sit ex *Agilmer*, fortasse is idem *Agilmarus* est, qui  
supra §. 234. inter testes Alfrici Widikindei apparet. Hic probabiliter Alfrici  
consanguineus fuit, vti reliqui l. c. adhibiti testes. Potuit ergo ille *Agilmarus*  
esse vel frater, vel consanguineus *Ragenoldi* atque *Hunoldi*. Videtur is *Agil-  
marus* fuisse *Engilmarus*, de quo loquuntur Traditiones Fuldenfes p. 313 num.  
19, et p. 316 num. 74 his verbis: *Ego Engilmar de Westerliche trado S. Bonifatio  
proprietates meas in villa Humkuse XXX boum terram. Et: Ego Engilmar et Golt-  
gart vxor mea tradimus ad S. Bonifatium in Fuldensi monasterio in pago Westrahe in  
villa Hintinlose XXX boum terram cum XVI mancipiis.* Quemadmodum enim villa  
*Hintinlose* est oppidum *Hindelopen*, situm ad mare dictum de *Zuder Zee*, ita negari  
non posse censemus, eundem *Engilmarum* ad gentem Widikindeam spectasse,  
quippe quæ eadem in regione bona hereditaria possedit haud vna. Quamuis  
vero *Agilmarus* ille frater *Hunoldi*, siue minus, fuerit, negari tamen non poterit,  
*Hunoldo* fuisse filium, nomine *Wulfarium*. Infra enim §. 359. reperimus  
*Wulfarium* quendam, pro anima patris sui *Hunoldi* in pagi *Leri* villa *Gnidun*  
bona quædam tradentem, quem *Hunoldum*, vti e situ *Gnidun* villæ apparet,  
eundem fuisse putamus, qui, hoc nostro loco teste, frater erat *Ragenoldi* atque  
*Adaldaci*. Quis vero sator horum dominorum fuerit, id satis in obscuro latet.  
Quantum e locorum situ et nominum similitudine conclusimus, arbitramur, pa-  
trem *Hunoldi*, *Ragenoldi* atque *Adaldaci*, fuisse *Hunoldum*, qui, testante §. 8,  
circa annum 823 in villa *Fuilm* in pago *Laingo*, qui pago *Leri* erat contiguus,  
bona quædam ecclesiæ Corbeiensi tradiderat, quem *Hunoldum* plura bona in ea-  
dem regione tenuisse, negare poterit nemo: quia probabile non est, *Hunoldum*  
eodem tempore omne patrimonium suum largiendo effudisse. In Saxonie no-  
stræ *Adelingis Hunoldum* istum, quem primum nominare volumus, referendum  
esse, nemo facile inficiabitur, quia eo tempore homines fere nulli, nisi *Adelin-  
gi*, bona hereditaria in nostra Saxonie possederunt. Parer ergo *Hunoldi*, quem  
ante tempora Caroli M. vixisse oportet, opibus ac seruis suis summo cum impe-  
rio præfuit. Ante Carolum M. enim Saxonici *Adelingi* nullum habebant regem  
vel cæsarem. Fortassis autem *Hunoldus* iste ex eodem sanguine, quo *Widekin-  
dus* M. erat ortus, fuit progenitus, eiusdemque patris filius fuit, quia in eadem  
regione, in qua *Widekindi* posterius sua tenuerunt bona, et ipse sua possedit.

*Helmold* et *Uffico*, qui in pago *Leri*, testantibus §§. 27 et 35, bona quædam  
tradiderunt, *Hunoldi I* fuisse fratres videntur. Cumque *Eilbardus* quidam in  
eodem pago *Leri* et in eadem villa *Hundloun*, in qua *Helmoldus* quædam tra-  
dide-



dac mansum unum in rotthingun tethes tethard fini riculf thedric todo de-  
do *ahner* bern thietger adalhard esic. guber-  
nante  
Corbe-  
iam Adal-  
gario.

§. 242.

diderat, bona quædam largitus sit, testante §. 123, *Eilbardus* iste *Helmoldi* filius fuisse videtur. Quia autem *Eilbardi* nomen contractum est ex *Ethelhardo* seu *Adelbardo*, cuius nominis quendam Saxonum occidentalium ducem fuisse statuimus, probabili coniectura auguramur, istum *Ethelbardum* ducem inter progenitores dominorum nostrorum referendum esse. *Widekindum* sane magnum in *Fresonum* regione aliquid iuris possedisse, ex *Actis S. Ludgeri* Tom. I. Leibn. p. 90. patet. Probabilissimum ergo videtur, dominos nostros ad *Widekindam* spectasse stirpem.

*Wulfarii*, filii *Hunoldi II*, fratrem fuisse *Egilmari* episcopum *Osnabrugensem*, qui ab anno 887 vsque ad annum 918 sedi præfuit, nobis probabile videtur. Si enim primo *Agilmarus* frater fuisset *Hunoldi II*, episcopo *Egilmario* nomen fuisset inditum, a patruo suo petum. Deinde negari non potest, cæsares eo tempore perlibenter designasse ad episcopatus regendos vicinorum dominorum fratres vel filios. *Consanguinei* autem *Egilmari* bona sua hereditaria in vicinia episcopatus *Osnabrugensis* ita habuissent. Denique potuissent hac ratione clerici *Osnabrugenses* ab *Egilmari* consanguineis patrocinium ac defensionem sperare contra *Corbeiensem* atque *Herfordensem* abbatias, cum quibus eo tempore illi contendeant de decimis ablati, vti *Erdw. Erdmannus* in *Chronico Osnabrug.* T. II. S. R. G. Meibom. p. 200 seq. retulit. Non ergo fieri non potuit, vt illi *Egilmari* cæsaris gratiæ quam diligentissime commendauerint.

An dictus *Wulfarius*, quem fratrem episcopi *Egilmari* diximus, adhuc alium fratrem habuerit, nomine *Reginbertum*, cuius filius *Gerbertus* tempore abbatibus *Fuldensis* *Hadamari*, id est, anno 950, præfectus fuit tractui in *Frisia*, vti *Traditiones Fuldenses* testantur, id omnino in medio relinquimus. Illud certum est, in eisdem *Traditionibus Fuld.* p. 312 num. 13 *Gerbrabrum* quendam in *Frisia* in locis *Austmora* et *Adingamora* proprietates possedisse et tradidisse, et in nostris *Tradit. Corbeiensibus*, §. 454. quendam reperiri *Gherbertum*, qui filium habuit nomine *Renoldum*, qui in villa *Anhematium* in *Enterigawi* pago, qui in comitatu *Hoiano* reperitur, bona quædam tradidit, quique idem *Renoldus* seu *Reginboldus* videtur, qui anno 1037 in *Agrotingun* pago plurima bona donauit, testante §. 484. Si noster *Gherbertus* idem esset, qui, testibus *Traditionibus Fuldensibus*, in *Frisia* bona tenuit, tunc suspicari liceret, nostram familiam ad *Widekindam* omnino esse referendam. Etenim nomen *Reginbertus* quasi proprium fuit *Widekindis*. Deinde *Widekindi* in comitatu *Hoiano* et in *Frisia* bona hereditaria possederunt plurima. Quemadmodum autem de hoc momento cum nemine litigare vel in arenam descendere volumus, ita *Gherbertus* noster, *Renoldi* pater, et filius *Wulfarii*, esse poterit sator nobilium dominorum de *Stumpenhufen*, a quibus comites de *Hoia* descendunt.

*Renoldus*, filius *Gherberti*, adhuc duos fratres habuisse videtur, *Brunonem* scilicet et *Bernbardum*. *Bruno* appellatur clericus, et tradidit bona quædam, in pagi *Agrotingun* villis *Huinni* et *Linthi* sita, testante §. 464, et pro fratre suo *Bernbardo Bruno* quædam donauit in pago maiori *Emisgao* sita in villis *Wewelidde* et *Sugila*, id est, in *Werlte* et *Sogel* in inferiori episcopatu *Monasteriensis*, vti docetur §. 473. Putamus autem, *Brunonem* istum capropter ad hanc familiam spectasse, quia *Reginboldus* in eadem villa *Huinni*, in qua *Bruno*, quædam largitus est.

*Wulfarii* filius probabilissime præterea fuit *Adeldac*, archiepiscopus *Hamburgensis*, qui anno 988 vitam cum morte commutauit. Quemadmodum enim illi a propatruo suo *Adaldaco* nomen inditum fuisse videtur, ita archiepiscopus *Adeldac* in *Chronico* nostro *Corbeiensis consanguineus reginæ Mabilde* appellatur. Tempore regiminis abbatibus *Corbeiensis* *Beuonis II* ille in schola *Corbeiensis* literis operam dedit. postea ille fuit capellanus reginæ prædictæ, ac primam missam

Nnn

lam



Ab anno  
854 usque  
877. re-  
gnante  
Hludo-  
uico et

sam pro animæ regis *Heinrici*, dicti aucupis, salute cantavit, tantaque in gratia apud reginam *Mabildam* fuit positus, ut ipsa filium *Otonem* hortari atque orare non desisteret, donec ille *Adeldaco* nostro honorem archiepiscopalem decerneret, Chronico nostro, atque auctore *Vite regine Mabilde* referente Tom. I. Leibn. p. 196 seq. Vix alia ratione, quam hic factum, ostendi poterit, quomodo archiepiscopus *Adeldacus* fuerit consanguineus reginæ *Mabilde*. Non igitur dubito, multos iudicatuos, sententiam nostram de *Hunoldorum* nostrorum origine, e stirpe *Widekinde* deducendorum, esse verisimillimam, quum illa regina ad eandem quoque gentem spectauerit, ut iam supra demonstrauius. Appellatur autem porro archiepiscopus *Adeldacus* T. II. Leibniti p. 214. consanguineus *Adalwardi* episcopi Verdensis, qui l. c. genere illustris atque *Adaldaci* magister nuncupatur. Iste *Adalwardus* fuit nepos *Adalwardi*, ac filius *Richardi*, qui, testante §. 341, pro hoc filio suo *Adalwardo* in pago *Nithega* in villa *Hiristi* quædam tradidit, cum cum ad reliquias SS. martyrum *Stephani* atque *Viri* offerret. Quemadmodum itaque iam supra §. 104 not. (n) ostendimus, *Adalwardum* istum fuisse abnepotem *Brunonis* Angariorum ducis, ita probabilissimum reddi speramus, Archiepiscopi *Adaldaci* matrem stirpis fuisse *Brunonianæ*. Rectissime ergo idem *Adaldacus* nominatur Tom. II. S. R. G. Meibonii p. 29. cognatus *Landwardi*, *Mindensis* episcopi, quippe qui eiusdem *Brunonis* ducis abnepos, et nepos *Cobbonis* comitis fuisse videtur.

*Hunoldus* III videtur filius fuisse *Wulfarii* prædicti. Donauit enim *Hunoldus* iste pro se, pro patre suo *Wulfario* ac filio suo *Egilmaro*, homines quosdam proprios in villis *Emfeki*, *Hareburgun*, atque *Erelitbe* in pago *Leri*, testante §. 449. Cum enim villa *Emfeki* sit vicus *Emfeki* in inferiori episcopatu *Monasteriensi*, *Hareburgun* vero *Herbergen*, ac *Erelitte* *Littel* in *Oldenburgico* comitatu, nemo negabit præfracte, *Wulfarium*, patrem *Hunoldi*, eundem fuisse, qui in eodem pago in villa *Gnidun* bona quædam tradiderat. Atque ex his momentis euidentissime apparere putamus, dominos, a nobis hætenus recensitos, ad progenitores *Oldenburgicorum* comitum spectasse. Dicitur enim *Egilmarus*, filius *Hunoldi*, sine dubio idem *Egilmarus* est, a quo eruditi stemma *Oldenburgicorum* comitum, serenissimorum ducum *Holsatie*, ac potentissimorum regum *Danie* hucusque inchoarunt. Teste Io. Schiphovero Meppensi T. II. S. R. G. Meibonii p. 141. dicitur *Egilmarus* subditis sibi bene præfuit per multos annos. In eo ipso vera prædicauit Schiphoverus. In hoc autem errauit, quod patrem *Egilmarum* fuisse *Haionem* perhibuit, et *Egilmarum* patrem a filio *Egilmaro* non distinxit. Omnia ergo ordine recensere debemus, ut simul adpareat cunctis, quam late etiam deflexerit a veritatis tramite, ut solet, *Iohannes Hübnerus* in *Tabulis genealogicis*.

Statuimus ergo, *Egilmarum* habuisse in matrimonio *Rekenam*, filiam *Ide*, quæ neptis erat ex fratre cesaris *Heinrici* III. et neptis e sorore *Leonis* IX Pontificis maximi. De hac *Ide* quædam in medium proferre debemus, ut pateat cunctis, *Egilmarum* maritum *Rekenæ* non fuisse alium, nisi filium *Hunoldi*, in traditionibus nostris occurrentem. Quod ergo ad originem *Ide* attinet, annotauit *Albertus Stadenensis* abbas in Chronico suo p. m. 152. b. (edit. Witteberg. a. 1608) *Idam* fuisse filiam fratris imperatoris *Heinrici* III, filiam quoque sororis *Leonis* papa, et nupsisse eam *Lippoldo*, filio domina *Glimodis*. Huic *Lippoldo* peperit *Ide*, *Odam* sanctimonialem de *Rintbelen*, quam postea claustrum absoluit, et tradidit regi *Ruziæ*, cui peperit filium *Warteslaw*. Nomen regis *Ruziæ*, cui nupsit *Oda* filia *Ide* discere possumus ex *Theodosii* abbatis *S. Michaelis* in vrbe *Kiovia* Annalibus, quos *Gerardus Fridericus Mullerus*, academiae *Peropolitanae* professor, libro edito: *Sammlung Russischer Geschichte* P. V. inferuit, ubi ad an. 1109 p. 395 sic legitur: obiit princeps *Praxidis Wsewolodi* filia. Iste *Wsewolodus* natus fuit anno 1030 atque obiit anno 1090, ut ex eodem auctore discimus. Ex quo simul patet, nomen filii *Wsewolodi* non fuisse *Warteslaw*, ut *Albertus Stadenensis* putauit, sed *Wolodomiri*, qui anno 1093 dominus *Czernichouie*, anno autem 1114 monarcha *Russie* fuit, atque anno 1125 mortuus est. *Eupraxis* *Russica*, filia *Ode* et *Wsewolodi*, nupsit primum *Heinrico* comiti *Stadenensi* atque marchioni septentrionali, atque, eo ad annum 1087 defuncto, *Heinrico* IV. Romanorum imperatori. Ita enim *Annalista Saxo* ad an. 1089: *Henricus imperator Colonia nuptias cele-*



celebrauit, *Heinrici supra dicti marchionis de Stadbe viduam, filiam regis Ruzorum* gubernante Corbeiam Adalgario, *ducens uxorem.*

Habuit autem supradicta *Ida* præter *Lippoldum* duos maritos, comites scilicet *Dedonem* atque *Ethelherum* album, quorum uterque in *Tbietmarschia* occisus est, cum ibi comes esset. Alter eorum (sunt verba Alberti Stadenfis l. c.) de *Ida* genuit filiam *Rikencem*, quam duxit *Eilmarus* comes de *Aldenburg*, *Aliarinam* matrem *Burchardi de Lucken*, et *Burchardum Treuerensem* maiorem præpositum, qui postea in archiepiscopum electus est. Habuit autem *Ida* quoque filium *Ecbertum* comitem, quem *Udo*, comes Stadenfis, in *Wistede* prope *Elstorp* occidit, qui eius cognatus erat, eodem Alberto Stad. l. c. teste. Ex his dictis maioris perspicuitatis gratia hoc schema genealogicum producimus:

Ida neptis Heinrici III. cæsaris, et Leonis papæ, vxor					
e primo toro.		e secundo		et	tertio toro.
1) Lippoldi		2) Dedonis et		3) Ethelheri comitum,	
Oda canonica Rintelienfis vxor a. 1051. Wifwolodi Rusforum monarchæ † 1093.	Rikence vx. Egilmari I. (III.)	Aliarina vx. N. comitis de Lucken.	Burchardus præpos. maior Treuerensis, postea archiepiscopus.	Ecbertus comes occisus ab Udone II. comite de Staden.	
Wlodomirus Rusforum monarcha † 1125. anno atatis 73.	Eupraxis vx. 1) Heinrici comitis de Staden filii Udonis II. 2) Heinrici IV. cæsaris † 1109.	Egilmarus II. (IV.) comes de Oldenburg.	Burchardus comes de Lucken occisus ab Herimanno comite de Winzenborg atque aduocato Corbeiensis.		

Quamuis vero annales veterum non retulerint, quo anno *Rikence*, vxor *Egilmari*, nata sit, patet tamen ex omnibus momentis, eandem iam anno 1040 in matrimonio vixisse. Albertus enim Stadenfis l. c. prodidit, *Idam*, heredibus orbata, Romam profectam esse ad auunculum suum papam *Leonem*, et salubribus monitis dimittendi debitoribus suis debita, ab ipso instructam, rediisse *Elstorpam*, atque *Udoni* marchioni prorsus dimisisse iniuriam de nece filii *Ecberti*, atque, ut quietius suis frui posset possessionibus, ipsum *Udonem* heredem suum fecisse, qui vicissim ex hereditate sua CCC mansos *Idæ* dederit possidendos, quam diu ipsa viueret. Cum igitur papa *Leo*, eodem Alberto Stadenfi p. 122 et 126, *Wiberto* in Vita Leonis IX, Francisco Pagio in *Breuiario Pontificum Romanorum* To. II p. 356, atque aliis testibus, anno 1049 ordinatus, atque anno 1054 mortuus sit, putamus ex eo patere, *Idam* circa annum 1050 profectam fuisse Romam, atque eodem tempore filium suum *Ecbertum* comitem fuisse occisum. Quodsi autem eodem tempore *Ecbertus*, filius *Idæ*, iam comes fuit, sequitur, eundem iam fuisse ætatis adultæ, atque eiusdem sororem *Rikencem* iam eo tempore maturam toro fuisse. Cum itaque pater *Egilmari Hunoldus* circa finem atque initium seculi X. et XI. vixerit, quo tempore, scilicet initio seculi XI, *Egilmarus* probabilissime tantum puer fuit, nihil videmus, quod nos impediatur, quo minus statuamus, *Egilmarum* maritum *Rikence* fuisse illum *Egilmarum*, qui in Traditionibus nostris appellatur filius *Hunoldi*. Adde, quod idem *Hunoldus* bona hereditaria habuit in eadem regione, in qua *Egilmari* posteri illa tenuerunt, scilicet in comitatu Oldenburgico. Fuisse autem *Egilmarum*, maritum *Rikence*, patrem *Egilmari II*, comitis de Aldenburg, Albertus Stadenfis l. c. affirmat. Quo anno *Egilmarus II* obierit, non liquet. Illud discimus ex eodem Alberto Stadenfi p. 148 b. eius vxorem *Eilicam* fuisse filiam *Otonis* (comitis) de Cappenberch, ex qua genuerit *Heinricum I* et *Christianum I*, comites de Aldenburch, atque *Otonem*, præpositum Bremensem. *Heinricus I* Comes vxorem duxit sororem *Heinrici* comitis de Gelre. Ex hac genuit *Heinricum II* et *Gerardum* clericum, nec non filiam, quam *Widekindus* de Stumpenhufen, filius *Geronis*, duxit. Mortuus est *Heinricus I* anno 1167, quo anno etiam *Christianus I* obiit, relictiis e *Cunegunda* filiis, *Mauritio* et *Christiano II*, uti idem Stadenfis refert p.




Ab anno  
854 vsque  
877 re-  
gnante  
Hludo-  
uico et

§. 242.

Tradidit *bodo* in *medriki* et in *hucxori* (W) mansos quatuor cum omni-

193. Plura inuenies in *Clientela Corbeiensi*. Nunc haftenus prolata sequenti tabulae genealogicae includemus, qua originibus Oldenburgicorum comitum, et ducum hodiernorum Holsatiae, ac regum Daniae, colophonem imponimus. En illam.



De villa  
Medriki  
in pago  
Hessi.

(W) *Medriki* villa erat, sita in pago *Hessi*, et *Hucxori* in pago *Auga*, Registro nostro testante. *Medriki* villa olim sita erat ad *Dimolam* in episcopatu *Paderbornensi*. Nunc ipsa dicitur *Meybeck*. In hoc vico nobiles domini de *Spiegel* decimam atque alia iura tenent. Circa eandem villam concessit anno 887 rex *Arnolfus* monasterio *Corbeiensi* quamdam piscationem, vti sequentes approbant litterae, quas ex autographo, quod tabularium *Corbeicense* adseruat, quam accuratissime huc traicimus. En illas.

Q In nomine sc̄ae et indiuiduae trinitatis. *Arnolfus* diuina fauente clementia rex: Si seruorum d̄i petitionibus quas pro ec̄cliarum sibi met commissarum utilitatibus nobis suggerunt clementer annuere ac pie prospicere uolumus et ad presentis uitae cursum prospere peragendum et ad futurae beatitudinis premia promerenda id nobis profuturum liquido credimus. Unde omnibus sc̄ae d̄i ec̄cliae n̄risq; fidelibus notum esse uolumus quod fidelis n̄r *bouo* abbas monasterii quod uocatur noua *corbeia* insinuauit celsitudini n̄rae qualiter ipsum monachorum



omnibus ad eisdem pertinentibus atq. homines III latos ita uocitatos


guber-  
nante  
hil-  
Corbe-  
iam Adal-  
gario.

rum coenobium sibi commissum nec non et monasterium puellarum constitutum in loco *heriford* nuncupato cui praest abbatissa nomine *hatuuni* a uenerandae memoriae antecessore nro *bludouuico* pro aeterna ipsius omniumq. gloriosissimi generis sui memoria primum constructa ac deinde tam illius quam filii sui serenissimi regis *bludouuici* et successorum eius largitionibus; illustrata et defensione ac tuitione haecenus fuerint conseruata. Quamobrem nram implorauit clementiam ut eadem monasteria sub nra tuitione suscipientes omnes donationes atq. concessionem a progenitoribus ac predecessoribus; nris eis collatas nrae auctoritatis praecepto firmare et stabilire uellemus cuius rationabili ac iustae petitioni assensum praebentes decernimus atq. iubemus ut utrumq. coenobium cum omnibus ad ea pertinentibus; plenissimae immunitatis securitate fruatur sicut ab antecessoribus; nris eis concessum fuerat ut in eorum praeceptis continetur neq. publicis exactionibus; uel quibuscunq. modis illorum homines a qualibet iudiciaria potestate distringantur sed nec praefatus abbas eiusq. successores aliquando in hostem ire cogantur sed sicut antea eis a praedecessoribus; nris concessum fuit omnes suos *uasallos nobiles* secum in patria ab expeditionibus; uacantes habeant inferioris uero conditionis quantum opus habuerint ad legationem nram et ad monasterii utilitatem prout necessitas flagitat peragendam. Deinde supra dicta monasteria cum uniuersis rebus suis ita in nram tuitionem ac defensionem suscipimus ut eorum decimas uel possessiones siue regia donatione seu aliorum fidelium traditione adtributas uel proprio labore adquisitas nulla cuiuscunq. ordinis aut dignitatis persona quolibet modo eis auferre praesumat. Sed et epi qui ecclesias ad ea pertinentes officii causa debent adire non exigant maiores sumtus ad sua mansionatica quam primum statutum fuerat et in capitulari libro scriptum habetur. Praeterea quod ab exordio constructionis eorundem monasteriorum a nris antecessoribus constitutum est nos quoq. firmiter seruari uolumus uidelicet ut ubicunq. casas uel cortes habuerint ex rebus; quas ibidem suis laboribus acquirunt decimas dent ad portam monasterii nec alibi eas dare cogantur quatenus in nram ac totius generis nri perennem mercedem superuenientibus; peregrinis et hospitibus; seruiantur sicut in regio capitulari et in decreto sinodali permissum est. Xenodochia et reliqua fidelium pauperumq. construi hospitalia ut mos fuit semper in sacris concedi coenobiis. Proinde utriq. congregationi regularis electionis potestatem concedimus ut et monachis inter se abbatem et scimonialibus; abbatissam similiter dum ita res exigit eligere liceat. Ad extremum quoniam superius nominatus caesar *bludouuicus* gentem quam pater serenissimus imp̄ *karolus* ferro edomitam ad Xp̄tianitatis fidem conuertit ad memoriam paternae uirtutis et religionis monasteriorum constructionibus; illustrare disponens haec duo ad perpetuam tam ipsius quam uniuersae ut supra dictum est gloriosissimae profapiae suae eleemosinam secundum antiquam monasticae disciplinae rectitudinem construi et ordinari praecepit idcirco nos eam cunctorum fidelium nrorum precipue ep̄orum in quorum parochiis eorum res sunt positae tuitioni et benignitati commendamus ut eis ubi illorum ope indigerint prouidentiam et auxilium magis exhibeant quam molestiam ingerant nec in ipsorum ecclesiarum a suis presbyteris missarum celebrationes fieri interdiciant sed si quid sui iuris sibi inde negari putant ad nram praesentiam et sinodalis examinis iudicium deferant. Iustum est enim ut eis prosint quod semper sub imperiali et regia praedecessorum nrorum tuitione fuerunt et quod defensionem et confirmationem rerum suarum a potestate beati petri per praeccepta sedis aplice consequi meruerunt. Ut autem omnibus; innotescat nos nihil ex his quae antecessores nri ad eadem loca donauerant uelle minuere etiam ex nro addere aliquid decreuimus concedentes ad subsidia fratrum in



Ab anno hildiger cum uxore et liberis althard cum uxore et liberis unico cum  
854 vsque uxore et liberis bodo cum uxore et liberis et seruum nomine engilfried  
877 re- gnante cum  
Hludo-  
uico et

praefata noua *corbeia* domno seruientium piscationem in *methriki* et in uicinis locis quae ad *n̄r̄m̄* ius pertinebant atq. uniuersum beneficium quod norbertus prouisor una cum omib; mansis et familiis quae ad ipsam piscationem prouidendam et ad praedicti norberti beneficium pertinebant. Haec uero auctoritatis *n̄r̄ae* concessio ut plenior in *d̄i* nomine obtineat firmitatem manu propria subter eam confirmauimus et anulo nostro assignari iussimus.

fignum domni arnolfi  gloriosissimi regis

Engilbero notarius ad uicem theotmari  
arcicapellani recognoui et *fff.*

Sigillum uide in  
Tab. IV, n. 4.

data III id. decemb. anno incarnationis domni DCCCLXXXVII  
anno primo regni domni arnolfi piissimi regis. Actum in forcheim  
palatio regio in *d̄i* nomine feliciter amen.

Per hoc diploma donauit Arnolfus anno 887 ecclesiae Corbeiensis piscationem in *Metbriki*, ad ius regium tunc pertinentem. Ex quo momento sequi uidetur, *Bodonem* nostrum mansos et homines suos in eadem villa Corbeiensibus iam ante annum 887 tradidisse. Probabiliter enim existimatur *Bouo*, abbas Corbeiensis, regi Arnolfo, de monasterio nostro bene mereri cupienti, suppliciter proposuisse preces, ut daret aliquid Rex abbatis nostrae in loco *Medriki*, quippe in quo iam spectent ad eam mansi quidam et quidam homines, quos *Bodo* tradiderit. His itaque serenissimus rex piscationem in *Dimola* uidetur addidisse. Eadem autem piscatio olim monasterio nostro maximo fuit emolumento, uti annales nostri MS<sup>ti</sup>, quos archiuum Corbeiensis adseruat, referunt. De villa *Huxxori*, nunc dicta *Huxaria*, plura disserendi occasio mihi subnascetur in *bisforia Corbeiensis*, ad quam beneuolum lectorem in praesens remittimus. Queritur autem, ad quam potissime familiam probabili Corbeiensibus quadam ex suspitione referendus sit ille *Bodo*, qui sita in villis *Huxxori* et *Medriki* bona sua donauit. Ad Brunonianam gentem cum spectasse, satis probabile est. Cum enim iam supra demonstraerimus, stirpem Brunonianam in eadem circa *Huxariam* regione amplissima possedisse praedia, non possumus non statuere, eundem *Bodonem* ad familiam Brunonianam seu *Ebertinam* referendum uideri. Incertum tamen est, an ille fuerit filius *Hrotgeri* comitis; an *Adalwardi*, nepotum ducis Angariorum, Brunonis. Fortassis hic *Bodo* ille est *Bodo*, qui anno 880 in praelio cum Nordmannis occubuit, *Annalibus Francorum Fuldens.* testibus Tom. I. Freheri p. 52. Dignum memoratu uidetur, inter posteros ducis Brunonis quandam reperiri nomine *Bodonem*. Quemadmodum enim iam supra §. 106. de *Bodikone*, antiquissimo Saxonum duce, mentem nostram declarauimus, ita quoque de *Bodone* nostro iam supra nonnihil egimus ad §. 186, affirmantes, plane fictum non uideri id, quod quidam de *Bodone* Saxonum rege statuerunt, cum uerisimillimum sit, familiam Brunonianam nomina progenitorum suorum in stirpe sua conseruandi satis cupidam fuisse.

(X) Buc-



cum uxore et liberis testef *adabric* ofsuuard *bucco* (X) folculf ubbo brunhard raduuard et terfilo.

gubernante  
Corbeiam  
Adalgario.

## §. 243.

Tradidit theodharduf pro anima patris et fratris sui quidquid possederat in *briethbrun* (Y) testef folchriduf theodmaruf fuitgeruf asculf ofsuuarduf uuulfgeruf dudo item dudo fiharduf thiaduueruf thiadricuf.

## §. 244.

Tradidit hildibold in *disaldesbusen* (Z) iurnales quinque. Tradidit magengod quidquid possederat in *asthem* (a) testef raduuard offo fini Liudman.

## §. 245.

(X) *Bucconis* nomen inter Saxones nostros vstatum hic deprehendimus, quod obseruandum est contra eruditissimum Dn. C. Abelium, qui in *Antiquit. Saxonica* Part. III p. 700 contra illustris D. Ioh. Gottl. Kraufii, olim Prof. Histor. P. P. Wittebergenfis, *dissertationem de Theodorico Bucizo eiusque genere et patria*, negat, *Bucconis* nomen in Saxonia nostra fuisse in vlu. Abelius simul perhibet, nomen istud fuisse Alemannicum et Bauaricum, ac Saxonibus nostris tam incognitum, vt vetulae nostrae e Buccone, episcopo Halberstadensi, vaccam fabricauerint, canentes, *Muhkob von Halverstad* etc. Quemadmodum vero idem Abelius l. c. praeterea perperam contendit, nomen Burchardi fuisse Franconicum et in Saxonia nostra inusitatum, siquidem in hisce Traditionibus deprehendimus §§. 282. 306. 323. et 326. Borchardos, quorum vnus ad annum 865 comes fuit per pagum Dreini, et ad annum 862 per pagos Grainga et Hrecwiti; ita idem Abelius l. c. p. 706. rectissime pronunciauit, in veteribus genealogiis et documentis multa nomina occurrere, quae neque sibi neque D. Kraufio neque D. Eccardo cognita fuerint. Id ipsum haec traditiones passim demonstrant. An vero noster *Bucco* sit Burchardus, qui infra (§. 282) in vicis Brack et Asche quaedam Corbeiensibus donauit, id est sic comparatum, vt in medio relinquamus.

De nomine  
Bucco

(Y) *Hrietbrun* villa erat, testante nostro Registro, in pago *Itergo*. Vicum ergo *Raderen* in principatus Waldeccensis praefectura Lichtenfels designari, iudicamus. Pertinuisse itaque *Theodbardum* ad stemma Widekindum, probabile est, siue ille Buniconis II siue Riedagi I filius fuerit.

De villa  
Hrietrun  
in pago  
Itergo-  
we.

(Z) *Disaldesbusen* villam fuisse in pago *Suilbergi*, discimus e nostro Registro. Vicus itaque *Dassensen* indicatur, situs in comitatu Dasseliensi. Haec est ea villa, in qua supra (§. 235) *Suitbard* pro anima *Marewardi* aliquid dicitur tradidisse. *Hildiboldum* ergo fratrem fuisse *Suitbardi* ac *Marewardi*, suspicari sumus supra §. 104. not. (1) vbi retulimus vtrumque ad familiam Dasseliensem.

De villa  
Disaldes-  
husen in  
pago  
Suilber-  
gi.

(a) Villa *Asthem* inseritur in Registro nostro pago *Wetereiba*. Hunc pagum a fluuio *Wetter*, qui oritur haud procul a *Laubach* et *Wetterfeld* in comitatu Solmensi, atque ad *Assenheim* insluit *Niddam*, nomen accepisse, sentiunt eruditi. Olim incolae huius pagi appellabantur *Wedreui*, vti patet e quadam epistola Papae Gregorii II, quam ipse circiter anno 724 exarauit, vsus hac inscriptione: *Gregorius Papa vniuersis optimatibus et populo prouinciarum Germaniae, Thuringie et Hessie, Bortharis, Nistrefis, WEDREVIS, et Lognair, Suduofis et Grabfeldis vel omnibus in orientali plaga constitutis*. Tribuuntur huic pago *Wetereiba* in documentis veterum haec villae: *Bingenheim, Bonlant, Ebecila, Lintheim, Muggenstat, Orbaba, Quetbrun, Rotenbach, Ruomothbusen, Salzaba, Udenbusen, Wanolfesbusen* aliaeque, quibus haec traditiones addunt *Asthem* villam; quae vel *Ostheim* est haud procul ab oppido *Butzbach* sita, in ditione serenissimi Landgrauii Hassio-Darmistadini adquefescens, vel supra nominatus locus *Assenheim*, ad fluuium dictum die *Nidda* positus. Iam porro quaeritur, cuiusnam stirpis fuerit *Magengodus*, qui bona sua, ad villam *Asthem* sita, abbatiae nostrae donauit. Quamuis enim ille in traditione-

De villa  
Asthem  
in pago  
Wete-  
reiba.



Ab anno  
854 vsq̄ue  
877 re-  
gnante  
Hludo-  
uico et

## §. 245.

Tradidit ico pro anima filii sui radulfi quidquid in terris et filuif habere poterat in *adikenbus* (b) testes bardo comes uuichman ecbert uuultheri magenheri haric ragendac odi marcuuard thiathard alfric raginheri edulf uualthard beif beuo uuihung thiadric gherhard fini.

## §. 246.

Tradidit uualin in *holtbusun* (c) quidquid ibi habuit cum familia una testes uual adulf thancult hariulf anulo.

## §. 247.

Tradidit adalmer pro anima bernharii comitis mansum unum coniacentem in his uillis ita nuncupatis in *franconbus* (d) et in *beribrunnum*

ditionibus nostris non amplius inueniatur, e bonis tamen, quae ille in Wetereiba possedit, manifestum est, eundem ad stemma veterum comitum Hassiacorum, seu ad gentem Conradi I, regis Germanorum, fuisse relatum. De eo pluribus egi supra §. 216. Fortassis *Magengodus* noster filius Landfridi et frater Gerhonis erat. Videtur ille post haec comitatum suum nactus in pago Wormerzfeld. Teste enim diplomate regis Arnolphi ad annum 889, in Eccardi *Histor. Genual.* p. 259 seqq, villa *Techedestein* erat in pago Wormerzfeld sita & quidem in comitatu *Megengaudi*. Id si ita est, certum erit, iam inter progenitores ducis Wormatiensis Conradi (vti a Gotfrid. Viterb. in Chronico P. VII. appellatur, quo cum Widekindus noster consentire videtur, referens *Annal. L. III.* per regis imperium corpus ducis Conradi honorifice collectum et transportatum esse Wormatiam, ibidemque sepultum esse) quendam, scilicet *Magengodum*, comitatum, seu si mauis, ducatum habuisse Wormatiensem. Eiusdem *Magengodi* mentionem iniecit Annalista Saxo p. 229. seq. referens, anno 892 regem Arnolfum Zuendibalcho filio suo honores comitis *Meingaudi* ex parte largitum esse: mense enim Augusto *Meingaudum* comitem, nepotem Odonis regis ab Albrico et sociis eius in monasterio S. Sixti interfectum esse, eiusque corpus Treuiros deportatum et apud S. Maximinum sepultum esse. Si haec nostra connexio firma est, quaeritur, quo sensu *Magengodus* nepos appellari potuerit Odonis regis, filii Roberti. Habes hic, quae, si uoles, cogites. Teste corpore *Trad. Fuld.* p. 236 *Megingoz* a. 952 comes erat. An diuersus ab eo, cuius mentio iniicitur l. c. p. 284 num. 72, fuerit *Magengodus* noster, nunc non libet definire.

- (b) *Adikenbus* villa erat, Registro nostro testante, sita in pago *Huuetigo*. Eadem ergo villa erit ipsa, quam supra §. 167 in diplomate quodam regis Arnolphi deprehendimus. Est autem haec villa dudum desolata, olim haud procul ab oppido Nihem in episcopatu Paderbornensi obuia. Eadem esse videtur, quae in feudalibus litteris recentioribus appellatur *Adegissen*, de qua in *Clientela Corbeiensi* disseram pluribus. Interim *Iconem* cum filio suo *Radulfo* ad stemma Widikindeum referre uoluimus. Quemadmodum enim illud e bonis, in pago *Huuetigo*, ad familiam Widikindeam spectante, sitis, fit uerisimillimum: ita quoque probabili ex coniectura *Iconem* filium, eiusque natum *Radulfum* (cuius nominis quidam domini in gente Widikindea occurrunt) nepotem Beniconis IV appellauimus in tabula stirpis Widikindeae, ad §. 104. not. (††) adducta.

De villa  
Holtbusun in pago Enterigawi.

- (c) In nostro Registro sequitur *Holtbusen* in pago *Enterigawi*. ita enim uerba sonant: *In holtbusen in pago Enterigawi continetur mansus cum familia una*. E quo momento concludimus, designari uicem *Holtbusen*, in superiori comitatu Hoia situm. An *Walin* filius fuerit *Wicmodi*, qui in eodem pago, testante §. 61, quaedam tradidit, id alii exquirant uelim.

De villa  
Franconbus in pago Hefsi.

- (d) Villa *Franconbus* erat, teste nostro Registro, sita in pago *Hefsi*. Eadem ergo villa subesse intelligitur, in qua supra §. 180. *Hadwi*, soror *Luidolfi* ducis, mansum unum tradidit Corbeiensibus.

(e) *Heri-*



*mun* (e) cum familia una testef mainhard offo reduuard luidman fini cino tharuila geruuard.

gubernante  
Corbeiam  
Adalgario.

## §. 248.

Tradidit foleriduf in uice syburch pro anima liberorum fuorum mansum unum (f) testef berichbertuf fridericuf thiadbertuf thiadbern.

## §. 249.

Tradidit gelo pro anima fratris sui bernhardi mansum medium in *bifibus* (g) et medium in *geruuardesbusin* (h) testef aldrio rigger redulf uuenduco liudolf hildired uold teodgot.

## §. 250.

Tradidit abbi pro fratre suo haruth mansum medium in *uegballithi* (i) et duos homines unum litum et unum seruum testef eio fini item fini egino.

## §. 251.

Tradidit unigo in uice ualdrici mansum unum eundem pro seruiante in *sneuidi* (k) testef milo eliland autger si leif. uuilman uuaddo aliuf ualdric buno.

## §. 252.

- (e) *Heribrumum* villa fuit in pago *Patberga* posita, vti Saracho abbas noster in excipato Registro annotauit. Sine dubio igitur indicatur villa *Herbram*, in episcopatu Paderbornensi inter Lichtenau, Iggenfen, Steinhem, Buke, Nienherse et Kleinenberge obuia. De villa Heribrumum in pago Patberga.
- (f) In nostro Registro, saepissime excitato, sequuntur haec verba: *In pago Suilbergi in villa Roggelinghuson continentur LX iugera*. E quibus conclusimus verbis, abbatem nostrum Sarachonem respexisse ad donationem *Syburchae*, iisdemque verbis indicare voluisse villam, in qua Syburch nostra aliquid tradidit. Cum itaque pagus *Suilbergi* olim in comitatu Dasselensi positus fuerit, vti iam supra §. 167. demonstrauimus, per *Roggelinghuson* villam intelligimus denotari vicum *Reilinghusen* seu *Reljebusen* in comitatu Dassel ad flumen dictum *die Ilme* haud procul ab *Erichsburg*, sede praefecturae Principatus Grubenhagici. Probe autem haec villa distinguenda est a *Roggelinghuson*, villa pagi Aringho. De hac egimus supra §. 214. not. (F). De faemina *Siburch* vide supra §. 104. not. (1). De villa Roggelinghuson in pago Suilbergi.
- (g) *Bifbus* villa erat, Registro nostro testante, in pago *Agrotungun*, qua vicus *Besse* videtur esse, in comitatu *Lingenfi* sita. De villa Bifbus in pago Agrotungun.
- (h) *Gerwardesbusin* existit in pago *Leri*, eodem Registro teste. Designatus esse videtur vicus *Gerden* in episcopatu Osnabrugensi. *Bernhardum* itaque ac *Gelonem* ad progenitores comitum de *Tecklenburg* retulimus supra §. 104. not. (n) per coniecturam. De villa Gerwardesbusin in pago Leri.
- (i) *Wegballithi* villam fuisse repertam in pago *Huuetigo*, Saracho abbas in suo Registro nos docuit. Vicum ergo *Wobbel*, olim in *Sualenbergico*, iam vero in *Lippiaco* comitatu obuium, designari intelligimus. Probe fecernenda est haec villa a *Wegballidi* villa, quam supra §. 170. in pago *Logne*, seu in principatu *Göttingensi* fuisse positam, didicimus. De villa Wegballithi.
- (k) *Sneuidi* villa olim inuenta fuit intra pagum *Logne*. Id didicimus e Registro abbaris Sarachonis. Verisimillime videtur indicatus vicus *Sneen*, locus principatus *Göttingensi* in praefectura *Friedland*, de quo copiose egimus supra §. 118. not. De villa Sneuidi in pago Logne.
- (x) *Wigo*, qui loco *Waldrici* mansum, ad hanc villam situm, tradidit, an fuerit frater



Ab anno  
854 usque  
877 re-  
gnante  
Hludo-  
uico et

§. 252.

Tradidit euo et hufuard pro anima *landuuardi* et *hodonif* mansum medium in *hittonbocho* (l) testef adalbert thodo ouo fresger ubbo addo siduger udo thiadbern odger fresger uualdman landuuard bodo falh thiad-  
uuert.

§. 253.

Tradidit *erdag* in *balemeri* (m) mansum testef euo adalbert todo hufuard bodo, thiadbern odger fresger uualdman landuuard bodo falh thiaduerc.

§. 254.

Tradidit hroduuig medium mansum in *hustenni* (n) testef halacbert esthelm.

§. 255.

Tradidit gharuuarduf et erp partem aliquam de filua *masingorum* (o) testef hahrid aldmer ragenuuig pumi bernold arduuig.

§. 256.

frater *Waldrici*, traditiones nostræ non definiunt. In medio igitur id ipsum relinquimus. Interim confer de hoc *Wigone* seu *Wichardo*, satore comitum Northeimensium et Dasselienfium, has traditiones §. 104. not. (1).

De villa  
Hitten-  
bocho in  
pago  
Hessi.

(l) *Hodo* et *Landwardus* videntur fuisse consanguinei. Forasse *Hodo* est Hiddi, et *Landwardus* est filius Cobbonis comitis, de quo egimus supra §. 231. Fortassis tam *Hodo*, quam *Landwardus*, filius Esiconis, comitis per pagum Salagewe, Evam et Huswardam in matrimonio habuere. De Esicone comite egimus supra ad §. 216, ubi, satorem eundem fuisse regis Germaniæ *Conradi I.*, statuimus l. c. Iam vero per suspicionem concludimus e bonis, quæ probabiliter possedere *Landwardus* et *Hodo*, eos fuisse generos dicti Esiconis comitis. In nostro enim Registro villa *Hittenbocho* ponitur in pago *Hessi*. Et quamuis accurate indicare nequeamus, quinam vicus per eam designari intelligatur, placet tamen nobis vicus *Hattenbach*, in principatu *Hersfeldensi* situs. *Hassis* perferutandam relinquimus pleniorum huius loci notitiam.

De villa  
Balemeri  
in pago  
Hessi  
Franco-  
nico.

(m) Si *Hodo* et *Landwardus* generi fuerunt Esiconis comitis, tunc sequitur, eosdem quoque fuisse *Erdagi* sororios, quippe quem filium Esiconis comitis fuisse supra §. 216. asseruimus et præpotentem dominum in *Hassia*, id quod elucefecit ex hoc §. 253. Villa enim *Balemeri* erat in pago *Hessi Franco-nico* sita, testante nostro Registro. Denotari intelligitur vicus *Balern*, in inferiori *Hassia* conspicuus.

De villa  
Hustenni.

(n) *Hustenni* villa in nostro Registro non reperitur. Concludimus ex eo, abbatiam nostram tempore *Sarachonis* abbatis non amplius mansum medium in eadem villa possedisse. Nihil certi ergo de hac villa mihi definire licet. Quamuis enim loca quædam reperiantur, quibus est similitudo quædam nominis cum nostra, e. g. *Husum* in præfectura *Wölpe*, *Hussen* haud procul ab oppido *Geseke* in ducatu *Westfalia*, *Husin* in pago *Patherga* seu dynastia *Wevelsburg*, *Husen* in palatinatu *Rheni*, *Husin* in episcopatu *Bambergensi*, *Hustede* in *Landgraviatu Hassia*, et *Heusden* in *Batauia*, certumque sit, Abbatiam nostram in villa *Husin* in pago *Patherga* bona quædam possedisse, quam pro *Hustenni* venditare possemus; viri tamen honesti est, sine documentis et rationibus nihil certi statuere.

De Ma-  
singorum  
filua.

(o) *Masingorum* filua dicta est a *Masingbuson* marca. In nostro Registro ita porro verba sonant: in *masingbuson* marca partem aliquam de filua. Citra dubium *Saracho* abbas denotauit filuam *Masingorum*, quia statim hæc verba subiiciuntur, in pago *Hessi franco-nico* in villa *Balemeri* mansum. Iam queritur, in quam regione olim *marcus* ille exstiterit? Respondemus citra cunctationem, in dynastia



## §. 256.

Tradidit uigbert pro anima alfric fratris sui mansum unum *in pago huuetago* in uilla *billurbeke* (p) testef bardo comes (q) theodmer comes alfriger bardo alfric laer fini tadit folchard filec liuduuard uendilger item teodmar hariulf had hemmic ofuuard.

gubernante  
Corbeiam  
Adalgario.

## §. 257.

Tradidit ragenheri pro anima fratris sui ailuard (r) . . . . .  
testef ragenolduf fidac ueringer item ragenolduf bermer balding cilhard aldger.

## §. 258.

stia Padberg in terminis principatus Waldeccensis et ducatus Westfalæ locum visi, ubi ad flumen, dictum *die Hopke*, vicus *Messinghausen* reperitur. Idem autem marcus in eadem regione terminus seu limes fuit Angariæ occidentalis. Si autem hæc tibi haud probentur, expecta, quaeso, ea, quæ dicturi sumus in *historia Corbeiensi*. De *Gharwardo* atque *Erpone*, probabilissime ad progenitores comitum de Padberg referendis, infra agemus copiosius.

- (p) De villa *Billurbeke* *in pago Huuetago* iam supra §. 95. diximus, indicantes, per De villa eam designari *Bellerke* seu *Beller*, vicum olim in comitatu Sualenbergico, iam *Billurbe-* vero in episcopatu Paderbornensi, reperiendum. Cum itaque tam vxor *Walke* in *pa-* berti I, quam nepos eiusdem *Walberti* ex fratre *Bardone* isque e stirpe natus *Wi-* dikindea, in vna eademque villa bona quædam tradiderint, neminem fore *spe-* ramus, qui id improbable censeat, si suspicati fuerimus, *Wigbertum* atque *Al-* fricum ad eandem gentem fuisse relatos. *Wigbertum* fuisse eundem, qui quon- dam fuit monachus Corbeiensis et tandem episcopus Hildesheimensis, de quo alio loco pluribus agam, credibile videtur.
- (q) *Bardo* comes hic vltima vice inter testes traditionum nostrarum reperitur. Con- De Bar- icimus inde, illum post hæc non diu vixisse. Videtur ipse emisisse spiritum donec co- anno 880. Sic enim annales nostri referunt, quibus consentiant *Annales Fran-* *corum Fuldenfes* Tom. I. S. R. G. Freheri p. 51. his verbis: *In Saxonia* (anno 880) cum *Nordmannis* infeliciter dimicatum est. Nam *Nordmanni superiores* ex- stentes duos episcopos, quorum ista sunt nomina *Thiotrich* et *Marcuuart* (in Chro- nico nostro MScto et coætaneo appellantur *Thiadricus* et *Marcuuardus*) et duo- decim comites, his nominibus appellatos, *Brun* ducem et fratrem regine, *Wigman-* num (fortassis *Wichman* indicatur nepos S. Meinulfi, qui in his traditionibus reperitur §§. 233. 245. 260.) *Bardonem*, alterum *Bardonem*, et tertium *Bardo-* nem, *Thiotherium*, *Gerricum*, *Liutolfum*, *Folcuuartum*, *Auan*, *Thiotricum*, *Li-* tharium (fortassis *Liuthard* significatur, qui cum *Folchardo* erat propinquus Be- nonis comitis, testante §. 231.) cum omnibus, qui eos sequebantur, occiderunt. Præterea XVIII. satellites regios cum suis hominibus prostrauerunt, quorum ista sunt nomina *Aderam*, *Alsuuini*, *Addasta*, *Aida*, *Alcer*, *Aida*, *Dudo*, *Bodo*, *Wal*, *Adal-* *uuini*, *Werinhart*, *Thiotrich*, *Ailuuart*; exceptis innumerabilibus, quos in captiui- tatem duxerunt.
- (r) Sequitur in nostro Registro villa *Sulbeke*, quæ ponitur *in pago Auga*. Eandem De villa ergo villam hanc fuisse arbitramur, in qua *Ragenheri* pro anima fratris sui *Ail-* *uardi* seu *Adalwardi* bona quædam tradidit. Cum autem in pago *Auga* ad *in pago* *Wiseram* eiusdem nominis vicus hodie haud amplius superfit, quaeritur, quo- *Auga* nam in loco eadem villa quondam exstiterit. Vt ergo id clare et perspicue ostendamus, monendum est, in membranis nostris huius nominis duas villas occurrere, ambas olim in eadem regione positas, in qua pagus *Auga* situs fuit. Vna erat sita inter oppidum *Holtzminden* et vicum *Luchteringen* ad *Wiseram*, cuius meminere litteræ *Francisci* abbatis *Corbeiensis* sequentes.



Ab anno  
854 vsque  
877 re-  
gnante  
Hudo-  
uico et

Wy *Franciscus* vann Gotz gnaden Abbt des Keiserliken friggen Stiffts Corueie dhon kund und bekennen in duffem breiffe vor uns unse nakomen und Stifte datt wy hebben belener midt hande und munde so wontlick is und iegenwordigen in macht dufses breiffis beleynen *diederike Haken* alle den oldesten tho mede behoiff *Zerrike Haken* synes Vedderen tho eynen rechten sampt erue man leyne mit sels Houen landes tho *Perstorp* mit twen Meyer hoffen vyff kothoffen und der Schaperigge darfulueft item mit dem foirde tegen *Perstorp* midt dem bule und dem haluen tegeden vur *holtzmyne* item midt twen hoffen tho *forst* de sels houe landes hebben midt vyff houe landes tho *beueren* und ver kothhoffen darfulueft item midt dren houe landes vur *oldendorp*. item vertich morgen landes gelegen tho *Sneyffle* twischen *Ozen* und *Gronde* und midt dem broicke tho *Sülbecke* thor helffte twischen *Holtzmyne* und *Luchteringen* gelegen. Welckes Brockes de andere helffte de *Reiböcke* van uns tho leyne dragen, und mydt aller dufser obgenante guder thobehoringen wor de in holte felde water wyschen und weyden nichtz daruon uthgescheiden gelegen syn und wy unse nakomen willen und schullen genanten *diederike Haken* und synen mede beschreuen. so daner vurnomten guder bekante heren und warendt syn wor wanne und woe dicke ohn des nott und behoiff is dat van uns geciffket und uns in rechte geburen werdt daruan sie uns und unsem Stifte geruwe und holde man syn schullen de guder entfaen und vorstaen na gebure doch eines idern recht und gerechtickeidt unschedelick. Dufses in orkunde hebben wy unfer ebdie jngesegel witliken an dufsen breiff don hangen midde wekens na den hilgen palm fundage im dufent viifhundert und ein und vertigften jare.

Sigillum vide in  
Tab. IV. num. 5.

Ex his litteris Francisci de Ketteler, qui patruus fuit Wilhelmi episcopi Monasteriensis, ac Gotthardi primi Curlandiae ducis, patet, vicum Sulbecke iam anno 1541. fuisse desolatam. Stetit tamen ea adhuc anno 1416. Id ipsum comprobant serenissimorum ducum Brunsvicensium sequentes, memoratu dignissima, litteræ.

Wy *Bernd* un *Hinrich* van Godes Gnaden *Zertogen to Brunswich* un to *Luneborch Otto* un *Wilhelm unse Zone* bekennet oppenbare in duffem breue vor uns un unse eruen alze wy myt veyden angegrepen un bestalt hebt dat Slot *Euersteyne* na unfer frunde rade un est god dat geue un uns dar ane saligede dat wy dat Slot *euersteyne* wunnen so wille wy gode to loue un to eren deme hilgen kinde zunte *Vite* den erwerdigen in gode den abt to *Corbeya* zyn capitel un ore stichte by alle oren frygheyden und gerichten by oren guden. luden und gebeide laten by namen to *Beuern* to *Zulbeke* to *luchteringen*. un an deme *zoling* so vere als de to deme stichte to *Corbeya* horet alze de dickede to *luchteringen* de *Otterbeke* myt der steynkulen den *zoling* up wente bouen des abdes weze hin. de *Kute* und deffer hus wante an dat *rodezol* dar entwischen hir neder wante an dat velt myt vorft grunt un holte un wy un unse eruē en willet noch enschullet desse ergnte an oren guden richten un rechten nicht engen edder hindern noch van unfer weggen neymande staden to donde. were ok dat unse vedderen her *frederik* her *Erik* un her *Otto* bertogen *frederikes* zorn alle Hertogen to *Bruntwik* dat stichte to *Corbeya* binamen de van *Hoxere* zamet edder oren ieingen befundern anuerdegede un anlangede myt veyden na deffer tyt dar wy ore to rechte mechtich zint dat wille wy und unse eruen weren warnen un nicht staden un on behulpen



pen wesen keghen deffen ergnten unse vedderē un anders weme wor  
 wy ore tho rechte mechtich zint gelyk unfen eyghennen landen un <sup>guber-</sup>  
 luden. des to orkunde so hebbe wy ergnten alle witliken unse inge- <sup>nante</sup>  
 fegele an desfen bref laten hanghen. Datum anno dñi millesimo <sup>Corbe-</sup>  
 quadragesimo decimo sexto feria t'cia pxima post margarete virgis <sup>iam Adal-</sup>  
 ac mris gloriose. <sup>gario.</sup>

Qui hoc diplomate memorantur, *Bernhardus* et *Henricus* duces Brunfuicenses, ei fuerunt *Magni* Torquati filii. *Otto* ergo erat *Bernhardi*, et *Wilhelmus Henrici* filius; *Fridericus* vero atque *Ericus* duces Brunfuicenses fuerunt pars progeniei Grubenhagicae. Quum ergo diploma nostrum datum sit ad 16. Jul. a. 1416, inde sequitur, errare historicos illos, qui perhibent, *Fridericum* Osterodanum fuisse mortuum vel anno 1404 vel anno 1405 eiusque filium *Ottonem* decessisse anno 1411. Vixisse enim adhuc ambos anno 1416, ex charta nostra clare diluget.

Alter vicus nomine *Sulbeke* olim situs erat haud procul a *Furstenberg* castro et *Bofzen*, vico Principatus Brunfuicensis. In eodem vico *Sulbeke* Xenodochium S. Spiritus Huxariae bona quaedam possedit, vti regiftrum bonorum Xenodochii illius ostendit. Arbitramur, de eodem vico mentionem fieri in litteris *Henrici*, abbatis *Corbeiensis*. En illas.

Nos *Henricus* dei grā *Corbeien*. ecclie abbas electus ac ppositus ibidem uniuersis pntes literas inspecturis uolumus notum esse quod mansu unu in campo iuxta *Sulbeke* situm in quo *Helemburgis* uidua *Thiderici de Colrebeke* usum fructum quod vulgariter appellatur *lyftucht* optinebit. unde etiam annuatim pposito *Corbeien* octo graues denarii pfoluuntur Nos *Arnoldo* genero *Sifridi de Halle* cui *Huxariensi* dco *de Volzzen* et uxori sue ac eorum legitimis heredibus pheodali iure tulum de quo ipi singulis annis pposito *Corbeien* octo graues denarios erogabunt. In huius rei testimoniū psens scriptū sigillis uidelicet abbacie ac ppositure nre decreuimus muniendū. Datum *Brunesborg* anno dñi M. CC. LXXVIII. in die bti georgii martiris.

Sigillum est idem quod appender diplomati *Henrici* *Corb.* abbatis, quod ipsum aeri incisum exhibuimus.

Sigillum ppositurae vide in Tab. IV. num. 3.

Ad situm eiusdem villae *Sulbeke* ostendendum litterae sequentes praeterea faciunt, quarum autographum asseruatur in tabulario ciuitatis *Huxariensis*. Ex quo illas huc inferere volupe est. En eas.

Wy von Godes Gnaden *Otho Hertoghe to Brunseuigh* Hertoghe *Othben* seligen *Son* bekennen opinbar in dusem breyue vor uns unse eruen und nakomen und don kunt allen Luden de dusem suluen breyff sehen horen eder lesen dat wy na Rade und urdel unfer erbaren Rede von Manschop und Steden uns guytliken besproken und eyns geworden sint mit dem erfamen unfen leyuen getruwen deme Rade und der Stat to *Hoxer* umme Nud und frommen willen unfer Landen und Lude umme den Torn geleghen binnen der Lantwer in dem Brugfeld vor orer Stat *Hoxer* also dat wy on mit unfen Luden und Underfaten dar nuweliken to helpen willen laten, dat men von dem Torne an den *Sulbeker* *Szyk* up wemt vor den *fforstenbergke* knigkke und graue unfern Lande und dem von *Hoxer* to nutte und

Ooo 3



Ab anno  
844 usque  
877 re-  
gnante  
Hludo-  
uico et

§. 258.

Tradidit uuularicus herimannus atq. siburg pro anima redulfi herida-  
gi et thiadrici *todonis mansum mediam* (f) testef adalhardus daguelp buno  
aidi hramningus.

§. 259.

to gude und den knigk und grauen on auk von Jaren to Jaren helpen  
waren und vorbeteren na der besten wyse. Und de von Hoxer schul-  
let de Lantwer vor dem Torne slachaffig waren, dar dor to wandern-  
de, und wan se eynen wardman up den suluen Torn fetet und wu  
vakenen, so schullet se dem ionnen, de den *fforstenberg* inne hefft  
dar by vorboden, dat de Torneman in des Jeghenwordicheit lowe und  
fwere, dat he de Slaghe up der Lantwer vor dem Torne uns und den  
unfen opene, wan des nod und behoff is. Ock dar Stichte to *Cor-  
ueyge* und de von *Hoxer* dar mede und von unbeschedighet blyuen,  
und da auk neyman to openden to schaden uns unfen Eruen und  
Nakomen, und ouk unfen Landen und Luden allet funder Geuerden.  
Und wy unse eruen und Nakomen willet und schullet unfen Ampt-  
man und den Gogreuen den wy den *fforstenbergh* beuelet, und von  
unser weggen innumt und hefft, truweliken beuelen und mit on  
dat also bestellen, dat se de slaghe vor dem *fforstenbergh* slothaffich  
waren schullen und de ouk neymanden on open to schaden dem Stiche  
to *Corueyge* und den von *Hoxer* allet funder Argeliff und Geuer-  
den. To Tuchnisse und Orkunde dusser vorgescreuenen Dingk heb-  
be wy unse Ingefegell wiliken an dusen Breyff heten hengen und wy  
*Wilhelm* und *Henrick* von Godes Gnaden to *Brunswyck* und *Luneborg*  
*Hertoghe* bekennen in dussem siluen Breyue vor uns und unfer Eruen  
weggen, dat so dane vorgel. Dedinge und tolatinge des vorgelc. Torns  
und ouk der Lantwer allet mit unsem guden willen weten und fulbor-  
de gescheyn is, und wy willen und fulborden dat in Macht duses  
breyues, wat uns des itzund andrepnde und to donde mach werden  
funder Geuerde, und hebben duf to eyn fullenkomenden bewysin-  
ge unse Ingefegelle by des obgenenten unses leyuen fedderen Ingef-  
gele meden an dusen breyff gehangen de gegeuen is up Sunte My-  
chahels Dach des hilghen Ertzengels na Xpi Gebord unfer heren alse  
men screyff dufend verhandert und dar na in deme ses und vertigften  
Jare.

Sigillum Ottonis vide  
in Tabula IV. num 6.  
sigilla Wilhelmi et  
Henrici alio tempo-  
re exhibere libet.

In vtraque villa, seu in fundo, in quo olim hæ villæ steterunt, bona feudalia  
tenuere et adhuc tenent ab ecclesia Corbeiensi nobiles domini de Haken, de  
Rebocke, de Wisberg, de Munchhausen, de Druchtlesen, et de Hagen cogno-  
minati, præter iam supra nominatos, de quibus in *Clientela Corbeiensi* pluribus.  
Cum autem iam supra (§. 154) villam quandam *Sulbeke in pago Auga* deprehen-  
derimus, eapropter quæritur porro, an illa villa a nostra fuerit diuersa ac di-  
stincta? Respondemus affirmando. E donis enim et dominis, qui in vtraque  
villa quædam donarunt, illud ipsum concludimus. Domini enim nominibus  
differunt, quanquam eos omnes ad familiam Brunonianam spectasse credamus.  
*Sulbeke* enim, haud procul a vico Bofzen olim visendum, vix iter dimidiæ horæ  
a celebratissimo castro Brunonisburgo abfuit. Hinc *Atwardum*, pro cuius anima  
eius frater *Ragenberius* bona quædam tradidit, pro *Adalwardo*, nepote ducis An-  
gariorum Brunonis, per coniecturam habemus, de quo egimus supra §. 104.  
not. (n) *Ragenberium* autem eundem fuisse putamus, qui §. 245. inter testes  
apparet.

De villa  
Thudan-  
huson in  
pago Au-  
ga.

(f) *Mansum Todonis*, quem Wularicus, Herimannus et Siburg donant, fuisse in villa  
*Thudanhuson in pago Auga*, e nostro apparet Registro. In eo enim verba sonant  
ita:



## §. 259.

Tradidit ricuuardus pro se et pro uxore et pro filiis suis quicquid habuit in *Stotonhus* (t) in filiis aut in campis uel cum omnibus ad ea pertinentibus testes hildiuere aldergerus ico rainuardus luiduardus folcbertus adalmarus landuardus.

gubernante  
Corbeiam  
Adalgario.

## §. 260.

ita: *In eodem pago in Thudanhuson villa buoba XXX habens iugera.* Quæritur ergo, in quam regione eadem villa olim exstiterit. Nunc certe nullus eiusdem nominis vicus in toto illo tractu, in quo Auga pagus erat, reperitur. Facile tamen est demonstratu, illam fuisse positam haud procul a vico Meinbrexen in Principatu Wolferbutteleni, et a Lauenforda, eis Wiseram in principatu Göttingensi sita, e regione oppidi Beuerungen trans Wiseram in principatu Corbeiensi. Concludimus vero probabiliter e situ eiusdem villæ, *Wularicum, Herimannum* et *Siburg* cum *Redulfo, Heridago* et *Thiadrico* ad familiam Widikindeam referendos esse. Obseruauimus enim iam supra, dominos, ad gentem Widikindeam pertinentes, in eadem regione omnino bona possedisse. Præterea illud notatu dignissimum est, familiam Waldeccensem, utpote ex Widikindea ortam, in eadem regione intra præfecturam Niennover bona tenuisse, et ducibus Brunswicensibus vendidisse. Villa nostra *Thudanhuson* verisimillime est, quæ in litteris abbatis Widekindi, supra §. 220 adductis, ad annum 1203 appellatur *Tezechhusen*. Probabili ergo ex coniectura ostendere debemus, qua ratione *Wularicus, Herimannus, Siburg, Redulfus, Heridagus* et *Thiadricus* genealogice connecti possint cum stirpe Widikindea. Agedum, cum membranae nostræ illam coniunctionem non ostenderint, coniecturæ eam supplere debent. Sit ergo *Wularicus* filius Helmdagi I, fraterque Benikonis IV, et Ricdagi II: Si ita suspiceris, *Herimannus*, probabiliter a patruo ita appellatus, fuit forsitan filius Alfrici I et frater Alfrici II, quorum uterque in eadem regione tenuit bona. *Siburg* sit Herimanni soror. *Redulfus* seu Radulfus fuerit filius Iconis, cuius meminere traditiones nostræ supra §. 245. *Thiadricus* sit Redulfi frater. Nomen Thiadrici certe in familia Widikindea erat uisitatissimum ac perquam tritum. *Heridagus* tandem fuerit vel Heionis I, vel Thanemari I, filius. Probabilissime enim ab illo Bardo I olim filio suo *Herdego* nomen indidit, cuius pronepos ex fratre *Herdagus* verisimillime ille est, qui in Traditionibus Fuldensibus num. 591. appellatur *Ertach*, qui anno 978 abbati ecclesie Fuldensis *Wernhero* tradidit *Ottenhusen* et *Tutenhusen* (quæ posterior villa probabiliter putanda est villa nostra *Thudanhuson*) et in *Fladechem mansor VII. et iugera LXXII. duos etiam ministros Hezil* et *Ezelin* cum omni possessione eorum, insuper ancillam nomine *Winizzam* uxorem *Geizonis* cum prædio suo in *Herwinshusen* et omnibus appendiciis et utilitatibus suis, coram legatis imperatoris et coram multis aliis testibus in hunc modum, ut fratres specialiter in sua proprietate haberent, ac sui parentumque suorum semper memores essent. Candido lectori id relinquimus diiudicandum, an hæc nostra sententia de *Ertacho* Widikindeo rectior sit, quam Ill. et Amplissimi Domini Grupenii, qui in *Disceptation. Forensib.* p. 1033 perhibet, *Ertachum* non fuisse nomen proprium, sed dignitatis, idemque eo denotari, quod *Hertag* seu *dux*. Addit idem, traditorem illum bonorum Fuldensium fuisse ducem Bernhardum, filium Hermanni Billingi. Liceat cum uenia Viri præstantissimi nonnihil iudicii intexere. Familiam Billinganam in ea regione bona quædam possedisse hereditaria, ignoramus. Nec est, quod moneas, Heinricum Leonem in diplomate, per clariss. Schannatum olim producto, fateri, abbatiam Fuldensem bona ista ex oblationibus antiquorum parentum suorum possedisse. Interpretamur enim hoc uel de Gisla Werleni, uxore Brunonis Brunswicensis, uel de Ottone, duce Buarie et comite de Northeim, quorum uterque progenitoribus Heinrici Leonis adnumerandus est. Plura huius rei scire desiderantem ablegamus in præfens ad *clientelam* nostram *Corbeisensem*.

- (t) Cum supra §. 37. villam quandam *Stotinghus* deprehenderemus, remisimus lectorem ad hunc locum, ne duæ villæ diuersæ inuicem confunderentur. Exstiterit autem villa *Stotinghus*, nostro Registro teste, in pago *Auga*, in loco, usque in hodiernum

De villa  
Stoting-  
hus in pa-  
go Auga  
et de vil-



Ab anno  
854 vsque  
877 re-  
gnante  
Hludo-  
uico et  
guber-  
nante  
Corbe-  
iam Adal-  
gario.

§. 260.

Tradidit abbi omnia quaecunque habuit in uilla quae uocatur *Siniestorpe* (u) testef uuichman thiadred uido bruno fibolduf buuo si les rainbolduf thiatdag.

TRA-

la Sto-  
tonhus in  
pago  
Westpha-  
lon.

diernum diem appellato *der Stotesser Grund*, in principatu Corbeiensi inter Bramberg et siluam, dictam S. Spiritus, vulgo *das heilige Geist Holz*. Hæc silua vix iter dimidiæ horæ a celebratissimo castro Brunonisburgo distat. Dudum villa *Stotinghus* desolata est. Locus, quo olim fuit visenda, arboribus adparet confitus. *Adalwardum* ergo atque *Irmirwardum*, qui in eadem villa bona quædam tradidere, ad familiam Brunonianam §. 104 not. (n) per coniecturam retulimus. *Stotonhus* villa, in qua *Ricwardus*, quidquid habuit, donauit, erat secundum seriem Registri nostri sita in pago *Westfalon*, quem quondam existisse in ducatu Westfaliæ iam supra §. 178 demonstrauius, rati, villam *Stotonhus*, in pago *Westfalon* positam, esse vicum *Stotinghusen* in ducatu Westfaliæ, haud procul a *Furstenberg* conspicuum.

De villa  
Siniestor-  
pe in pa-  
go Der-  
lingi.

(u) *Siniestorpe* villa erat, nostro Registro teste, in pago *Derlingi*. Sine dubio igitur intelligitur designari vicus *Seinstorp* in præfectura Campen in Principatu Guelpherbytano. Retulimus itaque supra §. 188, *Abbi* seu *Abbonem*, qui in hac villa bona quædam tradidit, ad progenitores comitum de *Walbeck* et *Supplinburg*, per coniecturam.

